ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΜΙΧΑΗΛ ΓΛΥΚΑ

ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΒΙΒΛΟΣ ΧΡΟΝΙΚΗ.

ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ

MICHAELIS GLYCÆ

SICULI

ANNALES

A MUNDI EXORDIO USQUE AD OBITUM ALEXII COMNENI IMP.

IN QUATUOR PARTES TRIBUTI.

Philippus Labbe, Bituricus, Soc. Jesu Theologus. Græcum textum, ex pluribus mss. codicibus primus in lucem edidit : Joannis Leunklavii Amelburni interpretationem recensuit atque emendavit : Indicem ex ms. Fontisebraldensi præmisit Latineque reddidit : Adnotationes subjecit, in quibus, præter variantes Lectiones et Supplementa, Interpretis atque aliorum plurimos errores correxit, tum præsertim Joannis Meursii, qui partem libri III *Annalium* Glycæ, Theodoro Metochitæ falso attribuit, et *Historiam Romanam* inscripsit, quæ hic integra repræsentatur, cum Notis atque Indicibus necessariis.

(Parisiis, ex Typographia Regia MDCLX.)

LABBEI NUNCUPATORIA EPISTOLA

EMINENTISSIMO PRINCIPI JULIO CARDINALI MAZARINO.

Cum redditam Europæ pacem, Teque auctore tandem et actore uno perfectam, ordines omnes summis gratissimi animi significationibus prosequuntur, princeps eminentissime; tum litterarum est doctrinarumque omnium, proprium hoc sibi beneficium immortaliter prædicare. Et auctos tamen hoc munere labores intelligunt suos : meritoque dubitant, qui respondere jam meritis tuis possint, quæ ne inter bella quidem, ornando tibi pares erant. Sed recreantur tamen hoc solatio, quod novarum sibi virium accessio facta est : neque jam in Gallia tantum, sed etiam apud gentes cæteras, quidquid ubique litterarum et linguarum est, tuis præconiis resonabit. Cum enim belli tempore optime de Gallia, secus de his quos hostes temporum iniquitas fecerat, meritus esses : nunc populos omnes concessæ pacis munere devinxisti. Admirabilis tot vocum, tot studiorum, tot nationum concentus exsistet, gloriæ tuæ suæque felicitati gratulantium : in quo primas eruditi tenebunt, quorum artes veluti alumnas perpetuis complecti beneficiis, ac fovere non cessas. Patere, princeps eminentissime, meam quoque in illo concentu, aut potius societatis nostræ vocem per me resonantem, audiri : neque jam communia illa et in omnes sparsa populos beneficia, sed immortalia in nos merita celebrantem : qui et multis jam pridem tibi sumus nominibus

obstricti, et recens illud quanquam omnium commune pacis beneficium, nobis proprie collatum agnoscimus. Cum enim instituti nostri sit, et optimarum artium disciplinas profiteri, quarum studiis nihil est armorum strepitu infestius, et excolendis hominum moribus studere, profligandæque impietati, quæ impunius inter bella grassatur : Tu constituta pace, et languentes ac prope semianimes litteras excitasti, et neglectis ac veluti profugis virtutibus Europam omnem quasi templum aliquod aperuisti, in quo quiete deinceps ac placide colerentur. Et habebit tamen in illa tranquillitate hostes suos religio, minus quidem furentes audacter, sed non minus idcirco metuendos : habebit et suos societas nostra, cui non indecorum est, eosdem, a quibus Ecclesia vexatur, adversarios; eumdem, a quo defensa est religio, vindicem Te ac patronum experiri. Perge, princeps eminentissime, de utraque bene mereri : sic tibi vicissim utraque, quod summum habet, gratissimo animo rependat; altera dignitatem orbis terrarum suprema n, altera plenam religionis amorisque reverentiam. Ii sunt, princeps eminentissime, societatis nostræ sensus, quos profiteri per me voluit. Inter hæc ejus vota et terrarum omnium gratulationes, patere hoc tibi quamvis tenue donarium, dum majora exsolvamus, appendi. Laudabunt alii, scio, in quadripertitis nostri dicam, an potius tui, e Sicilia oriundi, Michaelis Glycæ Annalibus, Historiæ sacræ ac profanæ mirabili dexteritate insertam theologiam, divinarum Litterarum interpretationem et assiduum sanctorum Patrum usum cum medicinæ scientia ac rerum naturalium cognitione conjunctum, principum Romæ et Constantinopoli imperantium sibique invicem ordine succedentium, a Julio Cæsare ad Alexii Comneni obitum, res præclare gestas ingeniose connexas, certantem cum eloquentia ingenii felicitatem, cum rerum varietate incredibili, non inconcinnam brevitatem, digressiones denique ad levandum lectoris tædium suis apte locis collocatas. Ego vero neque in hoc, neque in aliis, quæ tibi a nobis offerri possent, muneribus, quidquam magnum, teque dignum, æstimare statui, nisi cui tu laudator et approbator accesseris. Vale, et in multos annos felix vive.

Dabam Lutetiæ Parisiorum Kal. Decemb. anni MDCLIX.

Eminentiæ tuæ

Addictissimus Philippus LABBE,
Soc. Jesu presbyter.

AD OPTIMUM ET ERUDITUM LECTOREM

PRÆFATIO.

Michaelis Glycæ *Annales*, nunc primum utraque lingua orbi cognitos, cum tibi regiis typis repræsento, optime lector, nolim existimes unius duntaxat Historiæ aut Chronici scriptorem, quales eodem fere tempore uberrimo proventu extulit Græcia, Joannem Zonaram, Georgium Cedrenum, Constantinum Manassem, similesque, sed theologum simul, sacrarum Litterarum interpretem, medicum, naturalisque scientiæ indagatorem solertissimum exhiberi. Ita enim ab orbe condito, quod et alii facere aggressi sunt, usque ad obitum Alexii Comneni et annum Christi MCXVIII patriarcharum, regum, atque imperatorum res gestas, historiamque omnem Judaicam, Romanam, ac Constantinopolitanam pertexuit, ut eodem contextu controversas inter theologos philosophosque quæstiones agitaverit, ac de rebus omnibus, quæ in cœlo, aere, terra, ac mari fiunt, de avibus, piscibus, animalibus, homine, atque angelis disserucrit; secutus veterum Patrum Eustathii, Basilii, Nysseni, Chrysostomi, Sinaitæ, Pisidæ, aliorumque vestigia ac pene verba, qui opus sex dierum, quod Græca voce *Hexaemeron* dicere solemus, singulari diligentia concinnarunt.

Patriam docent mss. codices, qui Σικελιώτην constanter appellant : nec abluderet additum τοῦ Θηκᾶ cognomen, si labente duodecimo Christi sæculo, quo vixisse circa annum MCL videtur, Siculos Dorica adhuc dialecto usos fuisse constaret. Privatus, an in magistratu, aut dignitate aliqua publica, militari, aulica, forensive ornatus; conjugatus, an cælebs vixerit, plane nescio : nec aspersa singulis fere paginis υἱοῦ, τέκνου καὶ ἀγαπητοῦ vocabula patrem

potius, quam seniorem ac magistrum, discipuli aut amici juvenis gratia opus illud elucubranteм designant. Præter *Annales* scripsisse *Dissertationes theologicas* ex specimine Pontani nostri opera edito didici; Epistolas quoque V. C. Leo Allatius adjungit, quas nondum vidi. Cætera de eo mihi ignota profiteor. Hoc certe exploratum studiis a puero deditum fuisse, φιλόπονον καὶ φιλομαθῆ, qui tot tamque varios, sacros profanosque scriptores evolverit, ex eorum operibus illustria quæque excerpserit, miroque artificio in unius orationis seriem contulerit.

Ad Græcum *Annalium* textum quod spectat, illum ex duobus Claromontani nostri collegii exemplaribus describendum curavi, eorumque lacunas librariorum fraude aut incuria frequentes, partim ex Fontisebraldensi codice a celsissima principe sacri illius parthenonis antistita generali, Joanna Baptistide Borbonia, mihi humanissime communicato, partim ex submissis Roma Vallicellani, ac Monachio Bavaricorum codicum subsidiis à VV. CC. Luca Holstenio et Simone Wagnerechio S. J. P. subsidiis supplevi, variantes lectiones ascripsi, Leunclavii interpretationem in plerisque emendavi, aliaque insuper adjeci, quæ ex Adnotationibus commodius repetentur.

Unum tamen hic omittere nequeo, Joannem Meursium, delibatum ex Parte III *Annalium* nostri Glycæ τευμάχιον, a Julio Cæsare ad Constantinum Magnum, Græce ac Latine Lugduni Batavorum edidisse, et Theodoro Metochitæ falso tribuisse, additis brevibus Notis et Nicephori Gregoræ nænia : quæ suis locis inserere non dubitavi, ut nihil necesse sit iterum prælo subjicere Romanam illam, ut appellat, Historiam. Tantum te morabor, erudite lector. Vale, et quod facis, studiis nostris favere perge.

JO. LEUNCLAVII

AD GENEROSUM ET ILLUST. VIRUM, JOANNEM BARONEM KITLICIANUM, CRAINI AC DRENCAVIÆ DOMINUM, IN ANNALES GLYCÆ LATINOS PROŒMIUM.

Est in familia Cæsaris nostri, Domine, vir præstans ingenio, cognitionis varietate, rerum usu, et virtute propemodum singulari, Sambucus ille meus : cujus ego frequenter apud amicos, et jucunde quidem, recordari soleo. Nam iis dotibus, supra complures hujus ætatis ex doctrina claros homines, divinitus est exornatus, ut inter nos jam ab annis aliquot amicitiam non vulgarem civisse, non ex animo gaudeam solum, verum etiam in aliqua felicitatis parte ponam. Cur enim illum hominem non maximi faciam, qui publicatis egregiis ingenii monumentis, emblematis solerter excogitatis, et per arguta quædam idyllia declaratis, Dioscoride purgato et illustrato, varietatum libris non illis quidem adhuc editis, sed suo tamen tempore proferendis, omnes in admirationem sui rapit? Ne dicam, quantum in eo laudis mereatur pervestigandæ antiquitatis indefessum sane studium, quo non sine magnis impensis tot rarissima priscorum numismata conquisivit, tot eximios in omni disciplinarum genere libros ab interitu vindicavit : quos ipsos aliorum quorumdam invidorum more non intra carceres et septa privata coercet, sed animo libente (quæ viri perhumana benignitas et memoranda liberalitas est) cum universis communicat. Imo non ipse tantum iis expoliendis et ad editionis maturitatem perducendis incumbit, ut publicam ad utilitatem in medium prodeant : sed etiam aliis pleraque velut extrudenda mittit, ne quod nostrum scilicet commodum remoretur, dum ipse gravioribus curis et occupationibus impeditus, bonorum desiderio, thesauris longe pulcherrimis ex caligine quarumdam quasi latebrarum eruendis, satisfacere nequit. Atque hujus sane tam sancti, tam laudabilis instituti fructus amplissimos percipit, dum et a litteratis ubique gentium se coli atque observari videt, et in magnorum illustriumque virorum gratia suaviter acquiescit. Cæsar quidem, ceu Philadelphus alter, alterum quemdam Demetrium Phalereum bibliothecæ præfecit, ac historici munus ei mandavit : quas ad res quem alium magis idoneum reperiret, equidem non video. Nec est, cur ejus viri consilia, qui universitatis historiam, cum variarum disciplinarum scientia, tam feliciter complexus sit animo, maximis in momentis rerum ab augusto sapientissimoque principe et requiri libenter, et magnopere probari dubitem. Ut autem id exponam, quod hic locus et instituta oratio postulat : misit ad me quoque Sambucus superioribus his annis proximis duos annalium scriptores Græcos, Michaelum Glycam, cognomento Siculum, et Constantinum Manassem : quorum utrumque Latinum in sermonem converterem, ac publici juris facerem. Solet enim putare, nostros (ut cum poeta loquar) esse aliquid nugas : hoc est, cum nos linguæ Græcæ cognitionem consecutos esse,

quæ transcribendis in Latinam veterum scriptis utcumque par sit; in quo ut amici plenum insignis erga me benevolentiæ judicium satis agnosco, ita meas vires ac in utraque lingua facultatem nemo me rectius metiri vel potest, vel debet. Quoniam vero non prorsus rejecturos homines eruditos sperabam, quod auctore tali viro præstandum reciperem, præsertim ostendente per litteras, se auctoritatem consilii sui nunquam defugiturum: feci sane, quod ille jubebat, et utrumque Romana civitate donavi, non ut imperator quispiam, sed velut unus ex multis, qui ejus rei curandæ mandatum ab imperatore haberet. Cumque prior hoc tempore Glycas in publicum exeat, Constantino mox subsecuturo: libet hoc loco spectatoribus hominis Græci, et omnino hactenus incogniti, quid jus civitatis adeptus, vicissim reipublicæ fructus ex se promittat, quam brevissime poterit, indicare. Nimirum agnoscit, in civitatem admitti se non debere nudum ac inopem: ne lustro appetente, censoribus pervulgatum illud, ex animi sententia, præfantibus, egestatem mox ipse suam faleri cogatur, et loco motus vel ærariorum in numerum ordinemque redigi, vel capite censeri, vel prorsus jure civitatis excidere, quod quidem amittere turpius, quam ab initio non impetrasse. Quamobrem diviso in triunces facultatum hujus asse, deque iis æstimatione facta videamus, an in censum redigi possit. Universa Glycæ commentatio quatuor in partes est distributa. Earum prima rerum primis sex diebus ab ortu mundi conditarum enumerationem præclaram continet, immistis passim arcanis naturæ, cum admirabili expositionis varietate, quæ religiosum et amantem opificii providentiæque divinæ lectorem non potest non singulari voluptate quadam afficere. Secunda temporum seriem ab initio mundi usque ad Christum ex Ecclesiæ doctrina præcipue tradit, et ejus causa, cui librum elaboravit (appellat autem hunc filium), plurima de sacris intertexit. Quippe primorum imperiorum tam initia, quam progressus ex iis tanquam certis testibus, petere maluit: cum de Nabuchodonosore, de liberis ejus, totoque Assyriorum imperio (ut omittam antiquiora) perpauca, vel nulla potius memoratu digna in extrariorum, quos gentiles dicimus, scriptorum monumentis reperiantur. Sic autem hæc tractat, ut obiter de quæstionibus minime vulgaribus disserat, citatis auctorum gravissimorum testimoniis: quorum cum non pauci nobis plane sint incogniti, pretium nos operæ facturos existimabamus, si antiquitatis studiosorum in gratiam, illorum nomina statim huic Proœmio subjiceremus. Et judicat profecto Glycas noster de maximis rebus haud absurde, quibus in rebus recte conformata esse, ac præsertim illorum judicia, quorum animi per ætatem adhuc nonnihil cæcutiunt, nec verum pervidere possunt, plurimum interest; verbi gratia, de prædictionibus astrologicis; de vi siderum, an ea mentes hominum regant: de monstrosis fetibus; de divinationibus; de fato; de bonis et malis geniis; de animo; de prævisione divina, num illa peccati causa sit; de obdurationibus impiorum; de magicorum et verorum prodigiorum discrimine, quo loco de Antichristi etiam miraculis ac præstigiis agit; de variis tam philosophorum, quam hæreticorum opinionibus. Quod si quis arbitratur, hisce de rebus minime disserendum vel in historia, vel in adnotatione temporum, is sciat, primum hæc junioribus esse perscripta, quorum animos rectis sententiis (ut paulo ante significabamus) imbui, permagni refert. Deinde velim Glycæ nostro vel illam ob causam sit æquior, quod pleraque non ita prolixe, nec confuse tradiderit, ut Cedrenum et alios factitasse videmus, qui compendia quædam promittentes, volumina prorsus ingentia, quæque sine tædio perlegi nequeunt, posteris reliquere. Post Christum natum, parte scilicet operis tertia, cum imperio Romano historiam Ecclesiæ conjungit. Est autem hic accuratus admodum in brevissimis annorum notationibus, quibus imperatores singuli rerum potiti fuerunt. Non omnia quidem illorum vel dicta, vel facta recenset (nec enim hoc vel instituerat, vel etiam facere debebat, Annales mundi breves scripturus), memoria tamen, indicationeque digna minime præterit. Et quia tandem imperium Romanum Byzantium sive Constantinopolim Græcos ad homines translatum fuit, ejus ipsius regni seriem, ac res ab regibus gestas, diligenter extrema in parte prosequitur; quod existimaret, ibi principis atque maximi per orbem terrarum imperii sedem esse, cum quo res occidentis, hoc est nostras, minime conserendas statueret. Hanc ipsam ob causam nostra silentio præterit, quorum ex aliis notitia peti non difficulter potest. Vicissim nostri fere nihil de Orientalibus istis principibus, post factam Caroli Magni temporibus imperii divisionem, memoriæ prodiderunt; conantibus utrisque suæ nationis hominibus opera sua servire. Possum autem vere polliceri lectoribus, in hac extrema parte multa notatu apprime digna reperiri, quorum ne verbo quidem prolixarum historiarum scriptores meminerunt. Atque harum in rerum expositione pervenit ad ea tempora, quæ nostram hanc ætatem annis paulo amplius cccc præcesserunt: hoc est, ad Joannem Alexii Comnenum, cui Pulchri cognomen datum fuit. Arbitror ex his abunde jam liquere, Glycam nostrum quosvis apud censores facile dignum se probaturum, qui Romanam in civitatem admittatur. Cæterum ut partim non essent, qui forte res ab sequentibus Joannem principibus gestas desiderarent, partim ut ipse Glycas eo confidentius in hominum oculis hac etiam commendatione fretus appareret: adjicere quoddam velut ἔπαθλον de nostro voluimus, quo census ejus nonnihil augeretur. De certissimis enim scriptoribus, in quibus locum facile principem obtinent, Choniatas Acuminatus, Nicephorus Gregoras, Laonicus Atheniensis, Byzantinam historiam, filum ipsius Glycæ secuti, ad ejus regni per Turcos eversi finem contexuimus; ut quod sparsim hactenus, et ex variis petendum erat, uno jam libro commode lectores comprehensum invenirent. Apud te vero, Domine, novum hunc civem Romanum ~~ab initio~~

sistere volui, quod futurum plane mihi persuaderem, ut si tibi, censori polito et incorrupto, probaretur, eo facilius aliorum sibi gratiam atque benevolentiam conciliaret. Præterea jure quodam tuo tibi se offert, quod hominis opera, degentis in tua familia, vestem Romanam induerit. Denique Sambucum, qui princeps in eum beneficium hoc lucis liberioris contulit, in os laudare præ verecundia non ausus, apud te virum præclare de litteris meritum, et adhuc quotidie merentem prædicare voluit, quem sciret eruditorum studiis, ad reipublicæ commoda spectantibus, quam honestissime cupere. Dixi.

—

GLYCAS SAMBUCO.

Non proditurum me Sambuce sperabas
Solum, toga recens amictum Romana,
Qui palliatus more antehac eram Graio.
Comitarier me nimirum imperatorum
Themis meorum et dulcis ille debebat,
Mecum Manasses, qui delituit invitus.
Sed surripuit illam ungulæ leoninæ
Nequiterque clamque clepsit et fugiens secum
Quidam abstulit, Phrygia de gente cui nomen,
Nunquam hoc aperto pol Gradivo facturus,
Imbellis ille comes Berecynthiæ matris.
Et sunt, vereri qui solent, ne tam longo
Dum tempore exspectamus hunc Phrygem, demum
Cum risu anus Phrygia prosultet in scenam.
Hunc alterum ante me gnarum Ausonum linguæ
Premens acerba sors et invidum fatum,
Exire non sinunt foras, seculorum
Tamen brevi, sub ipsam scilicet brumam.
Sic dum latet Themis, nos ambo prodimus.
Usu venit, jacturi quod solet vulgo:
Primi ultimi fiunt, et ultimi primi.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ

ΜΙΧΑΗΛ ΓΑΥΚΑ

ΠΙΝΑΞ

—

SAPIENTISSIMI

MICHAELIS GLYCÆ

TABULA.

Ex codice manuscripto Fontisebraldensis abbatiæ, exscriptore et interprete Philippo Labbe, Soc. Jesu.

—

ΗΜΕΡΑ Α'.

Τὸ Προοίμιον.
Περὶ τῆς ἑξαημέρου κτίσεως.
Περὶ τῆς πρώτης ἡμέρας τῆς κοσμοποιίας.
Ὅτι οὐ προηγεῖται ἡ νὺξ τῆς ἡμέρας.
Ὅτι οὐκ εἶπεν ἡμέραν πρώτην, ἀλλὰ μίαν.
Περὶ τῆς οὐσίας τοῦ οὐρανοῦ.
Περὶ τῆς γῆς, ὅτι μέσον τοῦ παντὸς ἀπηώρηται.
Περὶ ἀνέμων καὶ σεισμῶν.
Περὶ ἀνέμου, καὶ τί ἐστιν ὁ ἄνεμος, καὶ πόθεν ἔχει τὴν σύστασιν.
Περὶ τοῦ τυφῶνος.
Περὶ τοῦ ἐκνεφίου ἀνέμου.

DIES I.

Præfatio.
De opere sex dierum.
De prima die creationis mundi.
Quod nox diem non præcesserit.
Quod non dixerit primam diem, sed unam.
De essentia cœli.
Quod terra in medio universi pendeat.
De ventis et terræ motibus.
Quid ventus, et unde exsurgat.
De typhone.
De vento ecnephia dicto.

ΗΜΕΡΑ Β'.

Περὶ τῆς δευτέρας ἡμέρας τῆς κοσμοποιίας.
Ὅτι ἐπάνω τοῦ στερεώματος ὕδατα, καὶ ὑποκάτω, καὶ τίνι λόγῳ.
Ὅτι ἐκ τῶν ὑδάτων παράγει ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα.
Περὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῦ στερεώματος.
Περὶ τῶν συνισταμένων ἐκ τῶν τῆς γῆς ἀναθυμιάσεων.
Πῶς κατὰ καιρὸν τοῦ θέρους ὁ Νεῖλος ἐπικλύζει τὴν Αἴγυπτον.
Περὶ τῆς φύσεως τῶν ἀτμῶν τῶν ἐξ ὑδάτων· κατὰ ἀναγωγὴν τῆς ἱστορίας ἐκ τοῦ Ἀναστασίου

DIES II.

De die secunda creationis mundi.
Aquas esse supra firmamentum, et infra, et quo tandem modo.
Firmamentum ex aquis a Deo factum.
De cœlo et firmamento.
De iis quæ ex halitibus e terra erumpentibus generantur.
Quomodo æstivo tempore Nilus Ægyptum irriget.
Quæ sit natura vaporum qui ex aquis oriuntur, secundum sensum anagogicum ex Anastasio.

DIES III.

De die tertia creationis mundi.
De plantis, arboribus et herbis, quæ simul e terra prodierunt.
De differentiis herbarum, et quorsum quædam Deus noxia creavit, quædam utilia.
De differentiis arborum.
De grossis ficus, et qua virtute sint præditi.
Quomodo ficus calidum, acrem ac incidentem halitum emittat.
De succino.
De plantis semper virentibus.
De Atlante.
De congregatione aquarum.
Qua ratione in unum congregatæ sint aquæ.
Quomodo salsum mare.
De Nilo.
De calidis aquis.
De fontibus calidis.
De pluviis, aquis, et quomodo corrumpantur.

DIES IV.

De quarta die creationis mundi.
De duobus luminaribus sole et luna.
De primigenia luce luminarium.
De nocte.
Unde dies vocetur.
Inanes veterum opiniones de sole et luna.

De sole et astris, de lumine et magnitudine.
De magnis luminaribus.
Quomodo luna conferat ad animalia et plantas, et quædam alia,
De defectu solis et lunæ.
De luna, nec non potestate et accidentibus ejus, quodque solis non dicatur delectus, sed obscuratio, seu obtenebratio.
De anno.
Cur nubibus obducatur, seu tristetur cœlum.
De signis lunæ.
De fato.
De signis stellarum.
De cometis, et unde fiant.
De trajectione seu de astris cadentibus.
Observationes quædam de nubibus, de fulgure, tonitru, ac prestere, et quomodo fiant.

De iride.
De fulguribus.
De prestere.
De fulmine.
Quod sol sub terram feratur.
De primigenia luce.

DIES V.

De quinta die creationis mundi.
Quod a Propontide pisces veniant in Pontum Euxinum.
De echino.
De sepia.
De polypo.
De cancro.
De cetis.
De ceto qui prion dicitur.
De remora.
De magnete, seu Herculeo lapide.
De palma.
De polypo.
De loliginibus et sepiis.
De cicada.
De testa molli præditis.
De sepiis, loliginibus et polypis.
Qui pisces branchias habeant, qui iis careant.

De piscibus quod non inter se consuescant.
De serpentis et murænæ coitu.
De volucribus seu volatilibus.
De ape.

ΗΜΕΡΑ Γ'.

Περὶ τῆς τρίτης ἡμέρας τῆς κοσμοποιίας.
Περὶ τῶν φυτῶν καὶ δένδρων καὶ βοτανῶν, τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀνακυηθέντων ὁμοῦ.
Περὶ διαφορᾶς τῶν βοτανῶν, καὶ τί τὰ δηλητηριώδη καὶ τί τὰ ὠφέλιμα.
Περὶ διαφορᾶς τῶν δένδρων.
Περὶ ὀλύνθου καὶ τίνα δύναμιν ἔχει.
Ὡς ἡ συκῆ θερμὸν καὶ δριμὺ καὶ τμητικὸν πνεῦμα ἀφίησι.
Περὶ ἠλέκτρου.
Περὶ τῶν ἀειθαλῶν φυτῶν.
Περὶ τοῦ Ἄτλαντος.
Περὶ συναγωγῆς τοῦ ὕδατος.
Περὶ τῆς συνάξεως τοῦ ὕδατος εἰς συναγωγήν.
Πῶς ἡ θάλασσα ἁλμυρά.
Περὶ τοῦ Νείλου.
Περὶ τῶν θερμῶν ὑδάτων.
Περὶ πηγῶν θερμῶν.
Περὶ τῶν ὁμβρίμων ὑδάτων, καὶ πῶς σήπονται.

ΗΜΕΡΑ Δ'.

Περὶ τῆς τετάρτης ἡμέρας τῆς κοσμοποιίας.
Περὶ τῶν δύο φωστήρων ἡλίου καὶ σελήνης.
Περὶ τοῦ πρωτογόνου φωτὸς τῶν φωστήρων.
Περὶ τῆς νυκτός.
Πῶς κλείεται ἡμέρα.
Τὰ ματαιοπονηθέντα παρὰ τῶν παλαιῶν περί τε ἡλίου καὶ σελήνης.
Περὶ ἡλίου, καὶ ἀστέρων, καὶ φωτὸς, καὶ μεγέθους.
Περὶ τῶν μεγάλων φωστήρων.
Πῶς συντελεῖ ἡ σελήνη εἰς ζῶα, καὶ φυτὰ, καὶ ἄλλα τινά.
Περὶ τῆς ἐκλείψεως ἡλίου καὶ σελήνης.
Περὶ τῆς σελήνης, τῆς τε δυνάμεως, καὶ τῶν συμπτωμάτων αὐτῆς, καὶ πῶς οὐκ ἔκλειψιν λέγει ἡλίου, ἀλλ' ἐπισκότωσιν.
Περὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ.
Περὶ τοῦ στυγνάζει ὁ οὐρανός.
Περὶ τῶν σημείων τῆς σελήνης.
Περὶ τῆς εἱμαρμένης.
Περὶ τῶν σημείων τῶν ἀστέρων.
Περὶ τῶν κομητῶν, καὶ ὅθεν συνίστανται.
Περὶ τοῦ διάττοντος.
Περὶ νεφῶν σημειώσεις τινὲς, ἀλλὰ καὶ περὶ ἀστραπῶν, καὶ βροντῶν, καὶ πρηστήρων, καὶ πῶς συνίστανται.
Περὶ τῆς ἴριδος.
Περὶ ἀστραπῶν.
Περὶ πρηστῆρος.
Περὶ κεραυνοῦ.
Ὅτι ὁ ἥλιος ὑπὸ τῆς γῆς τρέχει.
Περὶ τοῦ πρωτογόνου φωτός.

ΗΜΕΡΑ Ε'.

Περὶ τῆς πέμπτης ἡμέρας τῆς κοσμοποιίας.
Ὅτι ἀπὸ τῆς Προποντίδος ἔρχονται οἱ ἰχθύες πρὸς τὸν Εὔξεινον.
Περὶ ἐχίνου.
Περὶ τευθίδος.
Περὶ πολύποδος.
Περὶ τοῦ καρκίνου.
Περὶ κητῶν.
Περὶ προίνος.
Περὶ τῆς ἐχενηΐδος ἢ ἐχεννῆος.
Περὶ μαγνήτου ἢ μαγνήτιδος λίθου.
Περὶ τοῦ φοίνικος.
Περὶ πολύποδος.
Περὶ τευθίδων καὶ σηπυῶν.
Περὶ τέττιγος.
Περὶ μαλακοστράκων.
Περὶ σηπυῶν, τευθίδων, καὶ πολυπόδων.
Τίνες τῶν ἰχθύων βράγχια ἔχουσι, καὶ τίνες οὐκ ἔχουσι.
Περὶ τῶν ἰχθύων ὅτι οὐ συγγίνονται.
Πῶς συγγίνεται ὁ ὄφις τῇ μυραίνῃ.
Περὶ τῶν πτηνῶν, ἢ πετεινῶν.
Περὶ μελίσσης.

Περὶ γεράνων καὶ μελισσῶν.
Περὶ πελαργῶν.
Περὶ χελιδόνος.
Περὶ ἀλκυόνος.
Περὶ τρυγόνος.
Περὶ ἀετοῦ.
Περὶ φήνης.
Περὶ κορώνης.
Περὶ γυπῶν.
Περὶ κόρακος,
Περὶ τεττίγων.
Περὶ τῶν ἀετοῦ πτερῶν.
Περὶ χαραδριοῦ.
Περὶ ἀηδόνος.
Περὶ νυκτερίδος.
Περὶ χηνῶν.
Περὶ γυπῶν.
Περὶ μυῶν, βατράχων καὶ ἐγχελύων.
Περὶ τοῦ ἐρωδιοῦ.
Περὶ πελεκάνου.
Περὶ κοράκων.
Περὶ μελίσσης καὶ κηφήνων.
Περὶ ἴβεως.
Περὶ κέρκωπος.
Περὶ γαλῆς.
Περὶ λίθου καλουμένου λίχνου.
Περὶ φάσκης.
Περὶ φοίνικος.
Περὶ στρουθοῦ Λιβυκοῦ.
Περὶ κόκκυγος.
Περὶ μέροπος.
Περὶ ἀλεκτρυόνος.
Περὶ μυῶν, μελισσῶν καὶ μυρμήκων

De gruibus et apibus.
De ciconiis.
De hirundine
De halcyone.
De turture.
De aquila.
De ossifraga.
De cornice.
De vulturibus.
De corvo.
De cicadis.
De aquilæ pennis.
De charadrio.
De luscinia.
De vespertilione.
De anseribus.
De vulturibus.
De muribus, ranis et anguil
De ardeola seu erodio.
De pelecano.
De corvis.
De ape et fucis.
De ibi.
De cercope simio.
De mustela seu fele.
De lapide qui dicitur lychnus.
De phascusa.
De phœnice.
De passere Libyco, seu struthiocamelo.
De cuculo.
De merope.
De gallo gallinaceo.
De muscis, apibus et formicis.

ΗΜΕΡΑ Ϛ'. — DIES VI.

Περὶ τῆς ἕκτης ἡμέρας τῆς κοσμοποιΐας, ὅτι τετράπουδα ἐκ γῆς ἐξήγαγε.
Τίνος ἕνεκεν τοὺς μὲν ἰχθύας εὐλογήσας, τοῖς δὲ χερσαίοις οὐκ ἐποίησε.
Περὶ τοῦ ὄνου.
Περὶ τῆς καμήλου.
Περὶ τοῦ ἐλέφαντος.
Περὶ παρδάλεως.
Περὶ τοῦ λέοντος.
Περὶ τῶν θεραπευομένων βοτανῶν.
Περὶ τῆς ἄρκτου.
Περὶ χελώνης.
Περὶ τοῦ ἐλέφαντος.
Περὶ ταῦ χερσαίου ἐχίνου.
Περὶ τοῦ μυρμηκολέοντος.
Περὶ λαγωῶν.
Περὶ τῆς ἐλάφου.
Περὶ μόσχου.
Περὶ τοῦ κάστορος.
Ὅτι αἴλουροι καὶ νυκτερίδες ἐν τῇ νυκτὶ ὁρῶσι.
Περὶ σκύμνου λέοντος.
Περὶ λύκου.
Περὶ καμηλοπαρδάλεως.
Περὶ μονοκέρωτος.
Περὶ μύρμηκος.
Περὶ τοῦ χαμαιλέοντος.
Περὶ τοῦ ὑός.
Πῶς ἵππος καὶ χοῖρος ἀφρὸν ἀποτελοῦσι.
Περὶ κυνῶν, καὶ ὅτι κατὰ θέρος λυττῶσι.
Περὶ τῆς ἄρκτου.
Περὶ ὀνάγρων.
Περὶ ἀλωπέκων.
Περὶ αἰγάγρου.

De sexta die creationis mundi, cum e terra quadrupedes prodierunt.
Cur benedictionem non impertiit terrestribus animalibus, ut piscibus.
De asino.
De camelo.
De elephante.
De pardali.
De leone.
De herbis medicinálibus.
De ursa.
De testudine.
De elephante.
De echino terrestri seu erinaceo.
De myrmecoleone.
De leporibus.
De cerva.
De vitulo.
De castore seu fibro.
Quod feles et vespertiliones de nocte videant.
De catulo leonis.
De lupo.
De camelopardali.
De monocerote.
De formica.
De chamæleonte.
De sue seu apro.
Quomodo equus et aper spumam perficiant.
De canibus, et quod æstate ferantur in rabiem.
De ursa.
De onagris.
De vulpibus.
De capra silvestri.

Φυσιολογία τοῦ Ἀδάμ. — *Naturæ Adami explicatio.*

Περὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας πλάσεως, καὶ περὶ τοῦ παραδείσου.
Περὶ τῆς ψυχῆς.
Περὶ τῆς δυνάμεως τῆς ψυχῆς.
Περὶ τῆς ἀμφιπάρκτου ψυχῆς καὶ σώματος συνδρομῆς.
Περὶ ἐνεργειῶν.

De formatione Adami et Evæ, et de paradiso.
De anima.
De virtute animæ.
De concursu animæ et corporis utrinque exsistentium.
De potentiis.

De formatione hominis.
De nomine Adami.
De fluviis paradisi.
De angelis; quod Moses eorum creationis non meminerit.
Quod novem angelorum ordines.
De cognominibus angelorum.
Quid significent alæ angelorum.
Quomodo angeli constituti sunt præsides nationum.
Cur a Deo ordinati angeli ut cum hominibus versentur.
Rursus de virtutibus intelligentia præditis, et quando astiterunt.
De eo : *Ad imaginem et similitudinem*, etc.
Cur Eva ex latere Adami, et non ex terra.

Quando concessum sit vesci carnibus.
De arbore quæ in medio paradisi.
Quod immortalis creatus sit Adamus.
De veste pellicea.
De corruptibili et incorruptibili : quodque arbores paradisi corruptioni non obnoxiæ.
De arbore ligni.
De esca cujus usus in paradiso.
Quod Adamus non indigeret esca.
Dubitationes et solutiones mirabiles in illud : Cur, si Deus cognovit casum Adami, eum creare voluit.

De ligno cognitionis.
Negatio propter transgressionem.
De transgressione et exsilio Adami et Evæ.
De serpente.
De diabolo.
De eo, qui prius Lucifer, et de dæmonibus ejus sociis.
Iterum de cibo hominis in paradiso.
De pelliceis vestibus.
De Adamo et Eva.
De tribus animæ partibus seu facultatibus.
De temperantia.
De natura.
De physiologia hominis.

INITIUM CHRONOGRAPHIÆ.

De liberis Adami.
De duobus sacrificiis Abelis et Caini.
Cædes Caini.
Maledictio Caini.
De Setho.
De loco ubi sepultus Adamus.
De diversitate temporum ac dissensione inter Græcos et Hebræos.
De Adami successoribus.
De Enocho.
De Lamecho.
De Noe.
De gigantibus.
De diluvio.
Item de diluvio.
De exstructione turris, et idiomatum confusione.

De Chanaane, et cur Chananitis dicta Promissionis terra.
De columnis.
De regno Saturni.
De regno Nini.
De magia et incantatione.
De Sarucho qui primus simulacra fecit.
De admirando Abrahamo.
De abductione Saræ.
De Sodomorum incolis.
Quid significet Abrahami nomen.
De Melchisedecho.
Quo pacto dicitur sine patre, sine matre.
De Isaaco.
De scala Jacobi, et ascendentibus ac descendentibus angelis.

Περὶ τῆς πλάσεως τοῦ ἀνθρώπου.
Περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἀδάμ.
Περὶ τῶν ἐν παραδείσῳ ποταμῶν.
Περὶ τῶν ἀγγέλων· ὅτι οὐκ ἐμνήσθη ὁ Μωϋσῆς τῆς τῶν ἀγγέλων δημιουργίας.
Ὅτι ἐννέα τὰ τῶν ἀγγέλων τάγματα τυγχάνουσιν.
Περὶ τῆς τῶν ἀγγέλων ἐπωνυμίας.
Τί δηλοῦσιν αἱ πτέρυγες τῶν ἀγγέλων.
Πῶς οἱ ἄγγελοι ἐτάχθησαν ἐπιστάται τῶν ἐθνῶν.
Διατί ἐτάχθησαν παρὰ Θεοῦ ἄγγελοι συνεῖναι τοῖς ἀνθρώποις.
Πάλιν περὶ τῶν νοερῶν δυνάμεων καὶ πότε παρήχθησαν.
Περὶ τοῦ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν.
Διατί Εὔα ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Ἀδάμ, καὶ ἐκ τῆς γῆς οὐχί.

Πότε ἡ ἀπόλαυσις συνεχωρήθη τῶν κρεῶν.
Περὶ τοῦ φυτοῦ τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ.
Ὅτι ἄφθαρτος ἐπλάσθη ὁ Ἀδάμ.
Περὶ τοῦ δερματίνου χιτῶνος.
Περὶ φθαρτοῦ καὶ ἀφθάρτου, καὶ ὅτι ἄφθαρτα τὰ ἐν παραδείσῳ φυτά.
Περὶ τοῦ φυτοῦ τοῦ ξύλου.
Περὶ τῆς βρώσεως τοῦ παραδείσου.
Ὅτι οὐκ ἦν ὁ Ἀδὰμ ἐνδεὴς βρώσεως.
Ἀπορίαι καὶ λύσεις θαυμασταὶ, εἰς τὸ, Εἰ ἔγνω ὁ Θεὸς τὴν πτῶσιν τοῦ Ἀδὰμ, διατί ἐδημιούργησεν αὐτόν.

Περὶ τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως.
Ἀπόφασις τῆς παραβάσεως ἕνεκα.
Περὶ τῆς παραβάσεως καὶ ἐξορίας αὐτῶν.
Περὶ τῆς ὄφεως.
Περὶ τοῦ διαβόλου.
Περὶ τοῦ ποτὲ Ἑωσφόρου καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ δαιμόνων.
Περὶ τῆς βρώσεως τοῦ παραδείσου πάλιν.
Περὶ τῶν δερματίνων χιτώνων.
Περὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας.
Περὶ τοῦ τριμεροῦς τῆς ψυχῆς.
Περὶ σωφροσύνης.
Περὶ φύσεως.
Περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου φυσιολογίας.

ἈΡΧΗ ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑΣ.

Περὶ τῶν παίδων τοῦ Ἀδάμ.
Περὶ τῶν δύο θυσιῶν Ἄβελ καὶ Κάϊν.
Φόνος Κάϊν.
Ἀρὰ τοῦ Κάϊν.
Περὶ τοῦ Σήθ.
Περὶ τοῦ Ἀδὰμ ποῦ τέθαπται.
Περὶ τῆς διαφορᾶς καὶ διαφωνίας τῶν χρόνων ἣν ἔχομεν πρὸς Ἰουδαίους.
Περὶ τῶν κατερχομένων διαδόχων ἀπὸ Ἀδάμ.
Περὶ τοῦ Ἐνώχ.
Περὶ τοῦ Λάμεχ.
Περὶ τοῦ Νῶε.
Περὶ τῶν γιγάντων.
Περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ.
Πάλιν περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ.
Περὶ τῆς πυργοποιίας, καὶ τῆς συγχύσεως τῶν γλωσσῶν.
Περὶ τοῦ Χαναὰν, καὶ πῶς προσηγορεύθη ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας Χαναάν.
Περὶ τῶν στηλῶν.
Περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Κρόνου.
Περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Νίνου.
Περὶ μαγείας καὶ γοητείας.
Περὶ τοῦ Σαροὺχ τοῦ πρώτου ἀγαλματοποιοῦ.
Περὶ τοῦ θεσπεσίου Ἀβραάμ.
Περὶ τῆς ἁρπαγῆς Σάρρας.
Περὶ τῶν Σοδομιτῶν.
Τί σημαίνει τὸ ὄνομα τοῦ Ἀβραάμ.
Περὶ τοῦ Μελχισεδέκ.
Πῶς ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ λέγεται.
Περὶ τοῦ Ἰσαάκ.
Περὶ τῆς κλίμακος τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τῶν ἀνερχομένων ἀγγέλων καὶ κατερχομένων.

Περὶ τῆς πάλης τοῦ Ἰακὼβ μετὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ πῶς μετωνομάσθη Ἰσραήλ.	De lucta Jacobi cum Deo, et quomodo appellatus est Israel.
Περὶ τοῦ νεύρου τοῦ μηροῦ.	De nervo femoris.
Περὶ τοῦ Λαβὰν καὶ Ἰακώβ.	De Labane et Jacobo.
Περὶ τῆς βασιλείας Σαρδαναπάλου.	De regno Sardanapali.
Περὶ τῆς βασιλείας Περσέως.	De regno Persei.
Εὕρεσις τῆς κογχύλης.	Inventio conchylii seu purpuræ.
Περὶ Κροίσου καὶ Κύρου.	De Cræso et Cyro.
Περὶ τῆς βασιλείας Δαρείου καὶ Ἀρταξέρξου.	De regno David et Artaxerxis.
Περὶ Ῥώμου καὶ Ῥωμύλου τῶν κτισάντων τὴν Ῥώμην.	De Remo et Romulo conditoribus Romæ.
Περὶ τοῦ Νεκτεναβοῦ.	De Nectenabo.
Περὶ τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου.	De rege Alexandro.
Περὶ τῶν μακροβίων, καὶ τῆς μεγίστης νήσου τῶν Βραχμάνων.	De longævis, et maxima insula Brachmanum.
Νόμος Χαλδαίων.	Lex Chaldæorum.
Περὶ τῶν Ἀμαζόνων.	De Amazonibus.
Περὶ τῶν Βρεττανῶν.	De Britannis.
Περὶ τοῦ Ἰακὼβ καὶ Ἰωσήφ.	De Jacobo et Joseph.
Ὅρασις Ἰωσήφ.	Visio Josephi.
Λύσις ὀνειράτων τοῦ τε ἀρτοποιοῦ καὶ τοῦ οἰνοχόου.	Solutio somniorum pistoris et pincernæ.
Περὶ τῶν ὁράσεων τοῦ Φαραώ.	De visionibus Pharaonis.
Περὶ τοῦ Ἰακὼβ ἀπελθόντος εἰς Αἴγυπτον πρὸς τὸν Ἰωσήφ.	De Jacobo descendente in Ægyptum ad Josephum.
Περὶ τῶν δώδεκα φυλῶν.	De duodecim tribubus.
Περὶ τοῦ Ἰὼβ, καὶ τῶν ὀνομαστῶν τῶν θυγατέρων αὐτοῦ.	De Jobo, et nominatis ejus filiabus.
Ἀναλογισμὸς τῶν τοῦ Ἰὼβ ἐτῶν.	Jobi annorum consideratio.
Περὶ τῆς Ἀμαλθείας.	De Amalthea.
Περὶ τῆς τοῦ Μωϋσέως γενέσεως, ἀνατροφῆς καὶ ὀνομασίας.	De Mosis genere, educatione ac nomine.
Ὅτι Μωϋσῆς κατ' Αἰθιόπων ἐστράτευσε.	Quod Moses adversus Æthiopas exercitum duxit.
Περὶ τοῦ Ῥαγουήλ.	De Raguele.
Περὶ τῆς ῥάβδου.	De virga.
Περὶ τῶν δέκα πληγῶν.	De decem plagis.
Ὅτι τὸ αἷμα ὕδωρ ἐποίησε.	Quod aquam verterit in sanguinem.
Περὶ τῶν βατράχων.	De ranis.
Περὶ τῶν σκνιπῶν.	De culicibus.
Περὶ τῆς κυνομυίας.	De cynomyia.
Περὶ φθορᾶς τῶν τετραπόδων.	De lue quadrupedum.
Περὶ τῶν φλυκτίδων.	De pustulis.
Περὶ τῆς χαλάζης.	De grandine.
Περὶ τῶν ἀκρίδων.	De locustis.
Περὶ τοῦ ψηλαφητοῦ σκότους.	De tenebris tactilibus.
Περὶ τοῦ τῶν πρωτοτόκων θανάτου.	De cæde primogenitorum.
Περὶ τῆς θυσίας τοῦ προβάτου.	De sacrificio agni.
Περὶ τῶν φαρμάκων Φαραώ.	De incantatoribus Pharaonis.
Περὶ τοῦ Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς.	De Janne et Jambre.
Ὅτι ὁ Μωϋσῆς ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄρος.	Quod Moses in montem ascenderit.
Διατί οἱ τῶν Αἰγυπτίων ἄρχοντες Φαραὼ ὠνομάσθησαν.	Quam ob causam Ægypti reges dicti Pharaones.
Πότε ἔλαβεν ἀρχὴν ἡ χειροτονία.	Quando cœperit ordinatio per manus impositionem.
Διατί τεσσαράκοντα χρόνους ἐπλανήτο ἀνὰ τὴν ἔρημον ὁ λαός.	Cur populus in deserto vagatus est per annos quadraginta.
Περὶ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ.	De Jesu filio Nave.
Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ Μωϋσέως.	De morte Mosis.
Περὶ τοῦ μάννα.	De manna.
Περὶ τῆς Ἰεριχώ.	De Jerichunte.
Περὶ Ἄχαν.	De Achane.
Περὶ τῶν πέντε βασιλέων.	De quinque regibus.
Περὶ τῶν Κριτῶν.	De Judicibus.
Περὶ κριτοῦ Ἰούδα.	De judice Juda.
Περὶ Βαρὰκ καὶ Δεβόρας.	De Baraco et Debora.
Περὶ Γεδεών.	De Gedeone.
Περὶ τοῦ Μανοέ.	De Manua.
Περὶ τοῦ Σαμψών.	De Samsone.
Περὶ τῆς σιαγόνος.	De maxilla.
Περὶ τῆς Δαλιδᾶς.	De Dalila.
Τίνος χάριν ὁ Σαμψὼν ἐνάρετος καὶ ἰσχυρὸς ἐκ κοιλίας.	Cur Samson fortis ac robustus ex utero.
Περὶ τοῦ Ἰεφθαέ.	De Jephte.
Περὶ Λευίτου τινός.	De quodam Levita.
Περὶ τοῦ προβλήματος τοῦ Σαμψών.	De quæstione Samsonis.
Πῶς ἐξ ἀκαθάρτου κόρακος ἤσθιεν Ἠλίας.	Quomodo Elias ab impuro corvo pastus.
Περὶ τοῦ Ὀλοφέρνου.	De Holopherne.
Περὶ τῆς Ῥούθ.	De Ruth.
Περὶ τῆς Ἐσθῆρος.	De Esthera.

De Tobia.
Quod arca Dei in captivitatem ducta.

Initium regni Judæorum.

De Saule et propheta Samuele.
De regno Saulis.
Quod Palæstini in Judæos expeditionem duxerint.
De invidia Saulis in Davidem.
Quod David metus sit in regem.
De ventriloqua muliere.
De morte Saulis.
De regno Davidis prophetæ.
De adulterio Davidis.
Quod Absalon rebellavit adversus patrem.
Quod David in Palæstinos exercitum duxerit.
De regno Salomonis.
De exstructione templi.
De Sancto sanctorum.
De libris Salomonis.
De collectione et delectu librorum veteris Scripturæ.
De sapientissima Sibylla.
Quod Salomon lapsus sit in cultum idolorum.
De regno Roboami filii Salomonis.
De propheta, seu homine Dei.
De Asa.
De Elia propheta.
De Josaphato.
Quod Achabo Elias astiterit.
De Achabo et Michæa propheta.
Quod Michæas ab Achabo ad iram accensus.
Mors Achabi.
De regno Ochosiæ.
Quod Elias pluviam continuerit.
De muliere Sareptana.
De regno Joasi.
De Oza.
De regno Amasiæ.
De Ezechia.
De Sennacheribo.
De tribus pueris.
De rege Manasse.
De regno Ammonis.
De Josia.
De ædificatione templi.
De Zorobabele.
Visiones Nabuchodonosoris.
De Balthazare.
De Dario.
De Cyro.
De regno Cambysis.
De Smerdi.
De Artaxerxe.
De Alexandri ducibus.
De Antiocho rege.
De captivitate.
De Antiocho Eupatore.
De Julio Cæsare.
De Octavio Augusto.
De hebdomadibus completis.
De Hyrcano.
Quomodo Cæsar a libidine coercitus.
De nativitate et educatione Deiparæ, ejusque in templum ingressu.
De Annuntiatione.
De Joseph sponso.
De conceptione.
De Nativitate Domini nostri Jesu Christi.
De adoratione Magorum.
De stella.
De diebus puerperæ et purgatione.
Quando omnibus innotuerit Christus.
De aqua redargutionis.
De vocatione duodecim discipulorum.
De beato Paulo.
De doctrina Christi.
De ramis Palmarum.
De adultera.

Περὶ Τωβήτ.
Ὅτι ἡ κιβωτὸς ᾐχμαλωτίσθη.

Ἀρχὴ τῆς βασιλείας τῶν Ἰουδαίων.

Περὶ τοῦ Σαοὺλ καὶ τοῦ προφήτου Σαμουήλ.
Περὶ τῆς βασιλείας Σαούλ.
Ὅτι οἱ Παλαιστινοὶ κατὰ Ἰουδαίων ἐστρατεύουσι.
Περὶ τοῦ φθόνου ὃν εἶχε Σαοὺλ πρὸς τὸν Δαβίδ.
Ὅτι ὁ Δαβὶδ ἐχρίσθη εἰς βασιλέα.
Περὶ τῆς ἐγγαστριμύθου.
Περὶ τελευτῆς τοῦ Σαούλ.
Περὶ τῆς βασιλείας Δαβὶδ τοῦ προφήτου.
Περὶ τῆς μοιχείας Δαβίδ.
Ὅτι ὁ Ἀβεσαλὼμ ἀντέστη τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.
Ὅτι ὁ Δαβὶδ κατὰ Παλαιστινῶν ἐστράτευσε.
Περὶ τῆς βασιλείας Σολομῶντος.
Περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ.
Περὶ τοῦ ἱεροῦ.
Περὶ τῶν βίβλων Σολομῶντος.
Περὶ ἐκλογῆς τῶν βίβλων τῆς παλαιᾶς Γραφῆς.
Περὶ τῆς σοφωτάτης Σιβύλλης.
Ὅτι ἐξώκειλε Σολομὼν εἰς θεοὺς τῶν εἰδώλων.
Περὶ τῆς βασιλείας Ῥοβοὰμ υἱοῦ τοῦ Σολομῶντος.
Περὶ τοῦ προφήτου ἢ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ.
Περὶ τοῦ Ἀσᾶ.
Περὶ Ἠλίου τοῦ προφήτου.
Περὶ τοῦ Ἰωσαφάτ.
Ὅτι Ἠλίας πρὸς τὸν Ἀχαὰβ παρεγένετο.
Περὶ τοῦ Ἀχαὰβ καὶ τοῦ προφήτου Μιχαίου.
Ὅτι παρὰ τοῦ Ἀχαὰβ ὁ Μιχαίας ὠργίσθη.
Θάνατος Ἀχαάβ.
Περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Ὀχοζίου.
Ὅτι ὁ Ἠλίας ἐκράτησε τὸν ὑετόν.
Περὶ τῆς Σαραφθίδος.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἰωᾶς.
Περὶ τοῦ Ὀζίου.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἀμασία.
Περὶ τοῦ Ἐζεχίου.
Περὶ τοῦ Σεναχηρείμ.
Περὶ τῶν τριῶν παίδων.
Περὶ τοῦ Μανασσῆ βασιλέως.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἀμμών.
Περὶ Ἰωσίου.
Περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ.
Περὶ Ζοροβάβελ.
Ὁράσεις Ναβουχοδονόσορ.
Περὶ τοῦ Βαλτάσαρ.
Περὶ τοῦ Δαρείου.
Περὶ τοῦ Κύρου.
Περὶ τῆς βασιλείας Καμβύσου.
Περὶ Σμέρδου.
Περὶ Ἀρταξέρξου.
Περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου παίδων.
Περὶ Ἀντιόχου βασιλέως.
Περὶ τῆς ἁλώσεως.
Περὶ Ἀντιόχου τοῦ Εὐπάτορος.
Περὶ Ἰουλίου Καίσαρος.
Περὶ Ὀκταβίου Αὐγούστου.
Περὶ τῆς τῶν ἑβδομάδων συμπληρώσεως.
Περὶ Ὑρκανοῦ.
Ὥσπερ ἐσωφρονίσθη ὁ Καῖσαρ ὁ πολὺς εἰς γυναῖκας.
Περὶ τῆς ἀνατροφῆς καὶ γεννήσεως τῆς Θεοτόκου, καὶ ἐν τῷ ναῷ εἰσόδου.
Περὶ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ.
Περὶ τοῦ Ἰωσὴφ μνήστορος.
Περὶ τῆς συλλήψεως.
Περὶ τῆς γεννήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.
Περὶ τῆς τῶν Μάγων προσκυνήσεως.
Περὶ τοῦ ἀστέρος.
Περὶ τῶν ἡμερῶν τῆς λεχοῦς, καὶ τῆς καθάρσεως.
Πότε τοῖς πᾶσιν ὁ Χριστὸς φανερὸς ἐγένετο.
Περὶ τοῦ ὕδατος τοῦ ἐλεγμοῦ.
Περὶ τῆς συλλογῆς τῶν δώδεκα μαθητῶν.
Περὶ τοῦ μακαρίου Παύλου.
Περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδαχῆς.
Περὶ τῶν Βαΐων.
Περὶ τῆς πόρνης.

Περὶ τῆς ἑτοιμήσεως μυστικοῦ δείπνου.	De præparatione mysticæ cœnæ.
Περὶ τῆς μεταμορφώσεως.	De Transfiguratione
Περὶ τοῦ νομικοῦ Πάσχα.	De Pascha legali.
Περὶ τοῦ κυριακοῦ Πάσχα.	De Dominico Pascha.
Περὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου.	De mystica cœna.
Περὶ τοῦ Ἰούδα.	De Juda.
Περὶ τῆς παραδόσεως.	De traditione.
Περὶ τῆς ἀλεκτοροφωνίας.	De galli cantu.
Περὶ τοῦ φραγγελισμοῦ, καὶ περὶ τοῦ Πιλάτου καὶ τῆς κρίσεως.	De flagellatione, de Pilato et judicio.
Περὶ τῆς Παρασκευῆς, ἤτοι διατί ἡ ἕκτη τῆς ἑβδομάδος Παρασκευὴ τοῦ Πάσχα λέγεται.	De Parasceve, sive cur sexta feria hebdomadis dicatur Præparatio Paschæ.
Περὶ τοῦ ἀμνοῦ τῶν ἀζύμων.	De agno azymorum.
Περὶ τῆς σταυρώσεως τοῦ Κυρίου.	De crucifixione Christi.
Περὶ τῆς γεγονυίας ἐκλείψεως τοῦ ἡλίου ἐν τῷ σταυρῷ.	De eclipsi solis, quæ contigit Christo in crucem sublato.
Περὶ τοῦ γεγονότος σκότους.	De obortis tenebris.
Περὶ τῶν ἐγερθέντων σωμάτων ἐκ τῶν μνημάτων.	De corporibus quæ ex monumentis prodierunt.
Περὶ τῆς εἰς ᾅδου καταβάσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ διατί κατῆλθεν εἰς ᾅδην.	De Christi ad inferos descensu, et quamobrem ad inferos accesserit.
Περὶ τῆς ταφῆς, καὶ πῶς τριήμερος.	De sepultura, et quomodo per triduum.
Περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ.	De resurrectione Christi.
Διατί ἡμερῶν μ' ὁ Κύριος ἀνελήφθη, καὶ διατί τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κάτεισι διελθουσῶν ἡμερῶν δέκα.	Cur Dominus die quadragesima ascenderit, cur vero Spiritus sanctus post decem dies descenderit.
Διατί ἡ Πεντηκοστή	Unde dicta Pentecoste.
Περὶ τῶν γλωσσῶν.	De linguis.
Διατί πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι τὴν τοῦ Πνεύματος ἐνέργειαν ἐδέχοντο.	Cur ante baptismum virtutem Spiritus sancti exceperint.
Περὶ τοῦ μακαρίου Παύλου, πότε ἐκλήθη παρὰ Κυρίου.	De beato Paulo : quando a Domino vocatus sit.
Τί σημαίνει τὸ Σαοὺλ, Σαούλ.	Quid significet, Saule, Saule?
Πόσα ἔτη ἐκήρυξε, καὶ πόσους βασιλεῖς διῆλθε.	Quot annis prædicaverit, et ad quot reges accesserit.
Περὶ Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ πεπραγμένα.	De Jacobo fratre Dei, et quæ ab eo gesta sunt.
Ὅτι οὐκ ἦν ἐναρίθμιος τῇ δωδεκάδι τῶν μαθητῶν.	Quod non fuerit nominatus inter duodecim discipulos.
Περὶ τῆς καθίσεως τῶν μαθητῶν ἐπὶ θρόνου.	De consessu discipulorum super thronum.
Τίνι τρόπῳ οἱ ἀπόστολοι τοῦ Χριστοῦ δώδεκα τὸν ἀριθμὸν, καὶ οὐ πλείους ἢ ἐλάσσους εἰσὶ, καὶ τίνες ὑπερέχουσιν οἱ προφῆται ἢ οἱ ἀπόστολοι.	Quo pacto apostoli Christi decem numero, et nec plures nec pauciores : et utri excellant, prophetæ an apostoli.
Αἱ κατὰ τῶν νεκρῶν ἐγέρσεις.	Excitationes multorum e mortuis.
Περὶ τῶν ἀνισταμένων σωμάτων ἐν τῇ σταυρώσει.	De corporibus quæ in Christi morte surrexerunt.
Περὶ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.	De dormitione sanctissimæ Deiparæ.
Πῶς οἱ ἀπόστολοι σεσιγήκασι τὴν κοίμησιν αὐτῆς.	Quomodo apostoli de ipsius morte tacuerint.
Ὅτι οὐ μόνον οἱ δώδεκα ἀπόστολοι ἀπῆρχον ἐν τῇ κοιμήσει αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ οἱ ἑβδομήκοντα.	Quod non solum duodecim apostoli, sed etiam septuaginta discipuli morti ejus interfuerint.
Περὶ τῆς ἀνοίξεως τοῦ τάφου, καὶ περὶ τοῦ ἀποστόλου Θωμᾶ.	De sepulcro aperto, et de apostolo Thoma.
Περὶ Τιβερίου Καίσαρος.	De Tiberio Cæsare.
Περὶ Γαΐου.	De Caio.
Περὶ Κλαυδίου.	De Claudio.
Περὶ Νέρωνος.	De Nerone.
Περὶ Σίμωνος τοῦ Μάγου, καὶ Πέτρου καὶ Παύλου τῶν ἀποστόλων· καὶ περὶ τῆς ἀναιρέσεως αὐτῶν.	De Simone Mago, et apostolis Petro et Paulo, eorumque cæde.
Περὶ Λουκᾶ τοῦ ἀποστόλου.	De Luca apostolo.
Πῶς οὐκ ἐμνήσθη ὅλως ὁ Λουκᾶς περὶ τῆς τοῦ μακαριστοῦ Παύλου τοῦ ἀποστόλου τελευτῆς ἐν ταῖς Πράξεσιν.	Quomodo in Actis Lucas omnino non meminit mortis beatissimi Pauli.
Περὶ τῶν αἰχμαλωσιῶν.	De captivitatibus Judæorum.
Περὶ διαφόρων βασιλέων Γάλβα, Ὄθωνος, Βιτελλίου.	De imperatoribus Galba, Othone et Vitellio.
Περὶ Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου.	De Vespasiano et Tito.
Περὶ Δομετιανοῦ.	De Domitiano.
Περὶ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου.	De Joanne Theologo.
Περὶ Νερουᾶ.	De Nerva.
Περὶ Τραϊανοῦ βασιλέως.	De imperatore Trajano.
Ὅτι ἔλαβεν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ ὁ Τραϊανός.	Quod Trajanus veniam peccatorum suorum sit consecutus.
Περὶ Ἀδριανοῦ, Ἀντωνίνου, Σευήρου, Κομόδου.	De Hadriano, Antonino, Severo et Commodo.
Περὶ τῆς βασιλείας Περτίναχος.	De imperatore Pertinace.
Περὶ Ὠριγένους καὶ Ἀμβροσίου.	De Origene et Ambrosio.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἀντωνίνου τοῦ Καρακάλλου.	De imperio Antonini Caracallæ.
Περὶ Μακρίνου.	De Macrino.
Περὶ Ἀντωνίνου τοῦ Ἡλιογαβάλου.	De Antonino Heliogabalo.
Περὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας.	De Alexandro Mamææ filio.
Περὶ Μαξιμίνου.	De Maximino.
Περὶ Μαξίμου καὶ Βαλβίνου.	De Maximo et Balbino.
Περὶ τῆς βασιλείας Γορδιανοῦ.	De imperio Gordiani.

De baptismo Judæi, et quod liceat laico orthodoxo in necessitate baptizare.
De magno Athanasio.
De Decio.
De Gallo et Volusiano.
De Valeriano.
De Claudio.
De Quintilio.
De Aureliano.
De Theodoro Mopsuesteno hæretico, de Nestorio, et quibusdam aliis hæreticis.
De Probo et Floriano.
De Caro et Carino.
De imperio Diocletiani et Maximiani impiissimorum principum.
De regno Constantii patris Magni Constantini.

Notitia quorumdam Historiæ scriptorum.
Conspectus imperatorum velut in tabula.
Initium imperii Romani.
De imperio magni Constantini.
De ejus lepra, et quo pacto baptizatus.
De Silvestro papa.
De exstructa Constantinopoli, et quomodo Heraclex antistes ordinet Constantinopolitanum patriarcham.
De Licinio et prima synodo.
Quod Constantius Arianismum professus rectam fidem concusserit.
De Ario.
De morte magni Constantini : quomodo et ubi sepultus.
De imperio Constantii.
De imperio Juliani desertoris, et de ejusdem nece.

De Joviani imperio.
De Valentiniani imperio.
De imperio Gratiani.
De imperio magni Theodosii.
De sancto Arsenio.
Quod Mediolanensis archiepiscopus Ambrosius Theodosium imp. ecclesia ejecerit.
De imperio Arcadii.
De S. Joanne Chrysostomo.
De imperio Theodosii Junioris.
De pomo.
De Monacho.
De Marciano.
De imperio Leonis Magni.
De imperio Leonis ejus ex filia nepotis.
De imperio Zenonis.
De imperio Anastasii Dyrracheni.
De imperio Justini Thracis.
De Justiniani Magni imperio.
De templo Magnæ Sophiæ.
Quando Occursus festum cœperit celebrari.
De bombyce seu serico.
De septem synodis.
De prima synodo.
De secunda synodo.
De tertia synodo.
De quarta synodo.
De quinta synodo.
De sexta synodo.
De septima synodo.
De columna, cui insidet statua Justiniani Magni.

De imperio Justini Minoris.
De ruina Trulli templi sanctæ Sophiæ.
De Tiberio Thraco.
De Mauricii imperio.
De crocodilo.
De Phocæ Cappadocis imperio.
De imperio Heraclii.
De milite qui vim intulit uxori agricolæ.

De imperio Constantini Heraclii nepotis.

Περὶ τοῦ βαπτίσματος Ἑβραίου, καὶ ὅτι ἔξεστι βαπτίζειν, καὶ λαϊκὸς ὢν ὀρθόδοξος ἐν περιστάσει.
Περὶ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου.
Περὶ Δεκίου.
Περὶ Γάλλου καὶ Βουλουσιανοῦ.
Περὶ Οὐαλεριανοῦ
Περὶ Κλαυδίου.
Περὶ Κυντίλλου.
Περὶ Αὐρηλιανοῦ.
Περὶ Θεοδώρου τῆς Μοψουεστίας, αἱρετικοῦ, καὶ Νεστορίου, καὶ ἄλλων τινῶν αἱρετικῶν.
Περὶ Πρόβου καὶ Φλωριανοῦ
Περὶ Κάρου καὶ Καρίνου.
Περὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τῶν ἀσεβεστάτων βασιλέων.
Περὶ τῆς βασιλείας Κώνσταντος πατρὸς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου.
Εἴδησις περὶ τινων ἱστοριογράφων.
Σύνοψις ὡς ἐν πίναξι τῶν βασιλέων.
Ἀρχὴ τῆς βασιλείας Ῥωμαίων.
Περὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου.
Περὶ τῆς λέπρας, καὶ ὅπως ἐβαπτίσθη.
Περὶ Σιλβέστρου.
Περὶ τῆς κτίσεως Κωνσταντινουπόλεως, καὶ πῶς χειροτονεῖ ὁ Ἡρακλείας τὸν Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην.
Περὶ Λικινίου καὶ τῆς πρώτης συνόδου.
Ὅτι Κωνστάντιος ἀρειανίσας τὴν ὀρθὴν πίστιν ἐσάλευε.
Περὶ Ἀρείου.
Περὶ τοῦ θανάτου τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ πῶς καὶ ποῦ ἐτάφη.
Περὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίου.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου, καὶ περὶ τῆς ἀναιρέσεως αὐτοῦ.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἰουβιανοῦ.
Περὶ τῆς βασιλείας Οὐαλεντινιανοῦ.
Περὶ τῆς βασιλείας Γρατιανοῦ.
Περὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου.
Περὶ ἁγίου Ἀρσενίου.
Ὅτι τῆς ἐκκλησίας ἐδίωξε τὸν βασιλέα Θεοδόσιον ὁ Μεδιολάνων Ἀμβρόσιος.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἀρκαδίου.
Περὶ τοῦ Χρυσορρήμονος Ἰωάννου.
Περὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ.
Περὶ τοῦ μήλου.
Περὶ τοῦ Μοναχοῦ.
Περὶ τοῦ Μαρκιανοῦ.
Περὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ μεγάλου.
Περὶ τῆς βασιλείας Λέοντος ἐκγόνου αὐτοῦ.
Περὶ τῆς βασιλείας Ζήνωνος.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἀναστασίου τοῦ Δυρραχινοῦ.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἰουστίνου τοῦ Θρᾳκός.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου.
Περὶ τοῦ ναοῦ τῆς μεγάλης Σοφίας.
Πότε ἤρξατο ἑορτάζεσθαι ἡ Ὑπαπαντή.
Περὶ τῆς μετάξης.
Περὶ τῶν ἑπτὰ συνόδων.
Περὶ τῆς πρώτης συνόδου.
Περὶ τῆς δευτέρας συνόδου.
Περὶ τῆς τρίτης συνόδου.
Περὶ τῆς τετάρτης συνόδου.
Περὶ τῆς πέμπτης συνόδου.
Περὶ τῆς ἕκτης συνόδου.
Περὶ τῆς ἑβδόμης συνόδου.
Περὶ τοῦ κίονος εἰς ὃν ἐπίκειται ἡ στήλη τοῦ Ἰουστινιανοῦ.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἰουστίνου.
Περὶ τοῦ πεσόντος τρούλλου τῆς ἁγίας Σωφίας.
Περὶ Τιβερίου τοῦ Θρᾳκός.
Περὶ τῆς βασιλείας Μαυρικίου.
Περὶ κροκοδείλου.
Περὶ τῆς βασιλείας Φωκᾶ τοῦ Καππαδόκος.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἡρακλείου.
Περὶ τοῦ στρατιώτου τοῦ πορνεύσαντος τοῦ γεωργοῦ τὴν γυναῖκα.
Περὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου ἐκγόνου Ἡρακλείου.

Περὶ τοῦ ψευδοπροφήτου Μωάμεθ.	De Mahomethe pseudopropheta.
Περὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου.	De imperio Constantini Pogonati.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ Ῥινοτμήτου.	De imperio Justiniani Rhinotmeti.
Περὶ τῆς βασιλείας Λεοντίου.	De Leontii imperio.
Περὶ τῆς βασιλείας Τιβερίου τοῦ Ἀψιμάρου.	De Tiberii Apsimari imperio.
Περὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου.	De imperio Theodosii.
Περὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου.	De imperio Leonis Isauri.
Περὶ τοῦ φιλοπόρνου καὶ ἐλεήμονος.	De scortatore et misericorde.
Περὶ τῆς φθαρείσης παρθένου παρὰ βασιλέως Ζήνωνος.	De virgine ab imperatore Zenone vitiata.
Περὶ τοῦ ἀφορισθέντος μυναχοῦ.	De monacho excommunicato.
Περὶ τοῦ ἀφορισθέντος πρεσβυτέρου.	De presbytero excommunicato.
Περὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Κοπρωνύμου.	De imperio Constantini Copronymi
Περὶ τῆς βασιλείας Λέοντος.	De Leonis Chazari imperio.
Περὶ τοῦ κυνός.	De cane.
Περὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου.	De imperio Constantini Irenes fil.
Περὶ τῆς βασιλείας Νικηφόρου.	De imperio Nicephori.
Περὶ τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Ῥαγγαβέ.	De Michaelis Rangabe imperio.
Περὶ τοῦ Βαρδάνη.	De Bardane.
Περὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἀρμενίου.	De imperio Leonis Armenii.
Περὶ τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Τραυλοῦ.	De imperio Michaelis Balbi.
Περὶ τῆς βασιλείας Θεοφίλου τοῦ Εἰκονομάχου.	De Theophili Iconomachi imperio.
Περὶ Μεθοδίου πατριάρχου.	De Methodio patriarcha.
Περὶ τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Μεθυστοῦ.	De imperio Michaelis Potoris.
Περὶ τῆς βασιλείας Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος.	De Basilii Macedonis imperio.
Περὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Σοφοῦ.	De Leonis Sapientis imperio.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἀλεξάνδρου.	De imperio Alexandri.
Περὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου.	De imperio Constantini.
Περὶ τῆς βασιλείας Ῥωμανοῦ τοῦ Λακαπηνοῦ.	De imperio Romani Lacapeni.
Περὶ τῆς βασιλείας Νικηφόρου τοῦ Φωκᾶ.	De Nicephori Phocæ imperio.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἰωάννου τοῦ Τζιμισχῆ.	De Joannis Tzimischæ imperio.
Περὶ τῆς βασιλείας Βασιλείου τοῦ Πορφυρογεννήτου.	De imperio Basilii Porphyrogennetæ.
Περὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου.	De Constantini imperio.
Περὶ τῆς βασιλείας Ῥωμανοῦ τοῦ Ἀργυροπούλου.	De Romani Argyropuli imperio.
Περὶ τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Παφλαγόνος.	De imperio Michaelis Paphlagonis.
Περὶ τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Καλαφάτου.	De imperio Michaelis Calaphatæ.
Περὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου.	De imperio Constantini Monomachi.
Περὶ τῆς Θεοδώρας.	De Theodora Augusta.
Περὶ τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Στρατιωτικοῦ.	De Michaelis Stratiotici imperio.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ.	De Isaaci Comneni imperio.
Περὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου πρωέδρου τοῦ Δουκός.	De Constantini præsidis Ducæ imperio.
Περὶ τῆς βασιλείας Ῥωμανοῦ.	De Romani Diogenis imperio.
Περὶ τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Παραπινάκου.	De imperio Michaelis Parapinacii.
Περὶ τῆς βασιλείας Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου.	De Nicephori Botaniatæ imperio.
Περὶ τῆς βασιλείας Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ὃς διάδοχον κατέλιπεν Ἰωάννην τὸν ἑαυτοῦ υἱόν.	De imperio Alexii Comneni, qui successorem quit Joannem suum filium.

FINIS TABULÆ

ANNALIUM MICHAELIS GLYCÆ, SICULI,

PRÆFIXÆ CODICI MS. BIBLIOTHECÆ ARCHIMONASTERII ORD. FONTISEBRALLENSIS, A CELSI PRINCIPE,

JOANNA BAPTISTIDE BORBONIA,

TOTIUS ORDINIS GENERALI ANTISTITA, LIBERALISSIMÈ COMMUNICATO.

ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΓΛΥΚΑ

ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΒΙΒΛΟΣ ΧΡΟΝΙΚΗ*.

—

MICHAELIS GLYCÆ

SICULI

ANNALES,

A MUNDI EXORDIO USQUE AD OBITUM ALEXII COMNENI.

—

PRIMA PARS TOTIUS UNIVERSITATIS RERUM A DEO CONDITARUM HISTORIAM CONTINET, ILLUSTRI EXPOSITIONIS VARIETATE ADMIRANDAM.

(Interprete Joanne Leunclavio.)

—

I Hunc etiam brevem commentarium tibi, charissime fili, conficere libuit. Quanquam enim scriptores Annalium in eo nimiopere laborare video ut ambitioso quodam orationis genere cogitationes suas exponant, ego tamen meum secutus institutum, quæ ab iis essent tradita, paucis comprehendere malui, quod cognitum habeam prolixis ora-

Βραχυσύλλαβον ἐγχαράττω σοι τοῦτο τὸ γράμμα, τέκνον μου φίλτατον. Εἰ γὰρ καὶ μυρίοις ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασι πόνοις οἱ τὰ χρονικὰ συλλεξάμενοι διηγήματα ὥστε φιλοτίμως ἐκθέσθαι τὰ οἰκεῖα συντάγματα, ἀλλ' ἐν ὀλίγοις ἐγὼ τὰ τοιαῦτα συμπεριλαβὼν (οἶδα γὰρ ὅτι καὶ πάνυ καταβαρύνει τὰς ἀκοὰς, εἴπερ ὁ λόγος εἰς μῆκος ἐπεκταθείη) βρα-

*antequam provehar ulterius, monendum censeo lectorem, ante aliquot annos me editionem Græci textus ex duobus Bibliothecæ nostræ mss. codicibus mutilis atque imperfectis maturare coactum fuisse, eumdemque postea contulisse, ac supplevisse, partim ex mss. codice chartaceo optimæ notæ, a celsissima principe Joanne Baptistide Borbonia, generali ordinis Fontisebraldensis antistita, ex locupletissima archimonasterii sui bibliotheca deprompto, atque humanissime subministrato, partim ex variis excerptis ad me transmissis, cum Roma a V. C. Luca Holstenio eruditione omni atque humanitate perpolito, ex codice Vallicellano RR. PP. Congregationis Oratorii, tum Augusta Vindelicorum a R. P. Simone Wangnereckio, societatis nostræ theologo, τῷ μακαρίτῃ, ex Bibliothecis Bavariæ, atque ejusdem celeberrimæ reipublicæ Augustanæ (a).

F, itaque deinceps codicem Fontisebraldensis monasterii, C, Claromontanum nostrum. V, Vallicellanum, B, Bavaricum. A, denique Augustanum designabunt. IM. Meursianam tertiæ partis, de qua postea pluribus dicendum erit, a Julio Cæsare ad Constantinum Magnum editionem Lugduno Batavam.

Titulus codicis V. sic habet, Τοῦ λογιωτάτου καὶ μακαριωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ χρονικὸν ἀπὸ κτίσεως κόσμου συνοπτικὸν διεξιὸν, κατ' ἐπιτομὴν περί τε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, περί τε τοῦ φωτὸς αὐτοῦ, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ὑπὸ Θεοῦ δημιουργηθέντων ἐν ἡμέραις ς' περί τε τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδὰμ, καὶ τῶν λοιπῶν καθεξῆς. F. vero paucis mutatis sic incipit: Τοῦ σοφωτάτου καὶ μακαριωτάτου, etc. Sequuntur aliquot versus cum titulo: Στίχοι ἰαμβοι εἰς τὴν παροῦσαν βίβλον·

Βίβλος χρονικὴ σύνθεσις τεχνουργίας
. . . . . λόγου χάριν
Λόγος. . . . . κλῆσις ἡ συγγραφέως.
Ἦν ἐκ γένους ἔσχηκε Γλυκεπωνύμου
Γλυκᾶς ὁ γράψας Μιχαὴλ τὸ βιβλίον
Θεοῦ λόγων νοῦς καὶ χαρὼν τῶν δογμάτων.

Integre vero atque emendate leguntur in C. et quibusdam aliis.

Βίβλος χρονικὴ σύνθεσις τεχνουργίας
Εἰς τὸ γλυκὺ σύνταγμα σχεδιασθεῖσα
Ἔργοις παρέσθω κλῆσις ἡ γεγραφότος,
Ὃς ἐκ γένους ἔσχηκε Γλυκετῶν λάχος
Ὁ συγγεγραφὼς Μιχαὴλ τὸ βιβλίον
Θείων λόγων ἔννοιαν περιλαμβάνον.

(a) Quidquid Labbeus vel emendationis vel supplementi in notis congesserat, suo loco in hac præsenti editione repositum est; notis ergo quæ ad contextus emendationem respiciebant jam exhaustis, id tantum nobis præstandum superest ut quod ad historiam spectat, si quid est, expiscemur. Edit.

χείαν ἰδού σοι καὶ ταύτην τὴν βίβλον συντίθημι. A tionibus aures hominum obrutas tædio quodam affici.

Πρὸ πάντων οὖν εἰδέναι σε ἄξιον ὅτι ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησε τοῦτον τὸν κόσμον ὁ Θεὸς, ἐν δὲ τῇ ἑβδόμῃ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ ὧν ἐποίησεν. Ἠδύνατο οὖν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τὰ πάντα παραγαγεῖν, οὐρανὸν δηλονότι, γῆν καὶ θάλατταν, ἰχθύας, τά τε πετεινὰ καὶ τὰ τετράποδα καὶ πρὸς τούτοις τὸν ἄνθρωπον. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἀφορμῆς ἐπιδράξονται οἱ ἐξ αὐτομάτου τὰ πάντα παραχθῆναι λέγοντες, ἡμερῶν ἐδεήθη ἓξ ἐπὶ τῇ παραγωγῇ τοῦδε τοῦ κόσμου ὁ Δημιουργὸς ἡμῶν καὶ Θεὸς, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησίν. Εἰ γὰρ καὶ οὕτω τῶν ποιημάτων ἀπαρτισθέντων αὐτόματα ταῦτά τινες; ἐφαντάσθησαν, πολλῷ μᾶλλον εἴπερ ὁμοῦ καὶ κατὰ ταῦτα εἰς τὸ εἶναι παρήχθησαν. Ἓν ἓξ δὲ καὶ B μόναις ἡμέραις, καὶ οὐ πλέοσιν ἢ ἐλάττοσι, τουτονὶ παραχθῆναι τὸν κόσμον ηὐδόκησεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς διδαχθῶμεν ἐντεῦθεν ἓξ ἡμέρας τῆς ἑβδομάδος ἐργάζεσθαι, τῇ δὲ ἑβδόμῃ κεχρῆσθαι πρὸς μόνην δοξολογίαν Θεοῦ. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Δημιουργὸς ἐν τῇ ἑβδόμῃ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων ὧν ἤρξατο ποιεῖν. Εἰ δὲ ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις εὑρηται λέγων, « Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι, » μὴ θαύμαζε. Τότε μὲν γὰρ ὁ Θεὸς, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶττάν φησι, κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων, τουτέστιν ἔστη τοῦ δημιουργεῖν· μετὰ γὰρ τὴν ἕκτην οὐδὲν ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν. Ἐπειδὴ δὲ τὰ δημιουργηθέντα συνέχων ἔκτοτε καὶ συντηρῶν οὐ C διέλειπεν (εἰ γὰρ μὴ οὕτω ποιῶν ἦν, οὐκ ἂν ἐπὶ τοσούτοις αἰῶσι τὰ τοιαῦτα διήρκεσε), καὶ λίαν εὐλόγως καὶ τήμερον ἐργάζεσθαι λέγεται.

Καὶ τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, οὐρανὸν ἐκεῖνον τὸν πρῶτον, τὸν περικαλλῆ τε καὶ ἄναστρον, περὶ οὗ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ἐν τῇ Ἀποκαλύψει αὐτοῦ περὶ τῆς μετὰ ταῦτα καταστάσεως διεξιὼν, οὕτω φησὶν, « Εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινὴν, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι. »

« Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Πρόσεχε, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ τοῦτο ἐνταῦθα ἠπόρηται, πῶς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν πρότερον, εἶτα τὴν γῆν. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ θεμέλια καταβάλλονται πρότερον, εἶθ' οὕτως ὁ ὄροφος, ἔδει πάντως παραD χθῆναι τὴν γῆν καὶ τότε τὸν οὐρανόν. Ἀλλὰ μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν. Ἐπειδὴ γὰρ πάντα τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ φύσιν ἐστὶ καὶ τέχνης ἀκολουθίαν, καινὸν πάντως οὐδὲν, εἴγε καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ κόσμου τούτου παραγωγῆς τὸν οὐρανὸν ἐποίησε πρότερον, εἶτα τὴν γῆν. Καὶ οὕτω μὲν ὁ θειότατος Ἰωάννης· ἕτεροι δέ φασιν ὅτι ὁ ἀριστοτέχνης Θεὸς τὸν οὐρανὸν πρότερον παραγαγὼν, εἶτα τὴν γῆν, ἀπόῤῥητον αὐτοῦ σοφίαν καὶ τέχνην παρέστησεν. Ἐπειδὴ γὰρ, ὡς ὁ τὰ θεῖα σοφὸς Γρηγόριος ὁ Νύσσης φησὶν ὅτι διὰ τῆς ὀξείας κινήσεως τοῦ οὐρανίου σώματος ἐῤῥάζεται κατὰ χώρας ἡ γῆ καὶ συσφίγγεται,

Ante omnia vero scire debes Deum sex dierum spatio mundum hunc condidisse, ac die septima rerum creationi fine imposito quievisse. 2 Poterat quidem uno die res universas in ortum producere, nimirum cœlum, terram, mare, pisces, volucres, quadrupedes bestias, et in his hominem ipsum : sed ne occasionem erroris hinc sui arriperent qui fortuito casu orta perhibent omnia, diebus sex mundum hunc absolvere voluit, quemadmodum aureus orator ille Joannes tradit. Nam si hoc etiam modo creatis absolutisque rebus, ausi quidam sunt imaginari casu quodam ortas, multo magis id fecissent, si pariter eodemque tempore conditæ fuissent. Placuit itidem Deo sex tantum diebus, non pluribus nec paucioribus opificium mundi hujus absolvere, ut sciremus nobis quoque sex cujuslibet septimanæ diebus laborandum, septimumque diem soli celebrationi divinæ impendendum. Nam ea de causa Opifex quoque noster ab omnibus operibus suis septimo die quievit. Nec est quod Dominum in Evangelio dicere mireris : « Pater meus operatur hactenus, et ipse operor [1]. » Nam tum quidem temporis, ut Chrysostomus ait, ab operibus universis quievit, hoc est creare desiit : quippe post sextum diem haudquaquam in ortum de nihilo quidquam produxit. Quia vero secundum id creata conservare non cessavit, absque quo foret, in hodiernum illa diem non durassent, idcirco etiam modo non abs re operari dicitur.

Enimvero primo die cœlum ac terram condidit, cœlum, inquam, illud princeps, perpulchrum, sideribus carens, de cujus imagine Ioannes evangelicæ auctor historiæ, de secutura secundum hæc rerum instauratione loquens in Revelatione sua, sic ait. « Videbam cœlum novum terramque novam, et mare prius nusquam erat [2]. »

« Deus, » ait sacræ historiæ scriptor, « initio cœlum et terram creavit [3]. » Animadverte, fili, dubium hoc loco quiddam incidere, qui cœlum prius condiderit, ac deinde terram. Cum enim priore loco fundamenta jaciantur, atque ita deinde tectum imponatur ædificiis, omnino terra prius in ortum producenda erat, ac tum demum cœlum quoque creandum. Verum aliter egisse Deum nequaquam tibi mirum videatur. Nam cum opera ipsius omnia naturæ leges excedant et omnem artis seriem, nihil novum, si etiam in mundi creatione cœlum priore loco, terram secundo condidit. Hoc modo divinus ille Joannes hanc dubitationem explicavit. Alii vero dicunt Deum summum artificem primum cœlo condito deinde terram creasse, ut hoc ipso ineffabilem sapientiam artemque suam declararet. Nam cum de sententia Gregorii Nys-

[1] Joan. v, 17. [2] Apoc. xxi, 1. [3] Gen. i, 1.

sensis, 3 hominis rerum divinarum peritissimi, per cœlestis corporis motum celerrimum suo in loco terra stabiliatur et quasi constringatur, omnino conveniebat id prius creari quod alterum contineret quam quod contineretur. Quodsi jam quis amplius dubitet, qui factum sit ut terra de fundamento suo non fuerit emota, quo tempore cœlum non agitabatur motuve suo ferebatur (hanc enim quæstionem eximius ille Maximus in iis quæ ad Thalassium scripsit movet) Jesu Nave filio dicente : « Sol apud Gabaonem subsistat et luna ad vallem Ælonem [4] ; » ei respondebimus, ubi Deus velit, ordinem naturæ vinci. Nam si ejus in manu sunt terræ limites, si terræ columnas ipse stabilivit, ut Davides loquitur, si terræ fundamenta certa firmaque jecit, ut perpetuum ea loco non moveantur, desine mirari quod aliquando cœli motu quiescente de fundamento suo terra non excideriť. Quanquam enim omnia ratione naturæ consentanea fiant hodie, tamen si quidem ita naturæ Dominus ille velit, etiam supra naturæ leges accidere non pauca videmus.

Creavit igitur initio cœlum et terram, et quia, sicut eximius ille Basilius ait, ex obstructione corporis cœlestis aer caliginem altam induerat (erant enim, inquit Moses, offusæ abysso tenebræ), lucem hanc sensilem produxit Deus, ut in terris ea luceret. Quippe non conveniebat ut rivus quasi quidam et particula lucis illius intellectilis, quæ expertibus crassæ materiei potestatibus adest, in hoc crasso et aspectabili mundo relinqueretur, cum harum utraque nihil inter se commune habeat. Nam lucis ipsius ratione mundus intellectilis et sensilis inter se diversi sunt, et utriusque lux suos intra limites consistit, quemadmodum Gregorius Theologus clarissime scripsit. Animum igitur iis quæ dicturi sumus adverte. Cum mandato divino cœlum circa res inclusas subito velut extensum fuisset, corpore continuo præditum, quod facile interiora separare ab extrariis posset, necessario factum est ut inclusus intra cœlum locus expers lucis maneret, secreta nimirum ab eo luce illa extraria. Nam si quæ exstiterunt ante mundi hujus sensilis et interitui obnoxii ortum, haud dubie in luce versabantur, ut magnus ille noster Basilius inquit, nec vel angeli vel cæteræ cœlestes copiæ in caligine degebant, sed in luce ac omni lætitia spirituali. Quamobrem sequitur has in mundo primum condito tenebras ex corporis cœlestis umbra fuisse profectas. Hoc tamen loco diligenter a nobis considerari quidpiam, operæ pretium fuerit. Non diem nox præcessit, ut imperitis quibusdam videtur. 4 Nam illæ tenebræ quæ ante lucis hujus aspectabilis creationem exstiterunt, nec essentia quædam erant (etenim ex obstructione quadam ortæ sunt, ut prius est indicatum), nec sacris in Litteris nox appellantur, ut inde concludi possit diei noctem esse præponendam. Quanquam enim dicere Mosem audias Deum, postquam lucem a tenebris distin-

ἔπρεπε πάντως τὸν συνοχέα παραχθῆναι πρότερον, εἶτα τὸν συνεχόμενον. Εἰ δὲ καὶ πλέον ἐπαπορήσειέ τις ἐνταῦθα, πῶς ἡ γῆ, λέγων, οὐκ ἐξέστη τῆς οἰκείας βάσεως ἀκινήτου τοῦ οὐρανοῦ γεγονότος, ὡς ἐν τοῖς πρὸς Θαλάσσιον ὁ μέγας Μάξιμος, ἡνίκα ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς ἔλεγε, « Στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαῶν, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Αἰλών, » τότε πρὸς αὐτὸν ἐροῦμεν ὅτι ὅπου βούλεται ὁ Θεὸς, νικᾶται φύσεως τάξις. Εἰ γὰρ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς, εἰ καὶ τοὺς στύλους τῆς γῆς αὐτὸς ἐστερέωσε, καθά φησιν ὁ Δαβὶδ, εἰ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς ὥστε μὴ κλιθῆναι εἰς τὸν αἰῶνα, μὴ θαύμαζε εἰγε καὶ τοῦ οὐρανοῦ ἀκινήτου ποτὲ μείναντος τῆς οἰκείας ἡ γῆ βάσεως οὐκ ἐξέπεσεν. Εἰ γὰρ καὶ φυσικῷ λόγῳ τὰ πάντα γίνονται σήμερον, ἀλλ' ἐπειδὰν ὁ τῆς φύσεως βουληθείη Δεσπότης, τότε καὶ ὑπὲρ φύσιν ὁρῶμεν οὐκ ὀλίγα τῶν πραγμάτων γινόμενα.

« Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Καὶ ἐπειδὴ, καθώς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, ἐξ ἀντιφράξεως τοῦ οὐρανίου σώματος βαθὺ σκότος ὁ ἀὴρ ἐνεδύσατο (καὶ σκότος γὰρ, φησὶν, ἐπάνω τῆς ἀβύσσου), παρήγαγε τὸ αἰσθητὸν τοῦτο φῶς ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς. Οὐδὲ γὰρ ἀποῤῥῶγά τινα τοῦ νοητοῦ φωτὸς ἐκείνου τοῦ ταῖς ἀΰλοις προσόντος δυνάμεσιν ἐναπολειφθῆναι ἔπρεπε τῷ ὑλικῷ τούτῳ κόσμῳ καὶ ἐρατῷ, ὅτι μηδὲ κοινωνία τοῖς ἐν ἀμφοτέροις νοητοῖς. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ διεστηκέναι μὲν ἀπ' ἀλλήλων τόν τε νοητὸν κόσμον καὶ τὸν αἰσθητὸν, ἑστηκέναι δὲ τῶν ἰδίων ὅρων ἐντὸς ἡ θεολόγος γλῶσσα τρανότατα ἔφησε. Πρόσεχε οὖν. Ἐπειδὴ γὰρ προστάγματι θείῳ περιστάθη ἀθρόον ὁ οὐρανὸς σῶμα ἔχων συνεχὲς, ἱκανὸς τῶν ἔξω διαστῆσαι τὰ ἔνδον, ἀναγκαίως τὸν ἐναπολειφθέντα αὐτῷ τόπον ἀφεγγῆ κατέστησε, τὴν ἔξωθεν αὐγὴν διακόψας. Εἴ τι γὰρ ἦν πρὸ τῆς τοῦ αἰσθητοῦ τοῦδε κόσμου συστάσεως, ἐν φωτὶ διῆγεν ὁμολογουμένως, ὡς ὁ θειότατός φησι Βασίλειος. Οὐδὲ γὰρ αἱ τῶν ἀγγέλων ἀξίαι καὶ πᾶσαι αἱ ἐπουράνιαι στρατιαὶ ἐν σκότει διῆγον, ἀλλ' ἐν φωτὶ καὶ πάσῃ εὐφροσύνῃ πνευματικῇ. Τὸ τοίνυν ἔγκοσμιον σκότος τῇ τοῦ οὐρανίου σώματος παρυπέστη σκιᾷ. Ἀλλ' ἐνταῦθα προσέχειν ἄξιον. Οὐδὲ γὰρ προηγεῖται τῆς ἡμέρας ἡ νὺξ, ὡς ἔδοξέ τισιν ἀμαθέσι. Τὸ γὰρ σκότος ἐκεῖνο τὸ πρὸ τῆς παραγωγῆς τοῦ ὁρατοῦ τοῦδε φωτὸς οὔτε οὐσία τίς ἐστιν (ἐξ ἀντιφράξεως γὰρ ὑφέστηκεν, ὡς προείρηται), οὔτε νὺξ ὠνομάσθη παρὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς, ὡς ἐντεῦθεν τῆς ἡμέρας τὴν νύκτα προτάττεσθαι. Εἰ γὰρ καὶ τοῦ Μωσέως ἤκουσας λέγοντος ὅτι μετὰ τὸ διαχωρίσαι τὸν Θεὸν ἀναμέσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀναμέσον τοῦ σκότους τὸ μὲν φῶς ἡμέραν ἐκάλεσε, τὸ δὲ σκότος ἐκάλεσε νύκτα, μὴ θαύμαζε. Οὐδὲ γὰρ τὸ σκότος ἐκεῖνο τὸ πρότερον, ὡς Ἰώσηπος ἐν τῇ καθ' αὐτὸν ἀργαιολογίᾳ φαίνεται λέγειν, ἀλλὰ τὸ μετὰ τὴν

[4] Josue x, 12.

συστολὴν τοῦ φωτὸς χώραν αὐτίκα λαβὸν, ἐκεῖνο νύκτα ἐκάλεσε. « Καὶ ἐγένετο » γάρ φησιν « ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα μία. » Καὶ πείθου τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ λέγοντι ὅτι ἡ πρὸ τῆς γενέσεως τοῦ φωτὸς ἐν τῷ κόσμῳ κατάστασις οὐχὶ νὺξ ἦν, ἀλλὰ σκότος. Τὸ μέντοι διαστολὲν πρὸς τὴν ἡμέραν, τοῦτο νὺξ ὠνομάσθη, ὅπερ νεωτέρας προσηγορίας μετὰ τὴν ἡμέραν τετύχηκεν. Οὐκοῦν ἡ ἡμέρα προηγεῖται τῆς νυκτός. Τὸ γὰρ φῶς ἐκεῖνο διαχεχυμένον ὃν ἀπανταχοῦ συνεστέλλετο κελεύσει τοῦ παραγαγόντος αὐτὸ Θεοῦ, συστελλόμενον δὲ πάρεδον ἐδίδου τῇ νυκτὶ, καθά φησιν Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος ὁ καὶ μάρτυς Χριστοῦ, καὶ μετ' ἐκεῖνον ὁ μέγας Βασίλειος. Ἔνθεν τοι καὶ τὸ μῆκος ἀμφοτέρων ἐπισυνάπτων ὁ Μωσῆς καὶ μίαν ἡμέραν ἀποκαλῶν, οὕτω τὴν ἐκμέτρησιν τῶν χρόνων ποιεῖ, « Καὶ ἐγένετο » λέγων « ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα μία. » Ἐπίγνωθι οὖν, ἀγαπητὲ, ὡς εἶχε τὸ σκότος ἐκεῖνο προηγεῖτο τῆς ἡμέρας, ἐκεῖθεν ἂν ὁ Μωσῆς καὶ τὴν τῶν ἡμερῶν ἐποιεῖτο ἐκμέτρησιν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπιβεβαιοῖ καὶ αὐτὸς ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς. Ἐν γὰρ τῇ εἰς τὴν Ἑξαήμερον τρίτῃ αὐτοῦ ὁμιλίᾳ φησὶν ὅτι εἰπὼν ὁ Μωσῆς, « Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα μία, » ἔδειξε σαφῶς ὅτι τὸ τέλος τῆς νυκτὸς πλήρωμα τῆς ἡμέρας ἐστίν· ἐπὶ γὰρ τούτῳ καὶ ἀμφοτέρων τὸ μῆκος ἡμέραν μίαν εἰκότως ἐκάλεσεν. Οὕτω μὲν οὖν ὁ μέγας Βασίλειος περὶ τοῦ Μωσέως φησὶν, ἵνα τὰ πρεσβεῖα τῆς γενέσεως ἀποδῷ τῇ ἡμέρᾳ, πρότερον εἶπε τὸ πέρας τῆς ἡμέρας, εἶτα τῆς νυκτὸς, ὡς ἑφεπομένης τῆς νυκτὸς τῇ ἡμέρᾳ. Ἄφες λοιπὸν τὰ τοῦ Ἰωσήπου· σκότους γὰρ ἐκεῖνος ὡς Ἰουδαῖος ὑπάρχων μεστὸς ἀναβλέψαι πρὸς τὸ φῶς οὐκ ἠθέλησεν. Ἔνθεν τοι καὶ τὴν νύκτα τῆς ἡμέρας προέταξε.

A xisset, lucem quidem appellasse diem, tenebras vero noctem, mirum id tamen nequaquam tibi videatur. Quippe non caliginem illam priorem, quemadmodum in libris Originum suis sentire Josephus videtur, sed eam quæ post collectionem lucis suum mox locum accepit, noctem vocavit. Sunt enim hæc verba Mosis : « Facto vespere ac mane dies unus exstitit. » Idcirco potius magno Basilio fidem habe, qui ait eum statum rerum, qui ante lucis ortum in mundo exstiterit, non noctem, sed tenebras fuisse, cum id quod diei deinde oppositum fuerit, noctis nomen acceperit, appellationem scilicet diei voce recentiorem. Quapropter noctem dies præcedit. Nam lux illa hinc inde diffusa colligebatur mandato Dei, qui eam condiderat ; collecta vero, ut Justini philosophi Christique testis ac eumdem secuti Basilii verbis utar, nocti velut aditum quemdam patefaciebat. Quo fit ut spatium utriusque conjungens Moses, idque diem appellans unum, temporis mensuram quamdam instituat, cum ait, « Facto vespere ac mane dies unus exstitit. » Quamobrem animadvertito, dilecte fili, quod si caligo ea diem præcessisset, omnino Moses dierum inde mensuram facturus fuerit. Confirmat hæc etiam aureus orator ille noster. Sunt enim hæc ipsius verba oratione De sex dierum operibus tertia : « Cum dicit Moses : Facto vespere ac mane dies unus exstitit, perspicue demonstrat, finem noctis integrum diem absolvere. Nam eam ob causam utriusque spatium recte diem unum appellavit. » Eodem modo magnus etiam Basilius inquit Mosem, ut priores ortus partes diei tribueret, primum diei finem expressisse, deinde noctis, tanquam nocte diem sequente. [Quin (1) etiam Damascenus ille Joannes, capite Decretorum suorum 20, sic de hac quæstione disserit : « Prior exstitit dies, ac nox posterior. Itaque nox diem sequitur, et ab initio diei noctisque numeratur. »] Quamobrem in hac parte missum mihi Josephum facito, qui cum, ut natione Judæus, caliginis plenus fuerit, ad lucem suspicere noluit, eaque de causa noctem ante diem numeravit.

Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα μία. Τίνος ἕνεκεν ἐνταῦθα εἶπεν ἡμέρα μία, καὶ οὐκ εἶπεν, ἡμέρα πρώτη ; Καίτοι γε τοῦτο ἦν ἀκολουθότερον, εἴγε μετὰ ταῦτα ἔμελλε λέγειν, « Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα δευτέρα· » τῆς γὰρ δευτέρας καὶ τῆς τρίτης ἐξ ἀνάγκης πρώτη κατάρχει τε καὶ προηγεῖται. Εἶπεν οὖν ἡμέρα μία τὸ μέτρον ἡμέρας καὶ νυκτὸς περιορίζων, καὶ συνάπτων τοῦ ἡμερονυκτίου τὸν χρόνον, ὡς τῶν εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν μιᾶς ἐκπληρουσῶν ἡμέρας διάστημα, σὺνυπακουομένης τῇ ἡμέρᾳ δηλονότι καὶ τῆς νυκτός· καὶ γὰρ ἡ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατάστασις ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ γίνεται.

Verum cur unum diem Moses, non primum dixit, cum ait : « Facto vespere ac mane dies unus exstitit ? » 5 Cur, inquam, non potius dixit, dies primus exstitit ? Etenim hoc rationi magis consentaneum fuisset, quando secundum hæc dicturus erat, « Factoque vespere ac mane dies alter exstitit. » Quin etiam secundum et tertium diem primus necessario præcedit. Nimirum diem unum dixit, mensuram diei noctisque definiens, et spatii diurni nocturnique cursum conjungens, tanquam explentibus intervallum ac tempus diei (nocte interim sub diei vocabulo comprehensa) viginti et quatuor horis. Nam cœli ab uno eoque puncto moti ad idem reversio diei unius spatio fieri consuevit.

Καὶ περὶ μὲν τῆς οὐσίας τοῦ οὐρανοῦ πλέον οὐ

De cœli autem essentia naturaque curiose quid-

(1) *Quin etiam Damascenus ille Joannes*, etc. Deest locus ille Damasceni in utroque nostro codice Claromontano in F. et V. cum tamen, ut ex versione colligitur, non abfuerit a codice Leunclavii ; sic enim variant exemplaria nostri chronologi Glycæ.

piam inquiri amplius haud oportet quam quod vates Isaias dixit [5], cœlum a Deo tanquam summum quemdam stabilitum esse; quibus verbis ejus natura declaratur esse admodum tenuis. Plato cœli essentiam constare tradit ex parte quatuor elementorum sive principiorum lucidiore, atque illa ipsa re cæteris a corporibus secundis differre; nam ea de parte crassiore orta esse. Secutus est autem has opiniones Plato propterea quod materiem corporis expertem præexsistere putaret, de qua oriri volebat elementa illa quatuor, ex quibus mundus hic universus constaret. Verum enimvero valeant illi, ut insignis viri Maximi verbis utar, qui de nihilo quidquam ortum negant. Nos enim profitemur itidem, ut majestas et amplitudo Creatoris nullis sit inclusa descriptaque terminis, ita nec sapientiam ejus nec potestatem percipi posse. Aristoteles autem alterius cujusdam essentiæ cœlum esse putat et quintum corpus appellat. Addit esse cœlum alterius essentiæ, nimirum ab essentia quatuor elementorum diversæ, propter illam causam, quod amborum motus diversi sint. Nam elementa quatuor partim ut levia sursum feruntur, partim ut gravia sic a natura comparata sunt, ut deorsum motu suo vergant, cum interim cœlum in orbem feratur. De quo sequi necesse sit ut diversum a quatuor elementis esse quiddam statuatur. Hæc sunt horum opiniones. Nos autem facta illis potestate seipsos evertendi ac lapidandi, Mosi fidem habeamus, ut qui rebus ipsis ab se perspectis dixerit : « Initio Deus cœlum ac terram creavit. » Adeoque deinceps ex ipsarum rerum sub aspectum cadentium pulchritudine pulcherrimum illum rerum auctorum animo complectamur, perinde ac de magnitudine creatorum eorumdem conditorem ipsorum percipimus. Et quid multis verbis opus est? De quatuor quidem elementis omnia producta sunt, verum non ex illa materie corporis experto naturam essentiamque suam elementa acceperunt, quæ extrariorum est sententia : sic tamen hæc intelligantur, ut omnia rerum ab opifice profecta fateamur. 6 Nam dle primo, quo cœlum ac terram de nihilo in ortum produxit, ipsa simul elementa condidit, ut inde porro cætera provenirent. Atque hactenus et hujusmodi de cœlo dicta sunto.

Terram scire debes in universitatis rerum medio quasi suspensam esse; quod ipsum licet de siderum motu cognoscas. Nam ea nobis esse magnitudinis ejusdem videntur omnia, sive oriantur sive medio sint in cœlo sive occidant. Atque hoc illud est quod magnus noster Basilius in oratione sexta de luminaribus ait, neminem soli proximum esse nec a sole longissime distare, sed eum intervallo pari ad quasvis terræ partes inhabitantes accedere. Quamobrem hæc velim tecum ipsius ante consideres. Nam si medium hujus universi locum terra non obtineret, sequi necesse foret ut ad quamcunque partem forte propius accederent sidera, istic majora viderentur, a quibus autem longiora. Quæ cum ita sint, quid opus est amplius inquirere? Nam si ipse propheta Isaias cœlum tanquam fumum stabilitum esse dixit, quid ille magnus Basilius? Quid Ambrosius? Quid Augustinus? Quid alii? Quid ego? Quid tu? Quid omnes? Quid quæ ad hæc dicta sunt? Quid quæ dicenda? Quid quæ dicta? Quid quæ dicenda? Quid quæ dicta? Quid quæ dicenda? Quid quæ dicta

ὡρώμενα δίδωσιν ἡμῖν ἐννοεῖν ὅτι μέσον ἡ γῆ τοῦ παντὸς ἀπηώρηται. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, εἰ μὴ καθάπερ εἴπομεν, ἀπηωρημένη αὕτη παρήγετο κατ' ἀρχάς, οὐκ ἂν αἱ κατὰ τόπους κινήσεις αὐτῆς ὑπ' ἀνέμων ἐγίνοντο. Αἴτιος μὲν γὰρ τοῦ σεισμοῦ ὁ Θεὸς κατὰ τὸν εἰπόντα προφήτην « Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν, » τὸ δὲ συνεχὲς τούτου γίνεται καὶ παρὰ τὴν τῶν ὑπογείων ἀνέμων κίνησιν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐπιόντων μεγάλων σεισμῶν ἄνεμοι τῷ τότε οὐκ εἰσίν, ὡς ἐγκλειομένων αὐτῶν ὑποκάτω κατὰ τόπους καὶ μᾶλλον ὑπάντρους.

Εἰ δὲ καὶ τί ἐστιν ὁ ἄνεμος ἐπιζητεῖς, καὶ πόθεν ἔχει τὴν γένεσιν, εἰδέναι ὀφείλεις ὅτι τινὲς μὲν τὸν ἀέρα φασὶ κινούμενον τὰς τῶν ἀνέμων αὔρας παρέχειν ἡμῖν, ἕτεροι δὲ πάλιν ἐκ τῆς καπνώδους ἀναθυμιάσεως γεννᾶσθαι τὸν ἄνεμον φάσκουσιν. Οἷς δὴ καὶ προσέχειν σε πλέον βούλομαι. Τὸ μὲν γὰρ τοῦ ἀέρος κίνησις ἔκλυτος ὑπάρχει καὶ χαλαρά, ἡ δὲ τοῦ ἀνέμου βιαιοτέρα τε καὶ τυραννική. Καὶ δῆλον ἐξ αὐτῶν τῶν σεισμῶν· οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστιν ὁ σεισμὸς εἰ μὴ ὑπόγειος ἄνεμος. Τεσσάρων δὲ ὄντων ὡς εἰπεῖν καθολικῶν ἀνέμων, ἀπηλιώτης μὲν καὶ ζέφυρος οὐκ εἰσὶ σφοδρότατοι· βορρᾶς δὲ καὶ νότος τυραννικώτατοι, διότι ἐν μὲν τῷ βορείῳ καὶ νοτίῳ πόλῳ, ὅθεν ὁ βορρᾶς καὶ ὁ νότος πνεῖ, μὴ γινόμενος ὁ ἥλιος οὐ θερμαίνει τὰ ἐκεῖσε χωρία, ἀλλὰ μένει ψυχρὰ, ψυχρὰ δὲ ὄντα ἀεὶ ἐνικμά εἰσιν, ὥστε ὄμβρων πολλῶν γενομένων διὰ τὴν ψῦξιν, εἶτα τῆς γῆς διαβρόχου γενομένης, πολλὴ καπνώδης ἀναθυμίασις ἀναδίδοται, καὶ διὰ τοῦτο σφοδροὶ ἄνεμοι γίνονται, ὅ τε βορρᾶς καὶ ὁ νότος. Ἐν δὲ τοῖς ἀνατολικοῖς καὶ δυτικοῖς χωρίοις κινούμενος ὁ ἥλιος οὐκ ἐᾷ ψῦξιν γενέσθαι πολλὴν, καὶ διὰ τοῦτο οὔτε πολὺς ὑετὸς γίνεται οὔτε πολλὴ ἡ καπνώδης ἀναθυμίασις, ἅτε τῆς γῆς μὴ διαβρεχομένης. Ἔνθεν τοι καὶ οὐ σφοδροὶ γίνονται ἄνεμοι. Ἀλλὰ καὶ ἐτήσιοι βόρειοι ἄνεμοι γίνονται μεθ' ἡμέρας εἴκοσι τῆς θερινῆς τροπῆς, μετὰ τὴν τοῦ κυνάστρου ἐπιτολήν. Τηνικαῦτα γὰρ τῆς χιόνος λυομένης αὖραι γίνονται ψυχραὶ βόρειοι. Καὶ τούτου χάριν οἱ διαληφθέντες ἄνεμοι τῷ καιρῷ τούτῳ καθ' ἕκαστον ἔτος ἀπάρχονται πνεῖν. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.] Ἄνεμον δὲ παρ' Ὁμήρῳ καλούμενον θύελλαν ὁ Ἀριστοτέλης τυφῶνα καλεῖ, διὰ τὸ παχὺ εἶναι τὸ πνεῦμα καὶ οἱονεὶ τύπτειν τῇ φωνῇ τὸ παρατυχόν. Αἰτία δὲ τοῦ τοιούτου ἀνέμου ἀτμὶς παχεῖα ἄνωθεν ἀπὸ τῶν νεφῶν φερομένη, εἴτε κατὰ γῆς εἴτε κατὰ θαλάσσης, ἥτις προσπταίουσά τινι ἀντιτύπῳ σώματι ἀναπάλλεται εἰς τοὐπίσω, ἐπεὶ δὲ τὸ ἀναπαλλόμενον κωλύεται εἰς τοὐπίσω χωρεῖν ὑπὸ τοῦ ὄπισθεν ἐπακολουθοῦντος, ἐπὶ τὰ πλάγια διακλᾶται, εἶτα κἀκεῖσε ἀντιτύπῳ συναντήσασα πάλιν διασκορπίζεται, καὶ γίνεται ἑλιξίτης συστροφὴ τοῦ ἀνέμου, μετεωρίζουσα καὶ ἀπὸ γῆς καὶ ἀπὸ θαλάσσης τὰ παρατυχόντα σώματα. Ἔνθεν τοι καὶ σίφωνα τὸν τοιοῦτον ἄνεμον καλοῦσι· κατὰ κύκλον τε γὰρ εἱλεῖται περὶ τὴν γῆν, καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν αὖθις ἐπανακάμπτει ἀρχήν, ὅθεν καὶ λίθους ἐφέλκε-

gius abessent, in iis minora conspicerentur. Nunc vero cum quibusvis ex partibus appareant æqualia, cogitandum nobis relinquunt terram in universo medio pendere. Nam absque illo foret, hoc est, nisi locum istum initio rerum sortita esset, non etiam per ventos certis in locis quateretur. Etenim terræ motionis causa quidem est Deus, secundum illud vatis verbum : « Qui terram aspicit et eam facit tremere, » verum plerumque ventorum subterraneorum vis accedit. Propterea vehementibus in succussionibus terræ nulli sunt venti, tanquam inclusis eis infra terram, locis præsertim cavernosis.

Quodsi etiam cognoscere vis, quid sit ventus et unde oriatur, scito nonnullos tradere quod aer motus ventorum nobis auras præbeat. Alii vero de fumea quasi quadam evaporatione ventum gigni dicunt, quibus habere te fidem volo. Nam aeris motio quietior est ac mollior, venti vero vehementior, majore vi atque impetu ruentis. Potest hoc ipsis ex motibus terræ cognosci : nihil enim aliud est terræmotus quam ventus subterraneus. Cum autem quatuor sint (ut ita loquar) universales venti, subsolanus quidem ac favonius non admodum vehementes sunt, aquilo vero et auster impetu ac vi maxima ruunt. Nam cum locis aquilonali australique polo subjectis, unde tam aquilo quam auster oriuntur, solis desit præsentia, necesse est ea minus incalescere, semperque tum frigoris copia tum humoris abundare. Quo fit ut propter frigiditatem exortis frequenter imbribus irrigataque plurimum terra copiosi fumeique vapores istic ascendant, de quibus aquilo et auster, venti longe vehementissimi gignuntur. E diverso cum in locis orientalibus 7 et occidentalibus perpetuo sol moveatur, magnum istic frigus oriri non patitur. Qua de causa nec frequentes ibi pluviæ sunt, nec evaporationes istæ fumo consimiles excitantur, cum ipsa etiam terra non admodum sit irrigua. Unde sequi animadvertis non acres impetuososve ventos inde provenire. Præterea venti quidam anniversarii, quos etesias appellant, iique boreales, diebus ab æstiva solis conversione viginti, sub canini sideris ortum exsistere solent. Nam cum id temporis nives colliquescant, auræ quædam frigidæ ac boreales efficiuntur. Quæ causa est ut tum venti, quos indicavimus, flare singulis annis incipiant. Atque hæc de his dicta sunto. Cæterum ventum illum quem thyellam Homerus appellat, Typhonem vocat Aristoteles (Latini turbinem), propterea quod flatus ipse crassus sit, quasique sono suo verberet id in quod incidit. Ejus venti causa est vapor quidam crassus, sursum e nubibus delatus, sive hoc terra fiat sive mari, qui quidem vapor in corpus aliquod solidum et obsistens illisus retro torquetur. Et quia per vim retro actus hic vapor cedere nequit, obsistente illico quod a tergo sequitur atque imminet, ideirco veluti fractus in transversum agitur. Ubi consimili modo exceptus a corpore quopiam solido rursum

dissipatur: fitque venti quædam inflexio et turbo, A ται καὶ χοῦν ἐπισύρεται καὶ λέμβους ἀναιπᾷ, ἃ ἔνι
sustollens in altum quidquid vel terra vel mari καὶ ἐν ἄλλοις τόποις καταῤῥηγνύμενα θαῦμα τοῖς
corripuit. Hinc fit ut ventum hunc etiam siphonem θεωμένοις ἐμποιοῦσι καὶ ἔκπληξιν. Ὁ δὲ ἐκνεφίας
appellent. Nam in orbem circa terram agitatur et ἄνεμος ὁμοίως σχεδὸν τῷ τυφῶνι· πλὴν ὁ τυφὼν
suum ad initium reflectit; quæ causa est quamob- ὁρᾶται διὰ τὸ παχυμερεστέραν οὐσίαν ἐκ τοῦ νέφους
rem ingenti vi lapides attrahat, et terrenum pulve- ἐφέλκεσθαι. Καὶ οὐδὲ ὑετὸς παύει αὐτὸν, εἰ μὴ μόνος ὁ βορρᾶς. Καὶ ταῦτα μὲν, ἀγαπητὲ, κατ' ἐπιτομὴν ἔσχεδίασται διὰ σὲ πολλὰ τῶν τοιούτων ἐφιέμενον.
rem rapiat et naviculas evertat. Eæ deinceps in
alia loca distractæ admirationem quamdam et stu-
porem in spectatoribus excitant. Ventus autem is-
quem Ecnephiam vocant, propemodum huic typhoni similis est, nisi quod typhonem etiam cernimus propter crassiorem ejus essentiam e nube detrahi ac protrudi, quam ne pluvia quidem dissipare potest, solo borea excepto. Hæc tua causa, dilecte fili, breviter exponere l buit, quando rerum hujusmodi cognitionem expeti abs te mirifice scio.

DIES SECUNDA.

ΗΜΕΡΑ ΔΕΥΤΕΡΑ.

Altera die Deus ex aquis firmamentum condi- B Τῇ δὲ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ παρήγαγεν ἐκ τῶν ὑδάτων
cit, quod interstingueret aquas, præsertim secretis αὐτὸ τὸ στερέωμα, ὥστε διαχωρίζειν ἀναμέσον τοῦ
i lis quæ supra firmamentum exsistunt. Et qua- ὕδατος τοῦ ἐπάνω τοῦ στερεώματος καὶ ἀναμέσον
nam, obsecro, de causa Deus supra firmamentum τοῦ ὕδατος τοῦ ὑποκάτω τοῦ στερεώματος. Ὕδωρ ὁ
aquam collocavit? Propter ardentissimum solis Θεὸς ἐναπέθετο διὰ τὴν τοῦ ἡλίου θερμοτάτην φοράν
motum atque calorem. Nam nisi aqua istic esset τε καὶ ἔκκαυσιν· καὶ εἰ μὴ κεῖτο ὕδωρ ἐπινοτίζον,
reposita, æstus, instar vasis testacei media in flam- συνετρίβη ἂν ὑπὸ θέρμης ὡς ἄγγος ὀστράκινον μέσον
ma stantis et ab aqua destituti, omnia disperderet. φλογὸς ἱστάμενον καὶ ὕδωρ μὴ ἔχον. Καὶ κάτωθεν
Et infra firmamentum itidem aquæ variæ, flumina, διὰ τοῦτο ὕδατα πολλὰ, ποταμοί τε καὶ λίμναι καὶ
stagna, maria sunt, ut ne partes hæ terrestres pro- θάλασσαι, ὥστε μὴ καταφλεχθῆναι τουτὶ περίγειον
pter caloris immensitatem exurantur. Norat enim τῇ ὑπερβολῇ τοῦ θερμοῦ. Ἤδει γὰρ ὁ Θεὸς, ὥς φησιν
Deus, quemadmodum Basilius ait, quantum mundo ὁ μέγας Βασίλειος, ὅσον ἀφώρισε τῷ κόσμῳ χρόνον
temporis ad durationem ejus destinasset, et quan- εἰς διαμονὴν, καὶ πόσην χρὴ τῷ πυρὶ προαποθέσθαι
tum fomenti reponendum igni foret. Propterea δαπάνην. Καλῶς οὖν ἔλεγεν ὁ Δαβὶδ « Ὁ θεμελιώσας
præclare dictum est a Davide: «Qui terram in aquis τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων. » Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὕδατα
fundavit[a].» Nam cum aquæ terram humectare non C τὴν γῆν ἐπινοτίζοντα φυλάττουσιν αὐτὴν ὥστε μὴ καταφρυγῆναι τῷ πυρὶ, ἀληθῶς ἂν εἴη ταῦτα τῇ γῇ θεμέλιον ὀχυρώτατον. Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι τὰ ὕδατα καθάπερ τι θεμέλιον ὑπανέχουσι τὴν γῆν, ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ἀνδριάντων ἀρδηλότερον ἔδειξε, κατὰ ῥῆμα διεξιὼν οὕτωσί· « Ἡ γῆ, ἐὰν ἐπιλίπωσιν αὐτὴν αἱ πηγαὶ καὶ ἡ παρὰ τῆς θαλάσσης καὶ τῶν ποταμῶν ἐνσπειρομένη νοτὶς, καταφρυγεῖσα τελείως ἀπόλλυται. » Ἔσται μέντοι ὅτε καὶ πάντα καταφρυγήσεται τῷ πυρὶ, ὡς ὁ προφήτης Ἡσαΐας φησὶν ἐν οἷς πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν διαλέγεται » Ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ, ἐρημωθήσῃ, καὶ πάντας τοὺς ποταμούς σου ξηρανῶ. »
sustinere, Joannes Chrysostomus in libro De statuis
illustrius etiam ostendit, his verbis utens: «Terram
a fontibus suis desertam et ab humore, qui a mari
ac fluminibus ei velut inspergitur, necesse prorsus
est exarescere.» Et erit aliquando tempus, cum ab
igne cuncta exurentur, quemadmodum vates noster
Isaias inquit, cum universitatis hujusce Deo quasi
colloquens, «Qui ad abyssum ait, Deserta esto, cun-
ctique fluvii tui exarescant[b].»

Itaque Deus ex aquis firmamentum condidit, et D Παράγει οὖν ἐξ ὑδάτων τὸ στερέωμα ὁ Θεὸς, καὶ
ipsi quoque cœli nomen dedit: sed proprie cœlum λέσας αὐτὸ καταχρηστικῶς οὐρανόν. Κυρίως μὲν
vocatur illud quod prius est conditum, et quidem γὰρ οὐρανὸς ἐκεῖνος ὁ πρῶτος λαθὼν ἐξ οὐκ ὄντων
ex nihilo. Secunda vero significatione cœlum sa- τὴν σύστασιν· κατὰ δεύτερον δὲ λόγον καλεῖ οὐρανὸν ἡ Γραφὴ καὶ αὐτὸ τὸ στερέωμα τὸ ἐξ ὑδάτων, ὡς εἴπομεν, γεγονός. Ἐπίγνωθι οὖν ἐντεῦθεν ὅτι δύο παρέδωκεν οὐρανούς ἡ Γραφή. Καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες ἕνα διισχυρίζονται εἶναι οὐρανὸν, ἅτε τῆς Μωσαϊκῆς ἱστορίας παντάπασιν ὄντες ἀμύητοι· ὁ δὲ μέγας Βασίλειός φησιν ὅτι τοσοῦτον ἀπέχομεν τῷ δευτέρῳ ἀπιστεῖν ὡς καὶ τρίτον ἐπιζητεῖν, οὗ τῆς θέας ὁ μακάριος Παῦλος ἠξίωτο. Καὶ αὐτὸν γὰρ τὸν ἀέρα καλεῖν εἴωθεν οὐρανὸν ἡ Γραφή· « Τὰ πετεινὰ » γάρ φησι « τοῦ οὐρανοῦ, » καὶ « Δώσει Κύριος ἀπὸ τῆς
cred literæ vocant etiam fundamentum hoc ex
aquis, ut dictum est, ortum. De quo jam intelligis
tradere Litteras sacras duos cœlos, tametsi cœlum
unicum esse statuant ethnici, prorsus scilicet histo-
riæ Mosaicæ rudes et imperiti. Quin magnus etiam
Basilius ille scripsit, tantum abesse ut secundum
hæc cœlum negemus, ut tertium præterea inquira-
mus, cujus inspectio beato Paulo contigit. Quippe
ipsum aera quoque Litteræ sacræ cœlum appellare
consueverunt, verbi gratia cum aiunt, « Volucres

[a] Psal. xxiii, 2. [b] Isa. xix, 5.

δρόσου του οὐρανοῦ. » Αὐτὸ τοῦτο καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης (3) ἐν τῷ εἰκοστῷ αὐτοῦ κεφαλαίῳ παρίστησι, τρεῖς εἶναι λέγων οὐρανούς, αὐτίκα τὸν ἐξ οὐκ ὄντων ἐξ ἀρχῆς παραχθέντα, τὸν ἐξ ὑδάτων τε λαβόντα τὴν σύστασιν καὶ αὐτὸν τὸν ἀέρα. Καὶ δηλοῖ τοῦτο ἡ Γραφὴ λέγουσα « τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. » Πρόσεχε οὖν. Ὁ πρῶτος μὲν γὰρ οὐρανός, ὁ ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῖν ὑφηπλωμένος ἀήρ, δεύτερος αὐτὸ τὸ στερέωμα, καὶ τρίτος ὁ ἐξ οὐκ ὄντων κατ' ἀρχὰς γεγονώς, εἰς ὃν δὴ καὶ ὁ πάμμεγας ἡρπάγη Παῦλος. Εἰ δὲ καὶ πλείους οὐρανοὺς ὁ Δαβὶδ ὑπεμφαίνει λέγων « Αἰνεῖτε αὐτὸν οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, » μὴ θαύμαζε· ἡ γὰρ Ἑβραῖς γλῶττα πληθυντικῶς ἐκφέρειν εἴωθε τὰ ἑνικά, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησίν. Οὕτω μὲν οὖν νοήσεις καὶ ἔνθα λέγει « Τῷ καταδιελόντι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν εἰς διαιρέσεις· » μία γὰρ ἐκεῖσε διαίρεσις γέγονε, καὶ οὐ πολλαί. Καλεῖ δὲ τὸν δεύτερον οὐρανὸν στερέωμα ἡ Γραφὴ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ προτέρου οὐρανοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ ὕδατος· εἰκὸς γὰρ τὸν ἐκεῖνον λεπτομερέστερον σῶμα τυγχάνειν καὶ εἰλικρινέστερον. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ Ἡσαΐας φησὶν « Ὁ στερεώσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καπνόν. » Ὡσαύτως καὶ τὸ ὕδωρ αὐτὸ ἀραιόν τε καὶ μαλακὸν πρὸς αὐτὸ συγκρινόμενον τὸ στερέωμα.

A cœli[4]; » item, « Largiatur tibi Dominus rorem cœli[7]. » Tradit hoc ipsum et Joannes Damascenus cap. 20, quod est *de cœlo*; quo quidem in capite cœlos esse tres ait, nimirum illud primo cœlum, quod rerum initio de nihilo conditum fuerit; deinde alterum ex aquis factum; tertio loco ipsum aera, de quo intelligendum sacras Literas loqui, cum cœli volucrum mentionem faciunt. 9 Itaque velim animadvertas cœlum primum esse hunc aera supra caput nostrum explicatum, secundum ab illo ipsum firmamentum, tertium id quod de nihilo principio conditum fuit, in quod etiam magnus ille Paulus est abreptus. Neque mirum tibi videatur Davidem videri plures etiam cœlos statuere, cum inquit: « Ipsi cœlorum cœli, Dominum celebrate[8]. » Nam Hebraica lingua voces etiam singulares numero multitudinis efferre consuevit, ut Chrysostomus ait. Sic et illud accipies quod Davides idem dixit: Qui fudit in mare divisit in sectiones[9]. » Nam sectio tantum una fuit, non plures. Et vocant firmamentum Litteræ sacræ cœlum secundum ad prioris cœli distinctionem, et ipsius etiam aquæ. Vero enim consentaneum est cœlum illud prius esse subtilius quoddam corpus ac purius. Patere videtur id de verbis Isaiæ dicentis: « Qui cœlum fumo consimile stabilivit[10]. » Sic et aquam ipsam raram mollemque cum condidisset Deus, ad firmamentum collatam, gelu ei circumdedit, ac humidam atque pluviam reddidit, ut terræ usibus aptam efficeret, quæ de rore plurimum utilitatis capit.

Ὁ μὲν οὖν Ἰώσηπος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἀρχαιολογίᾳ φησὶν ὅτι τὸ στερέωμα παραγαγὼν ὁ Θεὸς κρύσταλλον αὐτῷ παρέπηξε, νότιόν τι καὶ ὑετῶδες πρὸς τὴν ἀπὸ τῶν δρόσων ὠφέλειαν ἀρμοδίως αὐτὸ τῇ γῇ ἐμηχανήσατο. Οὐκ ἔχει δὲ καὶ τὰ τῆς ἀληθείας, ὡς οἶμαι, κατὰ τὸν ἐκείνου σκοπόν. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι δρόσοι καὶ ὑετοὶ πάχναι τε καὶ χάλαζαι καὶ χιόνες ἐξ ἀναθυμιάσεως λέγονται τῶν περὶ γῆν ὑδάτων συνίστασθαι. Καὶ πρόσεχε τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ περὶ τούτων οὕτως ἐν τῇ Ἑξαημέρῳ αὐτοῦ διεξιόντι· « Καλὴ μὲν οὖν ἡ θάλασσά ἐστι, καὶ ὅτι τοῖς ἀερίοις ὕδασιν ἀρχή τίς ἐστι καὶ πηγή, θαλπομένη μὲν τῇ ἀκτῖνι τοῦ ἡλίου, ἀπετιθεμένη δὲ τὸ λεπτὸν τοῦ ὕδατος διὰ τῶν ἀτμῶν· ὅπερ ἑλκυσθὲν εἰς τὸν ἄνω τόπον, εἶτα καταψυχθὲν διὰ τὸ ὑψηλότερον γενέσθαι τῆς ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀνακλάσεως τῶν ἀκτίνων, καὶ ὁμοῦ τῆς ἐκ τοῦ νέφους σκιᾶς τὴν ψῦξιν ἐπιτεινούσης, ὑετὸς γίνεται καὶ πιαίνει τὴν γῆν. » Καὶ μάρτυς τῶν λεγομένων ὁ προφήτης Ἀμώς λέγων· « Κύριος ὁ ποιῶν πάντα καὶ μετασκευάζων, ὁ ἀνάγων τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης καὶ ἐκχέων αὐτὸ ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς. » Ὅτι δὲ τὸ λεπτότερόν τε καὶ ποτιμώτερον ἐκ τῆς θαλάττης ἀνάγεται τῇ τοῦ ἡλίου θερμότητι, οὐδεὶς ἂν ἀπιστήσειεν τοὺς ὑποκαιομένους λέβητας ἐννοήσας, οἳ πλήρεις ὄντες ὑγροῦ πολλάκις κενοὶ κατελείφθησαν, εἰς ἀτμὸν πάντως τοῦ ἑψομένου διακριθέντος. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ τῆς θαλάττης ὕδωρ ἴδοι τις

B

C

D

An non hæc ita se revera habent? rores certe ac imbres, pruinæ, grandines, nives de aquarum terrestrium exhalatione oriri tradantur. Atque hic mihi magni Basilii verbis attendito, qui de his hoc modo disserit eo libro quem de sex primorum ab ortu mundi dierum operibus composuit. Pulchrum, ait, quiddam est mare vel ea de causa, quod principium et fons est aeriarum aquarum. Quippe cum a radiis solis incalescit, per exhalationes aquam suam tenuissimam amittit; quæ superiora in loca delata frigoreque constricta, propterea quod in sublime attracta longius tum a terra tum solarium radiorum fractione absit, ipsa etiam nubis umbra frigus intendente fit pluvia, terramque fecundiorem reddit. Hoc vates Amosus verum esse testatur, cum inquit: « Dominus est qui et facit et immutat vicissim omnia; qui aquam marinam surgum attollit, et eam in terræ superficiem effundit[11]. » Jam partem illam maris subtiliorem magisque veluti potabilem per calorem solis ferri sursum incredibile nemini videri debet, qui lebetibus ignem subjici viderit. Etenim illi prius aqua repleti deinceps humore dilapso sæpe vacui relinquuntur, aqua cocta prorsus exhalante. Videmus et ipsam aquam marinam ab iis coqui qui tempestatibus jactantur; indeque fieri ut eorum usui paulo sit accommodatior: nam spongiis vapores ebullientes

[4] Psal. VIII, 9. [7] Gen. XXVII, 39. [8] Psal. CXLVIII, 4. [9] Psal. CXXXV, 13. [10] Isa. LI, 13. [11] Amos V, 8.

(3) *Αὐτὸ τοῦτο. . . . τοῦ οὐρανοῦ.* Suppletum ex codice Vallicellano.

excipiunt, quibus in aquæ potabilis penuria sitim restinguunt Quapropter recte dictum est a vate nostro : « Qui aquam marinam **10** sursum tollit et eam in terræ superficiem effundit. » Etenim per exhalationes ortas de locis inferioribus densatus aer guttas quasdam demittit, iisque terram fecundat ac pinguefacit. Itidem et sol, cum partibus australibus absolutis ad boreales se confert ac æstatem elicit, non solum aquas haurit et aridiora corpora nostra reddit, sed nonnunquam fluvios etiam minores exsiccat. Eadem ratione fit quod Nilum exundare tradunt non consueto fluminibus cæteris tempore, sed æstate media Ægyptum cooperire, quo tempore sol cœlestis cinguli partem aquilonalem permeat, et cæteris quidem fluviis calore suo molestus est, ab hoc autem longissime abest. Ipsa vaporum natura nihil est aliud quam attenuata scilicet aqua. Illi ergo cum attractione solis, ut dictum est, in sublime tolluntur et aer in le densatur, pluviæ, nives, grandines aliaque talia, de humoribus nimirum orta, delabuntur. Ac de his quidem in hunc modum hactenus.

Non dubito autem, dilecte fili, te posteaquam nunc a Mose conscripta tum de cœlo primo tum de altero, nimirum de firmamento et comprehensis inter hosce duos cœlos aquis, percurreris, omnino, quæ tua sedulitas est discendique studium, qui sublimius quiddam ex his elici possit indagaturum. Ea de causa tibi divinum hominem, Anastasium illum Sinaiten profero, qui cum ex Paulo [11] accepisset omnes res tam cœlestes quam terrestres sic factas esse ut Christi figuras et imagines quasdam repræsentent, pleraque prisco in fœdere perscripta sensu allegorico est interpretatus. Quamobrem audi quid de cœlis hisce duobus tradat. Superioris, inquit, cœli natura nobis incomprehensilis continere mihi figuram quamdam inaspectabilis illius et incomprehensilis divinitatis videtur, quemadmodum firmamentum inferius humanæ in Christo naturæ similitudinem habet, quam ille de locis inferis assumpsit ; cum interim aqua illa duorum cœlorum in medio comprehensa nobis animam ejus omnis plane labis expertem repræsentet, qua medium quasi quiddam est inter divinitatem et carnis crassitiem. Ecce enim, cœlum illud superius principio cœlum appellatum est, et quidem naturaliter, quemadmodum etiam Deus ille sermo ab initio Deus est. At firmamentum illud inferius et materiale non ab initio, sed post copulationem cum illo superiore cœli nomen accepit, quando et sacrosanctum illud Christi corpus propter deificationem et unionem Deus esse dicitur, non a natura propria. Testatur hoc et magnus ille Paulus, **11** cum sanctam Christi carnem velamentum appellat, quæ caro inferius assumpta est de Virginis sanguine, quemadmodum firmamentum factum est ex aquis inferis. Habes quod hac in parte tibi sentiendum est.

[11] I Cor. x, 6.

ἂν ὑπὸ τῶν ναυτιλλομένων ἐφόμενον κἀντεῦθεν τὴν χρείαν μετρίως παραμυθούμενον· τηνικαῦτα γὰρ σπόγγοις ὑποδεχόμενοι τοὺς ἀναγομένους ἐκεῖθεν ἀτμοὺς ἅλμα δίψης ἐν ταῖς ἀνάγκαις εὑρίσκουσι. Καλῶς οὖν ὁ προφήτης ἔλεγεν « Ὁ ἀνάγων τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης καὶ ἐκχέων αὐτὸ ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς· » ὁ γὰρ ἀὴρ ταῖς κάτωθεν ἀναθυμιάσεσι καταπυκνούμενος σταγόνας ἀφίησι καὶ καταπιαίνει τὴν γῆν. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ ἥλιος ἡνίκα τὰ νότια παρεάσας ἐπὶ τὰ βόρεια μέρη τρέχει καὶ τὸ θέρος ἐργάζεται, ἀναλίσκει τὰ ὕδατα καὶ τὰ ἡμέτερα ξηραίνει σώματα. Καὶ μέντοι καὶ τοὺς ποταμοὺς μικροτέρους ἔστιν ἰδεῖν. Ταύτῳ μέντοι τῷ λόγῳ καὶ τὸν Νεῖλον αὐτὸν οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τοῖς ἄλλοις φασὶ πλημμυρεῖν καιρὸν, ἀλλὰ μεσοῦντος τοῦ θέρους ἐπικλύζειν τὴν Αἴγυπτον, ὡς τοῦ γε ἡλίου τὴν βορειοτέραν τηνικαῦτα διαθέοντος ζώνην, καὶ τοῖς ἄλλοις μὲν ποταμοῖς ἐνοχλοῦντος, τούτου δὲ πλεῖστον ἀπέχοντος. Ἡ μέντοι τῶν ἀτμῶν φύσις οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ λελεπτυσμένον ὕδωρ. Ἀναγομένων οὖν, ὡς εἴρηται, αὐτῶν τῇ τοῦ ἡλίου ὁλκῇ, κάντεῦθεν πυκνουμένου τοῦ ἀέρος, ὑετοὶ καταῤῥήγνυνται χιόνες τε καὶ χάλαζαι, καὶ ὅσα τῆς ὑργᾶς ὑπάρχει φύσεως ἔγγονα. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καθ' ἱστορίαν ἐπελθοῦσα ἡ σὴ φιλομάθεια τὰ παρὰ Μωσέως γραφέντα περί τε τοῦ πρώτου οὐρανοῦ περί τε τοῦ δευτέρου, στερεώματος δηλαδὴ, καὶ περὶ τῶν ἐναπειλημμένων ὑδάτων μέσων τῶν δύο τούτων οὐρανῶν, ἐκλαβέσθαι τὰ τοιαῦτα καὶ κατὰ ἀναγωγὴν ἐπιζητεῖ. Ταύτῃ τοι καὶ τὸν Σιναΐτην ἰδοὺ παράγω σοι θεῖον Ἀναστάσιον· ὁ γὰρ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἀκούσας τοῦ μεγάλου Παύλου λέγοντος ὅτι πάντα εἰς Χριστὸν προετετύπωται, τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τούτου χάριν ἀλληγορικῶς τὰ πλείω τῆς Παλαιᾶς ἐξελάβετο. Καὶ ἄκουε τί φησι περὶ τῶν οὐρανῶν τέως αὐτῶν· « Ἡ τοῦ ἀνωτέρου οὐρανοῦ ἀκατάληπτος φύσις ἐμοὶ δοκεῖ τύπον ἐπέχειν τῆς ἀοράτου καὶ ἀκαταλήπτου λόγου θεότητος, τὸ δὲ στερέωμα τὸ κάτωθεν ἀνελθὸν τύπον ἐπέχειν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀνθρωπότητος ἣν ἔλαβε κάτωθεν. Τὸ δὲ ὕδωρ τὸ μέσων τῶν δύο ἐμπεριληφθὲν εἰκόνα διαγράφει τῆς ἀχράντου αὐτοῦ ψυχῆς μεσιτευούσης θεότητι καὶ σαρκὸς παχύτητι. Ὅρα γὰρ ὅτι ὁ μὲν ἀνώτερος οὐρανὸς φύσει ἀπ' ἀρχῆς οὐρανὸς ἐκλήθη, καθὰ καὶ ὁ Θεὸς λόγος ἀπ' ἀρχῆς Θεὸς ἐστὶ, τὸ δὲ στερέωμα τὸ κάτωθεν καὶ ὑλικὸν οὐκ ἀπ' ἀρχῆς, μετὰ δὲ τὴν πρὸς τὸν ἀνώτερον ἕνωσιν οὐρανὸς ἐκλήθη, ἐπειδὴ καὶ τὸ ἅγιον τοῦ Χριστοῦ σῶμα τῇ θεώσει καὶ τῇ ἑνώσει λέγεται Θεὸς, οὐ μὴν τῇ οἰκείᾳ φύσει. » Συμμαρτυρεῖ δὲ τοῦτο ὁ πάμμεγας Παῦλος, καταπέτασμα λέγων τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ σάρκα, ἥτις κάτωθεν καὶ ἐξ αἱμάτων συνεπάγη, καθὰ δὴ καὶ αὐτὸ τὸ στερέωμα ἐκ τῶν κάτω νοτίδων. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

ΗΜΕΡΑ ΤΡΙΤΗ.

Τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ τὰ ὕδατα πάντα εἰς τὰς ἑαυτῶν συναγωγὰς συνήχθησαν κατὰ θείαν κέλευσιν, καὶ οὕτως ἐφάνη ἡ ξηρά. Τότε δὴ καὶ παντοίοις αὕτη φυτοῖς τε καὶ δένδρεσι παραδόξως ἐκαλλωπίζετο. Τῷ γὰρ θείῳ δυναμωθεῖσα βουλήματι, ὡς ὁ Νύσσης φησὶν, ἀθρόον ἀπεκύησεν ἅπαντα, οὐ χρόνου δεηθεῖσα πρὸς αὔξησιν τῶν ἐξ αὐτῆς ἀναδιδομένων, ἀλλ' ὁμοῦ τοῖς ἄνθεσι καὶ τοὺς καρποὺς ἐκβλαστήσασα θέαμά τι τερψίθυμον ἦν. Εἰ γὰρ ἀηδές τι πρᾶγμα καὶ παρεκτικὸν ὀδύνης ἡ ἄκανθα, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς ἡ γῆ καὶ ταύτην ἀνέδωκεν, ἀλλ' ἡνίκα μετὰ τὴν παράβασιν ἤκουσεν ὁ Ἀδὰμ « Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι. » Ἵνα γὰρ τῷ πεπόνῳ τὴν λύπην παρακειμένην ἔχωμεν, κἀκ τούτου τὴν ἁμαρτίαν μνημονεύωμεν, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος, διὰ τοῦτο προσεφύη τῷ ῥόδῳ ἡ ἄκανθα. Πρόσεχε οὖν. Εἰ μὴ γὰρ ἤκουσεν ὁ Ἀδὰμ « Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, » τάχα ἂν ἡ γῆ καὶ αὖθις φυτὰ παρεῖχέ σοι ἔγκαρπα μὴ δεόμενα χρόνου πρὸς αὔξησιν. Τότε μὲν γὰρ, πρὸ τῆς παραβάσεως δηλονότι, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος, ἐν ἀκαριαίᾳ χρόνου ῥοπῇ ἀπὸ τῆς βλαστήσεως ἀρξαμένη ἡ γῆ, ἵνα φυλάξῃ τοὺς νόμους τοῦ κτίσαντος, πᾶσαν ἰδέαν αὐξήσεως διεξελθοῦσα, εὐθὺς πρὸς τὸ τέλειον ἤγαγε τὰ βλαστήματα. Καὶ λειμῶνες μὲν γὰρ ἦσαν βαθεῖς τῇ ἀφθονίᾳ τοῦ χόρτου, τῶν δὲ πεδίων τὰ εὔκαρπα βρίθοντα τυῖς ληΐοις εἰκόνα πελάγους κυμαίνοντος ἐν τῇ κινήσει τῶν ἀσταχύων ἀπέσωζε. Καὶ ταῦτα μὲν, ἡνίκα ἔλεγεν ὁ Θεὸς « Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου· » ὁπηνίκα δὲ προσετίθει « Καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, ἐπὶ τῆς γῆς, » τότε δὴ, τότε πᾶσαι μὲν λόχμαι κατεπυκνοῦντο, πάντα δὲ ἀνέτρεχε δένδρα, ἐλάται καὶ κέδροι, πεῦκαί τε καὶ κυπάρισσοι, καὶ ὅσα τοιαῦτα, αἵ τε ῥοδωνιαὶ καὶ μυρσίναι καὶ δάφναι, πάντα ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ, οὐκ ὄντα πρότερον, εἰς τὸ εἶναι παρήχθη μετὰ τῆς οἰκείας ἑκάστου ἰδιότητος.

Μὴ θαύμαζε δὲ εἴπερ αἱ βοτάναι πᾶσαι οὐκ ἐδώδιμοι. Τὰ γὰρ μὴ χρησιμεύοντα τῷ ἀνθρώπῳ χρήσιμά ἐστι τοῖς δι' αὐτὸν γεγενημένοις ζώοις. Εἰ δὲ καὶ δηλητήρια πρόσεισιν αὐταῖς, οὐδὲ τοῦτο ξενίζεσθαι χρή. Πολλάκις γὰρ καὶ ταῦτα παθῶν ἰατήρια γίνονται· κεραννύμενα γὰρ ἑτέραις βοτάναις ἀλεξίκακα γίνεται καὶ ὑγείας παρεκτικά. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ μέγας Βασίλειός φησιν ὅτι τῶν δηλητηρίων οὐδὲν ἀργῶς οὐδὲ ἀχρήστως γεγενημένον ἐστὶν, εἰ καὶ τοὺς ἀχαρίστους ἡμᾶς κατὰ τοῦ πεποιηκότος παρασκευάζει φρονεῖν. Τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἢ τροφὴν παρέχει τινὶ τῶν ἀλόγων, ἢ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς παρὰ τῆς ἰατρικῆς τέχνης εἰς παραμυθίαν τινῶν ἀῤῥωστημάτων ἐξεύρηται. Τὸ μὲν γὰρ κώνειον οἱ ψᾶρες βόσκονται, διὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ σώματος τὴν ἐκ τοῦ δηλητηρίου βλάβην ἀπο-

[15] Gen. III, 17. [16] Gen. I, 11.

DIES TERTIA.

Die tertia coactæ sunt aquæ omnes vi mandati divini suas ad collectiones, eoque modo siccum apparuit; quod quidem mox admirabiliter omnis generis plantis et arboribus exornabatur. Quippe terra divinæ voluntatis efficacia corroborata, quemadmodum Nyssenus antistes scripsit, hæc omnia subito quasi peperit, non temporis egens intervallo ad incrementum eorum quæ de ipsa exorirentur : sed una cum floribus etiam fructus proferens, jucundum quoddam spectaculum præbebat. Quodsi quis dicat spinam esse rem minime pulchram atque etiam molestam, is sciat eam rerum initio e terra non provenisse, sed post mandati primum divini violationem, cum hæc Adamus audiret : « Infelicem tui labores terram experiantur, sentes atque carduos tibi procreet [15]. » Nimirum ut voluptati dolorem adjunctum habeamus, eaque re peccati nostri nobis subeat recordatio, sicut Basilius ait, ideirco spinæ rosis additæ sunt. Itaque velim mihi animadvertas, quod nisi Adamus audisset, « Infelicem tui labores terram experiantur, » fortasse deinceps quoque frugiferas nobis plantas produxisset, ad incrementum sui nullo temporis spatio indigentes. Nam ante lapsum, ut idem Basilius inquit, momento temporis a germinatione tellus, ut legibus opificis pareret, quavis augescendi specie absoluta, mox fructus maturos proferebat. Itaque prata copioso altoque gramine abundabant, et campi frugiferi segetibus onerati motis earum culmis imaginem fluctuantis pelagi referebant. Et hæc quidem orta sunt, cum diceret Deus : « Edat humus gramineas herbas [16]. » Verum posteaquam adjecit : « Et arbores fructiferas, quæ suo quæque in genere semen suum in terris habeant, » tum vero luci densabantur et quævis arbores oriebantur, abietes, cedri, pinus, cupressi, cetera. Præterea rosarum myrtorumque frutices, ac lauri uno temporis momento productæ sunt, suis quælibet cum proprietatibus, cum antea non exsisterent.

Nec mirum tibi videri debet non omnes herbas esculentas esse. Nam si quæ homini maxime non sunt usui, nihilominus aliis animantibus condita sunt, quæ propter hominem condita sunt. **12** Ne id quidem novum existimabis, esse illarum in numero quasdam venenatas. Etenim illa quoque sæpenumero certis morbis medentur; nam aliis cum herbis mistæ valetudinem nostram tuentur. In hanc sententiam Basilius scribit nullam herbam venenatam sine fructu quodam esse factam, utut nos ingrati eas intuentes impie de rerum opifice sentiamus. Partim namque brutis aliquibus alimentum præbent, partim nobis ipsis per artem medicam ad certorum morborum depulsionem atque remedium serviunt. Etenim cicuta propter peculiarem quamdam sui corporis constitutionem

sturni vescuntur, nec quidquam ab ejus herbæ veneno læduntur: quippe cum meatus cordi vicini perquam in eis arti sint, citius haustam eam concoquunt quam ejus frigiditas cæteroqui lethalis nocere possit. Itidem elleborus coturnicum cibus est, nihil ex eo detrimenti capientium propter peculiare ipsis temperamentum (4). Interdum usuvenit ut eædem herbæ nobis quoque sint usui; nam per mandragoram somnum medici conciliant, per succum e papaveris scapo inciso expressum dolores acres vehementesque sopiunt. Cicuta nonnullos insanas etiam appetitiones exstinxisse accepimus, et elleboro multos diuturnos morbos abegisse. Quo fit ut quod reprehendendum in creatore putabas, magis te cohortetur quo erga ipsum gratus sis.

Itidem ut modo indicabamus, lunæ quoque corpus ingens est ac secundum solem lucidissimum. Nam quod lux ejus non prorsus immobilis est, id vero ad sapientiam illam rerum opificis ineffabilem referri debet. Adeoque lunam inspectantes de rerum nostrarum statu et conditione nos erudiri sciamus, ut hinc moniti de celeri rerum humanarum eversione cogitemus. Quanquam præterea non parum prodesse mutationem illam lunæ tam ipsis animantibus quam cæteris e terra nascentibus rebus equidem arbitror. Nam aliter adfecta sunt corpora luna deminuta quam esse soleant eadem augescente. Quippe cum deficit ac imminuitur, laxa sunt atque vacua: cum augescit et ad plenitudinem suam properat, corpora quoque rursum repleri videmus; idque propterea quod humorem quendam cum calore temperatum et ad ima usque pertinentem quasi tacite corporibus immittat. Animadverti hoc de iis quoque potest, qui ad lunam dormientes superfluo humore capitis capacitatem omnem repleri sentiunt. Itidem carnes recens mactatorum animalium ad lunam expositæ et ab ejus radiis attactæ cito mutantur ac putrescunt. Ea de causa lunam in curru, duobus tauris adjunctis, collocant, tanquam mundum hunc ambientem, arantem, sementem in eo facientem, humectantem atque calefacientem. Hæc omnia vero per immutationem illam corporis sui perficere nequaquam posset, si non eximiæ cujusdam magnitudinis singulari cum vi et efficacitate conjuncta, quemadmodum et Litteræ sacræ testantur, esset. Atque hac sane de causa videmus et aeris affectiones certas exsistere, quemadmodum declarant exortæ sæpenumero novilunii tempore de summa tranquillitate, ventorum omnium experte, perturbationes aeris repentinæ, nubibus inter se collisis quasique confligentibus, declarant et fluxus ac refluxus aquarum in euripis, illaque ipsa quæ fit in Oceano (quem vocant) maris reciprocatio, quam quidem homines littoribus marinis finitimi per statas vices lunæ circuitus 23 sequi deprehenderunt. Hactenus quæ de his magnus ille Basilius complexus est, dum horum luminarium magnitudinem demonstrare nititur.

Σὺ δὲ, ἀγαπητὲ, πρὸς τοῖς εἰρημένοις τοῦτο γίνωσκε ὅτι πάντες μὲν οἱ λοιποὶ ἀστέρες ἴδιον ἔχουσι φῶς, ἐκεῖνο δηλαδὴ τὸ πρώτως καταμερισθὲν καὶ δοθὲν αὐτοῖς, μόνη δὲ ἡ σελήνη φῶς οὐ κέκτηται ἴδιον. Εἰ γὰρ καὶ λέγουσί τινες ἀμυδρὸν καὶ ταύτην κεκτῆσθαι φῶς, ἀλλ' αἳ αὐξομειώσεις πάντως αὐτῆς, ἐν αἷς μηνειδὴς ὁρᾶται καὶ πλησιφαὴς καὶ ὁμφίκυρτος, ἐξ ἡλίου ταύτῃ προσγίνονται κατὰ τὴν πρὸς αὐτὸν αὐτῶν συμπλοκὴν καὶ διάστασιν. Μάνθανε οὖν ὅτι φῶς ἀλλότριον ἡ σελήνη ἐνδύεται, καὶ ὅτι τὸ μέρος ἐκεῖνο παρ' ἡλίου φωτίζεται ὃ πρὸς αὐτὸν νένευκε, δηλονότι τὸν ἥλιον. Καὶ δῆλον ἐκ τῆς ἐμ-

Debes autem, dilecte fili, præter jam indicata illud etiam animadvertere, cætera quidem universa sidera suum ac peculiare quoddam habere lumen, ab initio scilicet eis distributum atque datum, lunam vero lumine proprio destitui. Quanquam enim nonnulli tradant ipsam quoque lumen obscurum habere, tamen existimandum est omnino lucis incrementa, quibus fit ut vel in cornua falcata vel pleno resplendens lumine vel dimidiata major conspiciatur, in ea per solem effici, prout inter se congrediuntur aut disjunguntur. Lunam igitur lucem alienam velut induere scias, eamque partem

ipsius a sole collustrari quæ soli obversa est. Potest hoc ex ipsis ad nos delabentibus radiis solis animadverti. Nam aliter atque aliter pro diverso tum situ quam motu solis ab eis nos quoque collustramur. Quodsi maxime in horum siderum coitu nobis obversa corporis lunaris pars omnino lucis expers conspicitur, nihilominus ejusdem pars superior solemque spectans hoc ipso tempore lumen illius recipit, qua soli scilicet est obversa. Licet hoc et in pleniluniis deprehendere; quippe lunam id temporis toto corpore suo lucentem conspicimus, uti quæ ex adverso collocati solis radios excipit; qua de causa pars globi ejus reliqua, sub adspectum nostrum haud cadens, nimirum posterior, esse lucis expers intelligitur.

A πιπτούσης ἡμῖν ἡλιακῆς ἀκτῖνος. Ἐνίοτε γὰρ ἑτέρως καὶ ἄλλοτε ἄλλως ὑπ' αὐτῆς αὐγαζόμεθα, κατὰ τὴν τοῦ ἡλίου πάντως θέσιν καὶ κίνησιν. Εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸν τῆς συνόδου καιρὸν τὸ πρὸς ἡμᾶς τοῦ σεληναίου σώματος μέρος πάντη καθορᾶται ἀφώτιστον, ἀλλὰ τὸ ἀνώτερον ἐκεῖνο καὶ νεῦον πρὸς ἥλιον ἐν τῷ τῆς συνόδου καιρῷ κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος δέχεται καὶ τὸ φῶς καθ' ὃ πρὸς ἥλιον ἀφορᾷ. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ἐν ταῖς πανσελήνοις ἔστιν ἰδεῖν· ὁλολαμπῆ γὰρ τὴν σελήνην τηνικαῦτα ὁρῶμεν ἅτε τὰς ἡλιακὰς ἐκ διαμέτρου δεχομένην αὐγάς, ὡς ἐντεῦθεν τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ δίσκου, τὸ ἀφανὲς ὁπηλονότι καὶ ὄπισθεν, κατανοεῖσθαι ἀφώτιστον.

Hæc ita se habere, lunamque adeo lucem a sole quasi commodato capere, de ipsis lunæ defectibus anima tvertere quis potest. Id autem qui fiat, accipe. Sunt id temporis hæc luminaria sibi ex adverso rectam ad lineam opposita, terræque corpus inter ea medio quasi loco pendet. Itaque radii solares pro more suo penetrare quidem illi conantur lunæque globo splendorem impertiri: verum minime ad illum pertingere possunt propter interjectum, ceu diximus, terræ corpus, quod inter ipsis obstruit. Nec objicere nobis hoc loco debes, quamobrem non fiat, siquidem ita res comparata sit, lunæ defectus in qualibet ad rectam lineam oppositione. Nam hoc loco non satis idonee responderi ad id potest, quod ipsum æqui bonique facies. Etenim homines in hisce disciplinis exercitati tradunt nodos quosdam ecliptícos (sic enim appellant) in congressibus, qui pleniluni tempore fiunt, nonnunquam permisceri, eoque modo solis ac lunæ defectus necessario accidere. Nec enim solum corpus sive solis sive lunæ oppositionem hanc efficere potest, si non ibidem quoque nodus **24** quidam ecliptícus reperiatur, uti jam indicavimus.

B

C

Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι ἐξ ἡλίου τὸ φῶς ἡ σελήνη δανείζεται, σαφῶς ἄρα τοῦτο μάθῃ τις ἂν ἐξ αὐτῶν τῶν τῆς σελήνης ἐκλείψεων. Καὶ πῶς, ἄκουε. Κατὰ διάμετρον οἱ φωστῆρες ἑστήκασι, μεταξὺ δὲ τούτων αὐτὸ τὸ σῶμα τῆς γῆς ἀπῄώρηται. Αἱ ἡλιακαὶ τοίνυν ἀκτῖνες ὁρμῶσι μὲν ὡς ἔθος διαβιβασθῆναι καὶ τῷ σεληναίῳ δίσκῳ χορηγῆσαι τὴν ἔλλαμψιν, οὐ φθάνουσι δὲ ὅμως ἐκεῖσε καταλαβεῖν ἅτε δὴ μεσολαβοῦντός πως καὶ ἀντιφράττοντος τοῦ τῆς γῆς, ὡς εἴπομεν, σώματος. Καὶ μή μοι λέγε ὡς εἰ γε ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἵνα τί μὴ καθ' ἕκαστον διάμετρον ἡ τῆς σελήνης ἔκλειψις γίνεται; οὐδὲ γὰρ ἐπιτηδείως ἔχω περὶ τούτου κατὰ τὸ παρὸν ἀποκρίνεσθαί σοι· καὶ τούτου ἕνεκεν σύγγνωθι. Οἱ γὰρ περὶ τὰ τοιαῦτα ἠσχολημένοι συνδέσμους τινὰς ἐκλειπτικοὺς οὕτω καλουμένους ἐν ταῖς συνοδοπανσελήνοις ἐξ ἀνάγκης προσγίνεσθαι. Οὐδὲ γὰρ τὸ σῶμα μόνον εἴτε τῆς σελήνης, ὡς ἐπὶ τοῦ ἡλίου, εἴτε τῆς γῆς, ὡς ἐπὶ τῆς σελήνης, ἀντίφραξιν ποιῆσαι δύναται, εἰ μή που καὶ σύνδεσμός τις ἐκλειπτικὸς ἐκεῖσε εὑρεθείη, ὡς ἄγονται.

D

Quodsi etiam cognoscere cupis inter alia, qui fiat ut luna sola primo in rerum exordio lucem nullam propriam consecuta commodato eam a sole capiat, scire debes non hoc propterea novo quasi quodam more factum divinitus, quod opifex et creator ille universitatis hujus aliam lucem nullam haberet, sed tum uti concinnitas et ordo quidam creatis inderetur, quemadmodum Damascenus ille Joannes ait, qui ordo inter superiorem et inferio-

Καὶ κυρίως ἔκλειψις ἐπ' αὐτῆς ἂν λέγοιτο τῆς σελήνης· ὅτι γὰρ φῶς ἡλιακὸν ἀμφιέννυται, τοῦτο πάλιν δι' ἣν αἰτίαν εἴπομεν, ἀπεκδύεται. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἡλίου οὐκ ἔκλειψιν, ἀλλ' ἐπισκότωσιν λέγειν ἐμάθομεν. Οὐδὲ γὰρ τὸ ἡλιακὸν ἐκλείψει ποτὲ φῶς· ἀλλ' ὑποτρέχοντος ἐν τῷ τῆς συνόδου καιρῷ τοῦ σώματος τοῦ σεληναίου οἷα περιγειοτέρου τυγχάνοντος, καὶ οὕτω ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσιν ἐπιπροσθοῦντος, ὁ ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν ἀὴρ ζόφῳ τηνικαῦτα καθυποβάλλεται, ἅτε δὴ μὴ βαλλομένων αὐτῶν κάτωθεν καὶ φωτιζουσῶν τὸ περίγειον.

Quodsi etiam cognoscere cupis inter alia, qui fiat ut luna sola primo in rerum exordio lucem nullam propriam consecuta commodato eam a sole capiat, scire debes non hoc propterea novo quasi quodam more factum divinitus, quod opifex et creator ille universitatis hujus aliam lucem nullam haberet, sed tum uti concinnitas et ordo quidam creatis inderetur, quemadmodum Damascenus ille Joannes ait, qui ordo inter superiorem et inferio-

Εἰ δὲ καὶ τοῦτο ζητεῖς μετὰ τῶν ἄλλων μαθεῖν, πῶς ἡ σελήνη μόνη καὶ τίνι τρόπῳ μὴ σχοῦσα φῶς ἀρχῆθεν ἴδιον ἐξ ἡλίου τοῦτο δανείζεται, εἰδέναι ὀφείλεις ὡς οὐκ ἀπορῶν ἑτέρου φωτὸς ὁ δημιουργὸς καὶ κτίστης πάντων Θεὸς τὴν καινοτομίαν ταύτην εἰσήνεγκεν, ἀλλ' ἵνα ῥυθμὸς καὶ τάξις ἐντεθῇ τῇ κτίσει, κατά γε τὸν Δαμασκηνὸν Ἰωάννην, ἄρχοντος καὶ ἀρχομένου, καὶ ἵνα παιδευθῶμεν ἐκ τούτου καὶ ἡμεῖς κοινωνεῖν ἀλλήλοις καὶ μεταδιδόναι, ἅπερ

κρίνειν τε τῶν γινομένων μηδέν, ἀλλ' ἐπὶ πᾶσι καλῶς ὑποτάσσεσθαι.

A rem consisteret, tum uti nos etiam erudiremur debere nos invicem alios cum aliis nostra communicare, nec quidquam eorum quæ fiunt scrupulose perquirere, sed in omnibus præclare nosmet summittere.

Πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἕτερον ἡμῖν ὑπεμφαίνει παράδοξον ἡ σελήνη ἐκλείπουσα, ὡς ὁ θειότατός φησιν Ἀναστάσιος. Καθάπερ γὰρ αὕτη ζόφῳ καθυποπίπτει μεσολαβούσης τῆς γῆς καντεῦθεν τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἀποστρεφούσης, οὕτω καὶ ἡ Ἐκκλησία μεσολαβούσης τῆς ἁμαρτίας σκότους ἐμπίπλαται κατ' ἀποστροφὴν πάντως τοῦ νοητοῦ ἡλίου. Καλῶς οὖν εἶπε καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, «Πάντα εἰς Χριστὸν προτετύπωται.» Ὅτι δὲ ἡ σελήνη αὕτη τῆς Ἐκκλησίας εἰκόνα φέρει, ὡσαύτως ὁ αἰσθητὸς οὗτος ἥλιος τοῦ νοητοῦ ἡλίου, αὐτοῦ δηλαδὴ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ προφήτου Ἀβακοὺμ ἄκουε λέγοντος, «Ἐπήρθη ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη ἔστη ἐν τῇ τάξει αὐτῆς.» Κατὰ γὰρ τὸν τὰ τοιαῦτα ἐξηγούμενον μέγαν Κύριλλον ἡ Ἐκκλησία πρότερον ἐν ἀταξίᾳ ἐτύγχανεν, ἅτε τοῖς δαιμονίοις λατρεύουσα, ὕστερον δὲ τοῦ νοητοῦ ἡλίου ἐπαρθέντος ἐν τῷ σταυρῷ ἐν εὐταξίᾳ γέγονε πρὸς αὐτὸν ἐπιστραφεῖσα τὸν Κύριον. Καὶ τοῦτο δεδήλωκεν αὐτὸς ὁ Χριστὸς οὕτως εἰπών, «Ὅταν ὑψωθῶ, τότε πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν.»

Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ διὰ ταῦτα μὲν ἐκλείπειν ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη συγκεχώρηται, οὐ τοσοῦτον δὲ ὅσον τὴν τῶν προσκυνούντων αὐτὰ διελέγχεσθαι ἄνοιαν, κἀντεῦθεν παιδεύεσθαι ὅτι τρεπτὰ ταῦτα καὶ ἀλλοιωτά. Ἦν δὲ τρεπτὸν οὐ θεός.

Prætera quiddam aliud quoque novum nobis luna deficiens indicat, quemadmodum vir divinus Anastasius tradit. Quemadmodum enim a tenebris illa occupatur ob interjectam terram, quæ ab ea radios solares avertit, sic etiam Ecclesia peccato interveniente tenebris involvitur propter aversionem solis illius intellectilis. Ideirco præclare dictum a Paulo[23], Christi figuras omnia repræsentare. Lunam quidem Ecclesiæ referre imaginem, et consimiliter solem hunc sensilem solis illius intellectilis qui Christus est, de vatis Habacumi verbis intelligas licet, qui ait: « Sol elevatus est, et luna stetit in ordine locoque suo[24]. » Nam Ecclesia, quemadmodum interpres horum verborum magnus ille Cyrillus inquit, prius erat in confusione, cum B malos genios coleret. Verum ubi deinceps intellectilis ille sol in crucem elevatus est, suum in ordinem rediit, ad Dominum conversa. Significare voluit hoc ipse Christus, cum diceret: « Cum sublatus fuero, tunc omnes ad me traham[25]. »

Et animadvertito, dilecte fili, non tam propter ea quæ diximus, permittere Deum ut sol atque luna deficiant, quam ut hæc sidera religiose colentium amentiam coarguat, et nos erudiat ut esse omnia mutationibus obnoxia sciamus. Quidquid autem mutationibus obnoxium est, Numen esse nequit.

Καὶ τοιαῦτα μὲν οἱ ἀστέρες ἐκ τῶν ἐν αὐτοῖς συμπιπτόντων διδάσκουσι τοὺς λόγου μετέχοντας. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ θεόπτης ἔλεγε Μωσῆς, «Καὶ ἔθετο ταῦτα εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς καὶ ἡμέρας καὶ εἰς ἐνιαυτούς.» Διὰ γὰρ αὐτῶν τοιῶνδε ἢ τοιῶνδε τοῖς χρώμασιν ἀνατελλόντων τήν τε χειμερινὴν τοῦ ἀέρος κατάστασιν καὶ τὴν εὐδιεινὴν σημειούμεθα. Δι' αὐτῶν αἱ τροπαὶ, δι' αὐτῶν οἱ καιροὶ, ἔαρ δηλαδὴ, θέρος, μετόπωρον καὶ χειμών· ὁ γὰρ ἥλιος τὸν ζωδιακὸν ἑρέμα διοδεύων κύκλον, καὶ ποτὲ μὲν τῷ Καρκίνῳ παραγενόμενος ποτὲ δὲ τῷ Ζυγῷ, καὶ ἄλλοτε πάλιν ἐν τῷ Αἰγοκέρωτι, τὰς διαληφθείσας τέσσαρας εἰσφέρει τροπάς. Δι' αὐτῶν αἱ ἡμέραι, δι' αὐτῶν οἱ ἐνιαυτοί. Τῷ γὰρ οὐρανῷ συμπεριφερόμενος ὁ ἥλιος ποιεῖ τὸ νυχθήμερον, ἰδίᾳ δὲ τὴν ἑαυτοῦ ποιούμενος δίοδον καὶ ἀπὸ ζωδίου μεταβαίνων εἰς ζῴδιον τὸν ἐνιαυτὸν ἐκπληροῖ· ἐνιαυτὸς γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἀλλ' ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατάστασις. Ταῦτα δὲ πάντως οὐκ ἄξιον ἀγνοεῖν τοὺς πιστούς. Ἐντεῦθεν γὰρ ἡ ἄῤῥητος τοῦ θεοῦ σοφία καταλαμβάνεται καὶ δύναμις· τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, καθά φησι Παῦλος, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. Ταύτῃ τοι καὶ καταχρίτους ἐκείνους; ὁ μέγας φησὶ Μάξιμος, ὅσοι διὰ τῆς τῶν ὄντων αἰτίας οὐ χειραγωγεῖν ἐθέλουσι καὶ ἑαυτούς.

25 Hujusmodi quædam per ea quæ sideribus accidunt, homines rationis compotes docentur. Idcirco spectator ille Dei Moses inquit: « Constituit ea in signa tempora, dies, annos[26]. » Prout enim vel hoc vel illo modo colorata oriuntur, aut turbidam aut serenam aeris constitutionem fore notamus. Per ea conversiones anni temporum ipsaque tempora efficiuntur, nimirum ver, æstas, autumnus, hiems. Etenim sol circulum illum quem zodiacum vocant sensim percurrens, dum modo in Cancro fertur modo in Libra modo in Capricorno, vices illas anni temporum quatuor indicatas efficit. Per eadem et dies efficiuntur et anni. Nam una cum cœlo sol circumvectus nocturnum diurnumque spatium absolvit. Idem itinere suo peculiariter absoluto, deque signo ad signum commeans, anni spatium perficit: annus enim aliud nihil est quam ab uno eodemque signo ad illud ipsum solis reversio. Hæc omnino religiosis hominibus ignota esse non debent. Nam de his sapientia potestasque Dei, quæ oratione nemini exponi potest, percipitur. Etenim quæ sunt ejus inadspectabilia, quemadmodum Paulus[27] ait, ea de mundi creatione, dum considerantur per opera, perspiciuntur. Propterea damnabiles illos ait esse Maximus, quicunque per cognitionem universitatis rerum ad causam ipsius universitatis sese quasi manuducere nolunt.

[23] I Cor. x, 11. [24] Habac. III, 11. [25] Joan. XII, 32. [26] Gen. I, 14. [27] Rom. I, 10.

Cum autem dici audis : « Constituit ea in signa et tempora, » simul adverte quid a Basilio tradatur. Nam in concione de sex dierum operibus numero sexta hujusmodi quædam de siderum observatione profert. Observationes luminarium ad vitam humanam sunt necessariæ, nisi quis ultra modum et curiosius quam par sit eorum signa perquirat. Nam multa de tempestatibus pluviis hinc cognoscere licet, multa de siccitatum ventorumque concitatione, vel particularium vel universalium, vel vehementium vel lenium. Nimirum ex iis quæ sol ostendere consuevit, unum ab ipso Domino traditur, cum ait : « Tempestas erit, quia triste rubet cœlum [28]. » Cum enim exhalationes quædam cum caligine sursum tendunt, obscurantur radii solis, ac sol ipse carbonis instar rutilans sanguinique consimilis apparet, speciem hanc in oculis efficiente aeris crassitie. Sic quoties luna caliginosis ab humoribus circumdatur, vel aquæ pluviæ copiam in aere vel austri commotionem vehementem minatur. Solem cum areæ (quas vocant) ambiunt, accidentium quorundam aeris signa exsistunt. 26 Itidem virgæ quæ lividis colorem imitantes in nubibus recte conspiciuntur, imbres ac tempestates immensas vel omnino mutationem aeris diuturnum portendunt. Multa præter hæc in augescente vel decrescente luna observarunt harum rerum studiosi, de quibus colligi quædam indicia possunt, quod cum ejus sideris formis aer quoque terræ vicinus commutetur. Nam si tenuis puraque sit die tertio, serenitatem durabilem pollicetur : sin versus extremitates crassa et subrubescens, vel aquam e nubibus copiosam vel austri concitatiorem flatum minatur. Ignorat autem nemo quantum harum rerum indicatio vitæ humanæ utilitatis afferat. Nam et ii qui navigant, ad sidera respicientes rectum iter instituunt, eorumque situs rationem habentes navigium dirigunt. Cum enim sic comparata sit aquarum natura, nulla restent ut in eis vestigia quibus animadversis itinera mari facientes citra dubitationem progrediantur, propterea Deus iliis qui ampla trajiciunt maria situm astrorum concessit tanquam marinarum semitarum vestigia. Ac de his quidem hæc sanctorum Patrum est sententia.

Verum alii quidam dictum illud Mosaicum, quod indicatum a nobis est, enarrantes persiderum commissionem atque distantiam universas res humanas administrari regique tradunt, prosperitatem et adversam fortunam itidem deducentes, adeoque simpliciter omnia quæcunque singulos in dies vitæ mortalium accidunt. At noli tu committere, dilecte fili, ut hujusmodi cogitationibus fidem habeas, nisi velis ob eam causam iniqua deprehendi sidera, si quidem alios scortatores efficiunt, alios adulteros, alios homicidas et prædones. Quin etiam ante ipsa sidera Deus eorum opifex iniquus reperiretur, qui gehennam ignis et tenebras extremas peccatoribus

[28] Matth. XVI, 3.

Ἔϑετο ταῦτα εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιρούς. Τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ κἀνταῦθα προσέχειν σε ἄξιον. Ἐν γὰρ τῇ εἰς τὴν Ἑξαήμερον ἕκτῃ αὐτοῦ ὁμιλίᾳ περὶ τῆς τῶν ἀστέρων παρατηρήσεως καὶ τάδε φησίν. Ἀναγκαῖα πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον ἀπὸ τῶν φωστήρων παρασημείωσις, ἐὰν μή τις πέρα τοῦ μέτρου ἐξ αὐτῶν σημεῖα περιεργάζηται. Πολλὰ μὲν γὰρ περὶ ἐπομβρίας ἔστι μαθεῖν, πολλὰ δὲ περὶ αὐχμῶν καὶ πνευμάτων κινήσεως ἢ μερικῶν ἢ καθόλου, βιαίων ἀνειμένων. Ἕν γάρ τι τῶν ἀπὸ τοῦ ἡλίου παραδεικνυμένων καὶ ὁ Κύριος παρέδωκεν ἡμῶν, εἰπὼν ὅτι χειμὼν ἔσται· στυγνάζει γὰρ πυρράζων ὁ οὐρανός. Ἐπειδὰν γὰρ δι' ἀχλύος ἡ ἀναφορὰ γένηται, ἀμαυροῦνται μὲν αἱ ἀκτῖνες τοῦ ἡλίου, ἀνθρακώδης δὲ καὶ ὕφαιμος τὴν χρόαν ὁρᾶται, παχύτητος τοῦ ἀέρος ταύτην ἐμποιούσης τὴν φαντασίαν ταῖς ὄψεσιν. Ἀλλὰ καὶ ἐπειδὰν ἡ σελήνη περιλιμνάζηται, ἢ ὕδατος ἀερίου πλῆθος ἢ νότου βιαίαν κίνησιν ἐπαγγέλλεται. Καὶ τῷ ἡλίῳ δὲ ὅταν αἱ λεγόμεναι ἅλῳ περιγραφῶσιν, ἢ καὶ οὓς ὀνομάζουσιν ἀνθηλίους, ὅταν συμπεριτρέχωσι τῇ τοῦ ἡλίου φορᾷ, συμπτωμάτων τινῶν καίρια σημεῖα γίνεται, ὥσπερ οὖν καὶ αἱ ῥάβδοι αἱ κατὰ τὴν χρόαν τῆς ἴριδος εἰς ὀρθὸν τοῦ νέφους ἐμφαινόμεναι ὄμβρου καὶ χειμῶνας ἐξαισίους ἢ ὅλως τὴν ἐπὶ πλεῖστον μεταβολὴν τοῦ ἀέρος ἐνδείκνυται. Πολλὰ δὲ καὶ περὶ σελήνην αὐξανομένην ἢ λήγουσαν οἱ τούτοις ἐσχολακότες τετηρήκασι σημειώδη, ὡς τοῦ περὶ γῆν ἀέρος ἀναγκαίως τοῖς σχήμασιν αὐτῆς συμμεταβαλλομένου· λεπτὴ μὲν γὰρ οὖσα περὶ τὴν τρίτην ἡμέραν καὶ καθαρὰ σταθηρὰν εὐδίαν καταπαγγέλλεται, παχεῖα δὲ ταῖς κεραίαις καὶ ὑπέρυθρος φαινομένη ἢ ὕδωρ λάβρον ἀπὸ νεφῶν ἢ νότου βιαίων κίνησιν ἀπειλεῖ. Τὴν δὲ ἐκ τούτων σημείωσιν ὅσον τῷ βίῳ παρέχεται τὸ ὠφέλιμον οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Ὁρᾷ γὰρ ὅτι καὶ οἱ ναυτιλλόμενοι πρός γε τοὺς ἀστέρας ὁρῶντες τὴν ἀκριβῆ τρίβον εὐθύουσι καὶ τῇ τούτων θέσει προσέχοντες τὸ σκάφος ἰθύνουσιν· ἐπειδὴ γὰρ οὐ δέχεται τῶν ὑδάτων ἡ φύσις ἴχνη, οἷς εἰ ὁδῖται προσέχοντες ἀναμφίβολον τὴν πορείαν ποιοῦνται, δέδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς μακρὰ διαπερῶσι πελάγη οἷον ἴχνη τῶν θαλαττίων τρίβων, τῶν ἀστέρων τὴν θέσιν. Καὶ οὕτω μὲν περὶ τούτων τοῖς ἁγίοις Πατράσι δοκεῖ.

Ἕτεροι δὲ τὸ διαληφθὲν παρερμηνεύοντες Μωσαϊκὸν ῥητὸν, ἐκ τῆς τῶν ἀστέρων συγκράσεώς τε καὶ διαστάσεως λέγουσι τὰ καθ' ἡμᾶς πάντα διοικεῖσθαι καὶ διεξάγεσθαι, εὐπραγίαν τε καὶ δυσπραγίαν ἐκεῖθεν κατάγουσι, καὶ ἁπλῶς ὅσα τῷ βίῳ καθ' ἑκάστην ἀπροσδοκήτως συμπίπτουσιν. Ἀλλὰ μή σύ γε, τέκνον ἠγαπημένον, τοιούτοις ὅλως ἀνάσχῃ πείθεσθαι λογισμοῖς, εἰ μὴ βούλει τοὺς ἀστέρας ἐντεῦθεν ἀδίκους εὑρίσκεσθαι, εἴ γε τοὺς μὲν ποιοῦσι πόρνους, τοὺς δὲ μοιχούς, καὶ ἄλλους πάλιν φονέας καὶ ἁρπαγας. Ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν ἀστέρων αὐτὸς ἂν ὁ ποιητὴς αὐτῶν Θεὸς ἄδικος εὑρεθείη, γέενναν πυρὸς τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἀπειλῶν καὶ σκότος ἐξώτερον. Ἀλλ' οὐκ ἔστι

τοῦτο, οὐκ ἔστιν· αὐτεξούσιος γὰρ ὢν ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενημένος ἄνθρωπος εἱμαρμένῃ καὶ ἄστρασιν οὐχ ὑπόκειται. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν τοῖς μὴ κατὰ γνώμην ἁμαρτάνουσι πῦρ ὁ Θεὸς καὶ σκότος ἠπείλησεν. Ὅτι δὲ βλασφημία ἐστὶν εἰ, Θεὸν τὸ νομίζειν ἐξ ἀστέρων γίνεσθαι τοὺς μὲν τῶν ἀνθρώπων φονέας, τοὺς δὲ πάλιν ἁρπαγας, ὁ κορυφαῖος Πέτρος ἀριδήλως τοῦτο διδάξει σε πρὸς Φαῦστον. Καὶ γὰρ περὶ γενέσεως διαλεγόμενος καὶ τάδε πρὸς τοῖς ἄλλοις ἔλεγεν· « Ἐγὼ μὲν ἀστρολογίας ἔμπειρος οὐκ εἰμὶ, ὥστε τὴν γένεσιν ἀπ' αὐτῆς τῆς κατὰ γένεσιν ἐπιστήμης ἀνασκευάζειν. Ἄλλῳ δὲ τρόπῳ δύναμαι ἀποδεικνύειν ὅτι κατὰ πρόνοιαν διοικεῖται τὰ πράγματα· ἕκαστος γὰρ πρὸς ἃ πράττει τιμῆς καὶ κολάσεως τεύξεται. » Ἁμαρτάνουσιν οὖν οἱ γέντσιν εἰσάγοντες, αὐτὸν τὰ πάντα δημιουργήσαντα Θεὸν βλασφημοῦντες. Ἐπὶ τούτοις γὰρ τοῦ γέροντος εἰπόντος, ὅτι βλασφημεῖν ἐστι τὸ λέγειν ὅτι τὰ πάντα γενέσει ὑπόκειται, καὶ πάνυ ὁ Πέτρος ἔλεγεν. Εἰ γὰρ πᾶσαι αἱ τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτίαι ἐξ ἀστέρων γίνονται, οἱ δὲ ἀστέρες ὑπὸ Θεοῦ ταῦτα ποιεῖν ἐτάχθησαν, ἵνα πάντων χαλεπῶν ἀποτελεσματικοὶ γένωνται, ἁπάντων λοιπὸν αἱ ἁμαρτίαι εἰς αὐτὸν ἀναφέρονται τὸν τὴν γένεσιν ἐνδόντα τοῖς ἄστρασι. Καὶ τα μὲν τοῦ κορυφαίου τοιαῦτα· ὅρα δὲ καὶ τί φησιν ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ περὶ φωστήρων ἕκτῳ λόγῳ αὐτοῦ. Τὴν γὰρ ἀστρολογικὴν τέχνην ἐπὶ μέσου παράγων, καὶ ὅπως ἔχει μεθόδου κατεξετάζων, οὕτω κατὰ ῥῆμα διέξεισιν· « Ἐν δὴ τούτοις τοῖς λογισμοῖς πολὺ μὲν τὸ ἀνόητον, πολλαπλάσιον δὲ τὸ ἀσεβές. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι οἱ κακοποιοὶ τῶν ἀστέρων τῆς αὐτῶν πονηρίας ἐπὶ τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς τὴν αἰτίαν μετατιθέασιν. Ἔπειτα εἰ καὶ τῶν περὶ κακίαν καὶ ἀρετὴν ἐνεργημάτων οὐκ ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν εἰσιν αἱ ἀρχαὶ, ἀλλ' ἐκ τῆς γενέσεως αἱ ἀνάγκαι, περιττοὶ μὲν οἱ νομοθέται τὰ πρακτέα ἡμῖν καὶ τὰ φευκτέα διορίζοντες, περιττοὶ δὲ οἱ δικασταὶ ἀρετὴν τιμῶντες καὶ πονηρίαν κολάζοντες· οὐ μὲν γὰρ τοῦ κλέπτου τὸ ἀδίκημα, οὐδὲ τοῦ φονέως, ᾧ γε οὐδὲ βουλομένῳ δυνατὸν ἦν κρατεῖν τῆς χειρός. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν· αὐτεξούσιος γὰρ ὁ ἄνθρωπος, ὅτι καὶ κατ' εἰκόνα παρήχθη Θεοῦ, ἐφ' ᾧ γενέσει καὶ ἄστρασιν οὐχ ὑπόκειται. » Τοῖς μέντοι προσπταίουσιν ὁπωσδήποτε κατ' εἱμαρμένην, ὡς εἴρηται, καὶ συγγινώσκειν ἄξιον ἦν, οὐ μὴν ἐπιφέρειν μάστιγας, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησίν. Καὶ γὰρ ἐν οἷς ἐξέθετο λόγοις περὶ εἱμαρμένης καὶ τάδε διέξεισι. Τοῖς μὲν οὖν ἀ ἀνάγκῃ κατεχομένοις συγγινώσκειν οἴδαμεν. Κἂν γὰρ ὑπὸ δαίμονός τις ἐνοχλούμενος ἢ τὸν χιτῶνα διαῤῥήξῃ τὸν ἡμέτερον ἢ πληγὰς ἐπενέγκῃ, οὐ μόνον οὐ κολάζομεν, ἀλλὰ καὶ ἐλεοῦμεν καὶ συγγινώσκομεν. Τί δήποτε; Ὅτι οὐχ ἡ προαιρέσεως, ἀλλ' ἡ τοῦ δαίμονος; βία ταῦτα εἰργάσατο. Ὥστε εἰ καὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀπὸ τῆς ἀνάγκης τῆς κατὰ τὴν εἱμαρμένην ἐγίνοντο, συνέγνωμεν ἄν· ἐπειδὴ ἴσμεν ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάγκη, διὰ τοῦτο οὐδὲ συγγινώσκομεν. Εἰ γὰρ ἀνάγκῃ τὰ ἡμέτερα ἐδέδετο, τίνος ἕνεκεν τὸν οἰκέτην κεκλοφότα μαστίζεις; διὰ τί τὴν γυναῖκα μοιχευθεῖσαν εἰς κριτήριον ἕλκεις; ἵνα τί δὲ καὶ

A minatur. Non est autem hoc verum, non est. Quippe ad imaginem Dei conditus homo, cum suimet ipsius sit compos, nec fato nec sideribus esse subjectus potest; quod si locum haberet, non Deus præter animi sententiam peccantibus ignem atque tenebras minatus fuisset. Et fieri sane convicium Deo, cum quis existimat per sidera quosdam homicidas effici, quosdam raptores, summus ille Petrus ad Faustum scribens te docebit. Nam de natalitio sidere disserens hæc inter alia profert: « Equidem astrologiæ non sum peritus, ut nativitatem ex ipsa de natalitio sidere scientia refellere possim: verum 27 alio quodam modo possum demonstrare res humanas a Providentia gubernari. Nam quisque pro eorum quæ agit ratione vel honorem vel B pœnam consequetur. Quamobrem errant qui natalitium sidus introducent, ipsum opificem rerum omnium Deum convicio quodam incessentes. » Quibus in verbis quod hic senex ait, convicium in Deum esse dicere cuncta natalitio sideri esse subjecta, perquam egregie dicitur. Nam si omnia mortalium peccata ab astris oriuntur, astra vero divinitus ordinata sunt ut ea efficiant et omnium malorum ab ipsis origo proficiscatur, restat omnium peccata ad Deum referri debere, qui natalitiam illam vim sideribus indiderit. Hujusmodi sunt quæ summus ille vir protulit. Præter hæc vide quid magnus ille Basilius in oratione sexta, quæ est de luminaribus, dicat. Nam artem astrologicam in medium proferens, et quæ sit ejus methodus C explorans, ad verbum hoc modo loquitur. In hisce ratiocinationibus magna inest stultitia et major etiam impietas. Quamobrem? Quod malefica noxiaque sidera pravitatis suæ causam in auctorem suum transferant. Deinde si tam virtuti quam vitiis consentanearum actionum principia non sunt in nostra potestate, sed a necessitatibus siderum natalitiorum pendent, supervacanei sunt legum latores, qui agenda fugiendaque nobis definiunt. Nullum est enim vel furis delictum vel homicidæ, si ne volens quidem continere manum poterat. Sed non est hoc verum, non est. Quippe suæ sponte est homo, cum ad imaginem Dei sit factus; quo fit et neque nativitati certæ neque sideribus subjectus D sit. Quin etiam quoquo modo delinquentibus fato quodam, ut diximus, æquum esset ignoscere, non adhibere verbera, quemadmodum Chrysostomus ait. Nam in orationibus quas habuit de Fato hujusmodi quædam tradit: Is qui necessitate coguntur, ignoscere solemus. Etenim si quis a malo genio vexatus vel tunicam nostram laceraverit vel nos verberibus affecerit, non modo non punimus eum, sed etiam miseramur veniamque largimur. Quamobrem istuc? Quia non electionis, sed mali genii vis ea designavit. Quo fit ut si quidem alia quoque delicta de necessitate fati provenirent, ignoscendum eis omnino foret. Nam si necessitas res nostras constrictas tenet, quamobrem servum tuum aliquid suffuratum verberas? quamobrem adul-

wrii ream uxorem in jus rapis? quamobrem turpia designans pudore afficeris? De his perspici **28** facile potest neque fatum neque fortunam neque nativitatem neque cursum siderum res nostras gubernare. Nam si hoc largiamur, quid porro necesse fuerit adhibere labores atque sudores, ut a vitiis immunes simus? Siquidem fato decretum est fore aliquem malum, etiamsi molestias infinitas suscipiat, malus erit. Vel potius dici malus nequaquam debet, qui a necessitate ad hoc impellitur. Quodsi etiam bona valetudo atque morbi a fato pendent, supervacaneæ sunt opum impensæ, supervacanea medicorum accessio, supervacanea denique victus ratio, quam morbo aliquo laborantes accurate servant. At cum hæc supervacanea non sint (quo enim pacto id dici possit? cum magnam ex his utilitatem percipi conspiciamus), jacet hæc de fato fabula, jacet omnis de natalitio sidere oratio. Non enim homines ulli necessitati subjecti sumus, sed potius electionis libertate ac voluntatis arbitrio divinitus ornati. Nam si non est suæ spontis atque juris homo, restat cum ne ad Dei quidem imaginem creatum esse. Quo enim pacto simulacrum naturæ illius imperatricis esse possit, si hac in parte discrepet ab exemplari principe? Quippe conveniebat atque par erat, ut id quod per omnia conformatum ad similitudinem Numinis esset, quemadmodum Nyssenus antistes ait, in natura sua potestatem agendi arbitratu suo haberet imperioque neminis pareret. Itaque multis probatum minime nos alicujus natalitii sideris, quæ complurium est opinio, necessitate ligari. Nam cæteroqui nulla re nos ratione ornati a brutis animalibus differremus, quorum est arbitratu alieno, quo visum alteri fuerit, duci, cum rationis atque mentis particeps natura, si libertatem voluntatis amittat, etiam beneficio facultatis intelligentis spolietur. Quis enim mentis usus ei fuerit, si a fati necessitate ducatur, et ab ea quasi protrudatur et impellatur ad actiones? Ac de his quidem hactenus.

πονηρὰ πράττων αἰσχύνῃ; Εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν ὅτι οὔτε εἱμαρμένη οὔτε τύχη οὔτε γένεσις οὔτε δρόμοι ἀστέρων τὰ καθ' ἡμᾶς διοικεῖ. Εἰ γὰρ τοῦτο δώσομεν, τίς χρεία λοιπὸν πόνων καὶ ἱδρώτων πρὸς τὸ κατορθοῦν ἀρετὴν ἔσται; Εἵμαρταί τινι γενέσθαι καλός· καὶ καθεύδων ὁ τοιοῦτος καὶ ῥέγχων ἔσται καλός. Μᾶλλον δὲ οὐ καλὸν τὸν τοιοῦτον ἔστιν εἰπεῖν τὸν ἐξ ἀνάγκης εἰς τοιοῦτο γινόμενον. Τίς χρεία πόνων (8) πρὸς τὸ κακίαν φυγεῖν; εἰ Εἵμαρταί τινι γενέσθαι κακὸς, κἂν μυρία ταλαιπωρῇ, κακὸς ἔσται. Μᾶλλον δὲ οὐ κακὸν τὸν τοῦτον ἔστιν εἰπεῖν τὸν ὑπ' ἀνάγκης πρὸς τοῦτο ὠθούμενον. Εἴπερ ὑγεία καὶ νόσος τῆς εἱμαρμένης ἥρτηται, περιττὰ τῶν χρημάτων τὰ ἀναλώματα, περιττὴ τῶν ἰατρῶν ἡ εἴσοδος, περιττὴ δὲ καὶ ἡ τῶν νοσούντων διαίτης ἀκρίβεια. Ἀλλ' ἐπειδὴ μὴ περιττὰ ταῦτα (πῶς γὰρ, εἴγε καὶ πολλὴν ὁρῶμεν τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν), οἴχεται μὲν ὁ τῆς εἱμαρμένης μῦθος, οἴχεται δὲ καὶ ὁ τῆς γενέσεως λόγος. Οὐδεμιᾷ γὰρ ἀνάγκῃ τὰ καθ' ἡμᾶς ὑπόκειται, τετίμηται δὲ μᾶλλον προαιρέσεως ἐλευθερίᾳ καὶ αὐτεξουσιότητι. Εἰ γὰρ μὴ αὐτεξούσιος ὁ ἄνθρωπος, οὐδὲ κατ' εἰκόνα Θεοῦ παρήχθη λοιπόν· πῶς καὶ γὰρ εἰκὼν ἂν εἴη τῆς βασιλευούσης φύσεως, κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος ἀνισότητα φέρων πρὸς τὸ ἀρχέτυπον; Ἔπρεπε γὰρ τὸ διὰ πάντων πρὸς τὸ θεῖον ὡμοιωμένον, ὡς ὁ Νύσσης φησὶν, ἐν τῇ φύσει κεκτῆσθαι τὸ αὐτοκρατὲς καὶ ἀδέσποτον. Δέδεικται οὖν ἐκ πολλῶν ὅτι γενέσεως ἀνάγκῃ κατὰ τὴν τῶν πλειόνων ὑπόληψιν οὐ δεδέμεθα· οὐ γὰρ τοῦτο ἦν, εἰ μὴ κατὰ γνώμην ἡμῖν τὰ πραττόμενα πράττεται; κατ' οὐδὲν ἂν ἡμεῖς οἱ λόγῳ τετιμημένοι τῶν ἀλόγων ζώων διενηνόχαμεν· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶ τὸ ἀλλοτρίῳ βουλήματι πρὸς τὸ δοκοῦν περιάγεσθαι. Ἡ δὲ λογική τε καὶ νοερὰ φύσις, ἐὰν τὸ κατ' ἐξουσίαν ἀπόθηται, καὶ τὴν χάριν τοῦ νοεροῦ συναπώλεσεν· εἰς τί καὶ γὰρ χρήσεται τῇ διανοίᾳ, τῇ τῆς εἱμαρμένης ἀνάγκῃ περιαγομένη κἀκεῖθεν ἐπὶ τὰ πρακτέα παρωθουμένη; Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ἐς τοσοῦτον.

Tu vero, dilecte fili, si quando videris infantem vitiatum ex alvo matris egredi qui vel biceps vel quadrupes sit, quemadmodum Mauricio imperante accidit, noli existimare non bonis siderum adspectibus ejusmodi conformari, quemadmodum existimavit olim Hermes ille, qui magno est apud Græcos in honore. Potius magno Athanasio et Joanni Chrysostomo cæterisque Patribus fidem habe, qui de homine a nativitate cæco et altero a nativitate claudo disserentes, causam harum rerum ad effectricem vitæ naturam ipsam referunt, non contrarios quosdam siderum situs. Et esse naturam horum causam perspicuum est maxime. Nam omnia sua quadam ratione facere consuevit, quemadmodum magnus ille Basilius **29** ait; et apud nos ovis incubantes domesticæ gallinæ hoc ipsum

Σὺ δὲ, ἀγαπητὲ, εἴ που καὶ βρέφος ὄψει ποτὲ σεσιγωμένον ἐκπίπτον τῆς μήτρας, εἰ τύχῃ δικέφαλον ἢ τετράπουν, ὡς ἐπὶ Μαυρικίου βασιλέως, μὴ σχήμασιν ἀστέρων οὐκ ἀγαθοῖς τὰ τοιαῦτα διαπλάττεσθαι νόμιζε, καθάπερ ἔδοξέ ποτε καὶ τῷ παρ' Ἕλλησι τιμωμένῳ Ἑρμῇ. Πείθου δὲ μᾶλλον τῷ μεγάλῳ Ἀθανασίῳ τῷ τε χρυσορρήμονι Ἰωάννῃ καὶ τοῖς λοιποῖς ἁγίοις Πατράσι· περὶ γὰρ τοῦ ἐκ γενετῆς τυφλοῦ καὶ τοῦ ἐκ γενετῆς χωλοῦ τὸν λόγον ποιούμενοι τὴν διαπλάττουσαν τὸ ζῷον ἠτιάσαντο φύσιν, οὐ μὴν ἐναντίων ἀστέρων σχηματισμούς. Ὅτι δὲ ἡ φύσις τῶν τοιούτων αἰτία σινωμάτων ἐστὶ (καὶ γὰρ κατὰ τὴν ἑαυτῆς ἀκαλουθίαν εἴωθε (9) τὰ πάντα ποιεῖν, ὡς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος), καὶ αἱ παρ' ἡμῖν ἐπωάζουσαι κατοικίδιοι ὄρνιθες μαρτυροῦσι τούτῳ σαφέστατα. Ὁρῶμεν γὰρ ἔστιν ὅτε ἐκ τῶν ᾠῶν ἐκ-

(8) *Ἱδρώτων πρὸς τὸ κατορθοῦν τίς χρεία πόνων*; Hæc quæ suppeditat nobis codex Fontis-Ebraldensis cœnobii aberant quoque a codice Leunclavii.

(9) *Τὴν διαπλάττουσαν. . . . . ἑαυτῆς ἀκολουθίαν εἴωθε. . . .* Ex. F.

τίκτοντα τετραπτέρυγα νεόττια καὶ τετράποδα. Καὶ τοῖς μὲν ἀγνοοῦσι τὴν αἰτίαν ἔκπληξιν ἐμποιεῖ τὰ τοιαῦτα πολλήν, οὔκουν δὲ καὶ τοῖς λόγου μετέχουσι. Τούτῳ μέντοι τῷ τρόπῳ καὶ δικέφαλον ὄφιν ἴδοι τις ἄν, καὶ ὅσα τοιαῦτα πλήρη τυγχάνοντα θαύματος. Ἀλλὰ μὴ σύ γε διαταράττου τούτων ἕνεκα, μηδὲ κακοποιῶν ἀστέρων ἀκτινοβολίας ἐπὶ τούτοις παρείσαγε. Ἄφες ἐπὶ ματαίοις ματαιάζειν αὐτούς. Ἐπὶ πᾶσι γὰρ τούτοις ἡ αἰτία σαφής. Εἰ μὲν οὐκ ἐτίκτοντο βρέφη δίδυμά τε καὶ τρίδυμα, εἶχες ἄν τι καὶ λέγειν· ἐπεὶ δὲ καθ' ἑκάστην τοιαῦτα ὁρᾷς, καινὸν πάντως οὐδὲν εἶγε συγκεκολλημένα τὰ δίδυμα καὶ οὐ διῃρημένα πολλάκις τῆς μήτρας ἐκπίπτουσι.

A clare testantur. Videmus enim nonnunquam ex ovis provenire pullos cum alis quatuor, itemque pullos quadrupedes. Ejus rei causam quotquot ignorant, admiratione maxima percelluntur; idemque non raro etiam viris a ratione non destitutis usuvenit. Hoc modo videre nonnunquam est serpentem bicipitem, aliaque talia plena sane admirationis; quorum tu causa perturbari nolito, neque noxiorum siderum radios hic excogites. Sine, vanis illi opinionibus desipiant. Nam horum omnium perspicua causa est. Quodsi neque gemelli neque trini fetus uno partu simul ederentur, dici aliquid abs te posset. At cum modo non quotidie videas id fieri, nihil omnino novum est, si gemelli conglutinati ac non sejuncti nonnunquam ex alvo materno prodeunt.

Προγινώσκειν μὲν οὖν καὶ ἀμυδρῶς τοῦ μέλλοντος ἔκ τινων σημείων καταστοχάζεσθαι, ἄνευ ἀντιλογίας καὶ ἡμεῖς τοῦτο κατατιθέμεθα. Οὐδὲν γὰρ ἐπὶ προδήλοις οὕτω πράγμασιν ἀντιπίπτειν ἐπὶ πλέον ἰσχύομεν. Εἰ γὰρ καὶ ἥμαρτεν ἐν παραδείσῳ ὁ ἄνθρωπος, εἰ καὶ τὸ δοθὲν αὐτῷ προφητικὸν χάρισμα πάμπαν ἀπώλεσεν, ἀλλ' οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πανοικτίρμων Θεὸς τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι τέλεον παραβάλλεσθαι. Ἐφ' ᾧ καὶ σημειά τινα δίδωσι τοῦ προορᾶν ἕνεκεν ἔστιν ὅτε τὰ μέλλοντα κἀντεῦθεν ἑαυτῷ περιποιεῖσθαι ἀσφάλειαν. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Οἱ ἐν τῷ ἀέρι φαινόμενοι κομῆται λόγῳ μὲν φυσικῷ συνίστανται, θανάτους δὲ ὅμως βασιλέων ἢ καὶ προσώπων ἐπιφανῶν καταγγέλλουσιν, ὡς ὁ μέγας ἔφη καὶ οὐρανοφάντωρ Βασίλειος. Ἀλλὰ καὶ αὐχμῶν ἔστιν ὅτε ἀνέμων οἱ τοιοῦτοι δηλωτικοί, οἳ καὶ δοκοῦσι μὲν εἶναι ἀστέρες, οὐκ εἰσὶ δέ. Πῶς καὶ γάρ; εἶγε συνίστανται μέν, οὐ παραμένουσι δέ· τῆς γὰρ ὕλης τῷ πυρὶ δαπανηθείσης, δι' ἧς ὁ κομήτης συνέστηκεν, ἐξ ἀνάγκης καὶ οὗτος σβεννύμενος διαλύεται.

B Cæterum aliquid prævidere, deque signis quibusdam id quod futurum sit obscuriuscule conjectari non posse, citra contradictionem omnem fatemur. Nam in rebus adeo manifestis resistere diu sane nequeamus. Quanquam enim homo in paradiso peccavit, quanquam concessum sibi vaticinandi munus atque beneficium amisit, non tamen Deus ille misericors eum prorsus similem evadere brutis jumentis permisit. Quo fit ut signa quædam ei suppeditet, de quibus interdum futura prospiciat, eoque pacto securitati suæ consulat. Quid multis verbis opus est? Qui conspiciuntur in aere cometæ, naturali quidem illi ratione modoque oriuntur, sed interim vel regum vel aliarum illustrium personarum interitus denuntiant, quemadmodum magnus ille cœlestiumque rerum interpres Basilius inquit. Interdum vel æstus vel ventos subsecuturos indicant. Et videntur quidem esse sidera, verum non sunt. Qui enim esse sidera possint? cum oriantur quidem, sed non durabiliter maneant: Nam materia, de qua cometes exstitit, per ignem absumpta, necessario et ipse exstinctus dissipatur.

Ἀλλ' ὅρα καὶ τὴν γένεσιν ὁποία τίς ἐστι καὶ πόθεν ἔσχηκε τὴν ἀρχήν. Ἐκ τῆς καπνώδους καὶ ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως ἕως αὐτῆς τῆς σελήνης ἀνάγεται διὰ κουφότητα καπνὸς μὲν οὖσα κατὰ τὴν οὐσίαν, φλὸξ δὲ κατὰ τὴν δύναμιν. Ἐφ' ᾧ καὶ ὑπέκκαυμα ταύτην ὁ Ἀριστοτέλης ἐκάλεσε, τουτέστιν ὑφιεμένον πῦρ· ὁ γὰρ καπνὸς θερμὸς μέν ἐστι, μὴ μέντοι γε πῦρ αὐτενέργητον. Ἐξάπτεται τῇ τοῦ παντὸς περιφορᾷ συγκινούμενον. Ἀλλ' ἡμέρας μὲν οὐ φαίνεται διὰ τὴν τοῦ ἡλίου μαρμαρυγήν, νυκτὸς δὲ τὰ τοιαῦτα διάδηλα γίνεται. Ἐπειδὰν οὖν τὸ μέρος τοῦ ὑπεκκαύματος διὰ τὴν κίνησιν ἐξαφθῇ, εἰ μὲν οὐκ ἐντύχῃ ἑτέραις οὐσίαις ἐπιτηδείαις εἰς ἔξαψιν, θᾶττον ἐναποσβέννυται, ἐπειδὰν δὲ κινηθὲν παχείᾳ ὕλῃ ἐγκύρῃ τινί, ἐκεῖσε ἐνίσχεται· ὅθεν ἡ ταὐτὴ ὕλη κατὰ πᾶν ἐξαπτομένη αἴξῃ τε καὶ κομήτης λέγεται. Ἀποσπινθηρίζουσι γὰρ δοκεῖ τινα κόμην ἔχειν καθειμένην καὶ οἷά τισι μαλλοῖς κατὰ τὰς αἴγας βρίθεσθαι· ταύτῃ τοι καὶ κομήτης τὸ τοιοῦτον φάσμα ὠνόμασται. Οὗτος μὲν ὁ κομήτης ἐνίοτε καὶ πολυήμερός ἐστιν, ἀρκούσης τῆς ὑποκειμένης

C Animadverte autem ortum ipsorum, cujusmodi sit et unde principium habeat. Existunt cometæ de fumosa et sicca exhalatione, quæ exhalatio propter levitatem suam ad lunam usque subvehitur, et natura quidem essentiaque sua fumus est, verum vim flammæ continet. Quo fit ut Aristoteles eam fomitem vocet, hoc est ignem remissum. D Quippe fumus est calidus quidem ille, non tamen ignis vi sua et efficaciter agens. Accidit autem deinceps ut agitata cum hoc universo accendatur. Et interdiu qui ob splendorem solis haud conspicitur, noctu vero apparet. Postcaquam fomitis illius pars aliqua propter motum 30 accensa deflagraverit, si alias essentias ad inflammationem idoneas non consequatur, citius exstinguitur; sin ipso in motu ad crassam quamdam materiem feratur, magis invalescit et augetur. Unde fit ut hujusmodi materies accensa penitus capra cometesque vocetur. Quippe dum scintillat, comam quasi quamdam habere prolixam videtur, velutique lanis caprarum in morem onusta esse; quæ ipsa

ratio est quamobrem cometes, hoc est crinitum sidus appelletur. Et durat interdum diebus compluribus, nimirum materie subjecta diuturnam ad inflammationem sufficiente. De causa eadem et ignis oritur ille qui noctibus serenis e cœlo labi videtur, et quem nonnulli radiores esse cœleste sidus existimant, cum homines in hisce disciplinis exercitati speciem ejusmodi trajectionem nuncupent. Cum enim illud quod ex motu est accensum, in materies igni concipiendo idoneas inciderit, et deinde flamma de una ad aliam materiem lata longius sese diderit ignis ad hastæ formam extensus, fit hoc quod trajectionem vocant. Consuevimus enim visis ejusmodi pro ratione formarum, quibus conspiciuntur, appellationes indere.

A αὐτῷ ὕλης εἰς χρονίαν ἔξαψιν. Ἐντεῦθεν οὖν ἴσχει τὴν γένεσιν καὶ τὸ δοκοῦν ἐξ οὐρανοῦ ῥίπτεσθαι πῦρ αἰθρίας οὔσης τῆς νυκτός, ὃ δὴ καί τινες τῶν ἀγροικοτέρων ἄστρον οὐράνιον ἡγηνται. Ἀλλ' οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα ἠσχολημένοι τὸ τοιοῦτον φάσμα διάττοντα κατονομάζουσιν. Ἐπειδὰν γὰρ τὸ διὰ τὴν κίνησιν ἐξαφθὲν ὕλαις ἐπιτηδείαις εἰς ἔξαψιν εὐτύχῃ, κἀντεῦθεν ἀπ' ἄλλης εἰς ἄλλην φερομένης τῆς φλογὸς διαδόσιμον γένηται τὸ πῦρ, κατὰ σχῆμα τοῦ δόρατος ἀπομηκυνθῇ, τὸ τοιοῦτον διάττων ὀνόμασται κατὰ τὰ φαινόμενα σχήματα, καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἀποπληροῦσι τοῖς φάσμασιν.

Quapropter hæc, uti divimus, in cœlo collocavit Deus, ut signa nobis essent de quibus haud vulgares muniendi nostri rationes colligeremus. Nam aspice mihi nubes, quæ cum interdum lanarum velleribus consimiles cernuntur, plerumque tempestates pluvias denuntiant. Atque etiam iris, arcus nimirum ille quem in cœlo conspicimus, non simpliciter neque fortuito nostris semet oculis offert, sed pluvia tempestate conspecta serenitatem fert secum, serena, pluviam designat. Hæc enim Deus in signa constituit.

B Ἕθετο μὲν οὖν εἰς σημεῖα, καθάπερ εἴρηται, ὁ Θεὸς ταῦτα δὴ τὰ κατ' οὐρανόν, ὡς ἐντεῦθεν ἡμῖν ἀσφάλειαν οὐ τὴν τυχοῦσαν προσγίνεσθαι. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ τὰ νέφη πόκοις ἐρίων φανέντα ποτὲ παραπλήσια χειμῶνας ἐνίοτε προσημαίνουσιν. Ἀλλὰ καὶ ἶρις αὕτη, τὸ κατ' οὐρανὸν δηλαδὴ φαινόμενον τόξον, ὡς οὐχ ἁπλῶς τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν καὶ ὡς ἔτυχε πρόκειται· χειμῶνος μὲν γὰρ αὕτη φανεῖσα εὐδιεινὴν ἐπιφέρει κατάστασιν, εὐδίας δὲ οὔσης εἴγε φανείη, χειμῶνα τοὐναντίον ἐμήνυσε. Καὶ ἕθετο γάρ, φησί, ταῦτα εἰς σημεῖα.

Et caret iris essentia peculiari sua, solumque species quædam est imaginaria cernentis aspectus, orta de sole in nubes partium diversarum incidente. Eidem lumen ambiens area specie tenus existit, cum reapse nihil sit deque aspectus refractione oriatur. At vero fulguris ignis essentia peculiari non caret, tametsi vim urendi non habeat. Etenim ejus natura partium est subtilium, et corpora celeriter præterit. Quo fit ut ea nec urat nec denigret. Quamquam enim hujusmodi fulmen ignis est, et a natura vi præditum est urendi, tamen ejus subtilitas et præterea celeritas, non diu corporibus inhærens, illæsa relinquit. Prester vero, sicut ipsum etiam nomen indicat, adurit ea corpora quæ attigerit. Et adurit propterea quod secum trahat e nube materiem quamdam crassiorem, eamque inflammet. Presterem ipsum ventus præcedit. Fieri hoc inde, quod ea quæ conflagratura sunt, prius a vento 31 convellantur. Quippe flatus ille presteris, cum sulfureus sit, verberandi ac perrumpendi vim habet.

C Ἄλλ' ἡ μὲν ἶρις ἀνυπόστατός ἐστι, φαντασία δὲ μόνον τῆς ὁρώσης ὄψεως, ἐξ ἡλίου συνισταμένη νέφεσιν ἀνομοιομερέσιν ἐμπίπτοντος. Ἀλλὰ καὶ ἡ κατὰ σελήνην ἅλως ἔμφασις ὡσαύτως ἐστὶν, οὐ μὴν ὑπόστασις, ἐξ ἀναχλάσεως τῆς ὄψεως. Τὸ δὲ ἀστραπαῖον πῦρ ἐνυπόστατον μέν ἐστιν, οὐκ ἔχει δὲ τὸ φλέγον· λεπτομερὴς γὰρ ἡ οὐσία αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ τὰ σώματα ταχέως παρέρχεται, ὅθεν οὔτε καίει οὔτε μελαίνει αὐτά. Εἰ γὰρ καὶ πῦρ ὁ τοιοῦτός ἐστι κεραυνὸς καὶ φύσει ἔχει τὸ καίειν, ἀλλ' ἡ λεπτότης αὐτοῦ, πρὸς δὲ καὶ ἡ ταχύτης μὴ ἐγχρονίζουσα τοῖς σώμασιν, ἄκαυστα ταῦτα ἐᾷ. Ὁ δὲ πρηστὴρ, ὡς καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα, τὰ παρατυχόντα καταφλέγει σώματα. Καταφλέγει δὲ διὰ τὸ συνεπισπᾶσθαι μεθ' ἑαυτοῦ παχυμερεστέραν ὕλην ἐκ τοῦ νέφους, καὶ ταύτην ἐκπληροῦν. Τούτου δὲ τοῦ πρηστῆρος καὶ προηγεῖται πνεῦμα. Καὶ δῆλον ἐκ τοῦ τὰ μέλλοντα ἐμπίπρασθαι πρῶτον ὑπὸ πνεύματος ῥήγνυσθαι· τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ πρηστῆρος θειῶδες ὂν πλήττει καὶ ῥήγνυσι. Ταύτῃ τοι καὶ τὰ κεραυνωθέντα μένει διεστῶτα ἐπί χρόνον τινά.

D Itaque fulmen, Gli, hoc est ignem illum fulguris, vel per nubium collisionem fieri putato vel per expressionem, cum nimirum essentia quædam ignea in nubes incidit, ac per vim inde rursus excernitur, quasique ab ipsa nube protruditur et impellitur. Nam ecpyrenismus est quædam quasi ejaculatio per compressionem facta, quemadmodum nos quoque olivarum ossicula digitis comprimentes sursum vel deorsum ejaculamur. Tale quiddam est fulmen, quod per ecpyrenismum fit, cum præsertim inferior nubis crassities de loco superiore condensata irruentem in se substantiam penetrare suamque ad locum tendere non sinit. Tunc enim

Τὸν μέντοι κεραυνὸν, ἀγαπητὲ, τοῦτ' ἔστιν αὐτὸ τὸ ἀστραπαῖον πῦρ, ἢ κατὰ σύγκρουσιν τῶν νεφῶν γίνεσθαι νόμιζε ἢ κατὰ ἐκπυρηνισμὸν, ἡνίκα δηλαδὴ πυρώδης οὐσία τοῖς νέφεσιν ἐμπεσοῦσα κατὰ βίαν ἐκεῖθεν ἐκραγῇ, ῥιπτομένη καὶ οἷον εἰπεῖν ὠθουμένη παρὰ τοῦ νέφους αὐτοῦ. Ἐκπυρηνισμὸς γάρ ἐστιν ὁ κατὰ συμπίεσιν· ἀκοντισμὸς γάρ ἐστιν, ὡς ὅταν καὶ ἡμεῖς τὰ τῶν ἐλαιῶν ὀστᾶ τοῖς δακτύλοις συμπιέζοντες ἢ ἄνω ἢ κάτω ταῦτα ἐξακοντίζωμεν. Καὶ τοιοῦτος μὲν ὁ κατὰ ἐκπυρηνισμὸν κεραυνὸς, ἡνίκα καὶ μᾶλλον ἡ τοῦ νέφους παχύτης ἄνωθεν πυκνωθεῖσα τὴν ἐμπεσοῦσαν ἐκεῖσε οὐσίαν οὐκ ἐᾷ τε διελθεῖν καὶ ἐπὶ τὸν χῶρον αὐτῆς ἀνελθεῖν·

τηνικαῦτα γὰρ ὑπὸ τοῦ νέφους, ὡς εἴπομεν, συμπιεζομένη τε καὶ ὠθουμένη κάτω ῥιπτεῖσθαι πάλιν βιάζεται. Ὁ δὲ ἕτερος ἀποτίκτεται κεραυνὸς τῶν νεφῶν συντριβομένων. Ἡ μὲν γὰρ ῥῆξις τὸν κεραυνὸν ἀπεγέννησε, τοῦ νέφους βίᾳ σπασθέντος· τηνικαῦτα δὲ θυλάκου ὥσπερ διαῤῥαγέντος ὑετὸς κατενήνεκται. Ὁ δέ γε τῆς ῥήξεως ἦχος τὴν βροντὴν ἀπεγέννησεν. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν δεῖ πρῶτον ῥαγῆναι τὸ νέφος καὶ οὕτω φανῆναι τὴν ἀστραπήν· ἡμεῖς δὲ τοῦ πυρὸς ἐπιλαμβανόμεθα πρότερον. Τούτου δὲ αἴτιον ἡ τῶν ὠτίων καὶ τῶν ὀφθαλμῶν διοργάνωσις· οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν ἀμέσως ὁμιλοῦντες τῷ ἀέρι τοῦ ὁρατοῦ θᾶττον ἀντιλαμβάνονται, ὁ δέ γε τοῖς ὠτίοις προσεβλημένος κοχλοειδὴς πόρος βραδέως εἰσάγει τὸν ψόφον. Κοχλοειδῆ δὲ τὸν τοιοῦτον κατεσκεύασε πόρον ὁ δημιουργὸς ἡμῶν Θεός, ἵνα μὴ ἐκ τῶν παραπιπτόντων ἡμῖν ἀθρόων, εἴτε ψόφου εἴτε ἀέρος ψυχροῦ, ὁ ἐγκέφαλος ἡμῶν οὐ μικρῶς καταβλάπτηται. Καὶ εἰ μὲν ἀπὸ ξηροτάτου νέφους ὁ κεραυνὸς ἐκραγῇ, φοινικοῦς τε τὴν χροιὰν ὁ τοιοῦτός ἐστι, καὶ τὴν οὐσίαν φλογώδης, εἰ δὲ ἀφ' ὑγροτέρου νέφους, λευκόν τε ἔχει τὸ χρῶμα καὶ καυστώδης ἥκιστα.

Οὕτω μὲν οὕτω, καθάπερ ἄνωθεν εἴρηται, καὶ τοὺς ἀστέρας τοὺς ἀπλανεῖς τε καὶ πλανωμένους εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς ὁ ποιητὴς πάντων καὶ κύριος ἔθετο. Κυρίους δὲ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἀρετῆς τε καὶ κακίας παρεκτικοὺς οὐκ ἄν ποτε εἴπῃ τις λογισμοῦ κύριος ὤν, εἴ γε καὶ μᾶλλον ἤκουσε τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· « Ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. » Ἐὰν θέλητε γὰρ εἰπὼν ἔδειξε προφανῶς ὡς ἐλεύθερός τις ὁ καθ' ἕνα ἡμῶν, καὶ ὅτι τῶν αὐτοῦ πράξεων ἕκαστος ὁμολογουμένως πέφυκε κύριος.

Εἰδέναι γὰρ τοῦτο πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἄνωθεν ὀφείλεις, ἀγαπητέ, ὅτι οἱ τὸν ἥλιον λέγοντες μὴ τὴν γῆν ὑποτρέχειν κάτωθεν μετὰ τὴν αὐτοῦ δύσιν, ἀλλ' ἐκ πλαγίου τὴν αὐτοῦ ποιούμενον δίοδον πρὸς ἀνατολὰς ἀπέρχεσθαι κἀκεῖθεν αὖθις ἀπέρχεσθαι τοῦ φωτίζειν τὴν γῆν, οὐκ εὐπαράδεκτα λέγειν, ὡς οἶμαι, τοῖς εὖ φρονοῦσιν κριθήσονται, εἰ μή που κατὰ λόγον οἰκονομίας τοιαῦτα λέγειν προάγονται. Εἰ γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἡ νὺξ ἀλλ' ἢ σκίασμα γῆς, τοῦ ἡλίου τὴν γῆν ὑποτρέχοντος, ὡς ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησί, πῶς λοιπὸν βαθεῖα τὴν ἡμέραν διαδέξεται νύξ, τοῦ ἡλίου κατ' ἐκείνους ἐγγύτατα καὶ μικρὸν πρὸς ἡμᾶς στρεφομένου, κἀντεῦθεν ἀκτίνων ἡμῖν ἐμπιπτουσῶν καὶ φωτιζουσῶν τὸ περίγειον; Καὶ εἰ μὴ πείθῃ τοῖς λεγομένοις, αὐτοῖς τοῖς πράγμασι πείσθητι. Ἐν Βρεττανίᾳ τῇ νήσῳ ὀκτωκαιδεκάωρος μὲν ἡ ἡμέρα ἐστίν, ἑξάωρος δὲ ἡ νύξ. Καὶ οὐ μόνον ἑξάωρος, ἀλλὰ καὶ τὸ σκότος αὐτῆς οὐ πάνυ βαθύ, τοιοῦτον δὲ εἰπεῖν ὁποῖόν ἐστι τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον λυκόφωτον. Ἐμπίπτουσι γὰρ αὐτοῖς αἱ αὐγαὶ τοῦ ἡλίου. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι κἂν ταῖς νυξὶν αὐταῖς ὁ ἥλιος ἐγγύτατα περιστρέφεται διὰ τὸ βραχύτατον αὐτοῦ

A a nube, quemadmodum indicavimus, compressa et impulsa deorsum vergere per vim cogitur. Alterum vero fulmen gignitur collisis inter se nubibus eaque de causa perruptis. Nam ea perruptio fulmen elicit nube per vim convulsa : simul utre quasi quodam rupto, pluvia delabitur. Strepitus ipse perruptionis tonitru elicit. Et nubem quidem perrumpi necesse est, ut ita fulgur conspiciatur : nos vero prius ignem percipimus. Ejus rei causa est aurium et oculorum structura. Nam oculi nostri citra medium ullum cum aere juncti citius rem visilem prehendunt. At meatus ille tortuosus cochleæque consimilis, quo septæ sunt aures, tarde sonum admittit. Et opifex noster Deus hunc ipsum instar cochleæ tortuosum condidit ne per illabentes subito sive strepitus sive frigidum aëra cerebrum nostrum graviter læderetur. Jam si fulmen e nube siccissima erumpat, punicei coloris est et natura vehementer urens : sin ex humidiori nube, colorem album habet ac minus urit.

Sic ergo, quemadmodum exposuimus hactenus, sidera non tam errantia quam erratica rerum opifex atque dominus in signa temporaque constituit. Ea vero potestatem absolutam in actiones nostras habere, virtutemque nobis aut vitium indere, nemo unquam rationis compos dixerit, siquidem Deum per vatem loqui audierit : « Si volueritis et obtemperaveritis mihi, bonis terræ vescemini [32]. » Cum enim ait : « Si volueritis, » manifesto declarat unumquemque nostrum liberum esse, simulque singulos esse sic a natura comparatos, suarum ut actionum ipsi sint domini.

32 Præter indicata vero, dilecte fili, hoc etiam scire debes, eos qui solem dicant non inferius terram post occasum suum subtercurrere, sed obliquo itinere ad ortum pervenire indeque rursum pergere ad collustrandam terram, mea quidem sententia viris prudentibus parum probabilia tradere judicandos esse, nisi forte certo quodam consilio talia proferant. Nam si nihil aliud est nox quam umbra terræ, quæ exsistit sole terram subtercurrente, quemadmodum Joannes ille Damascenus inquit, quo fieri pacto poterit ut alta nox diem excipiat sole (de ipsorum quidem sententia) quamproxime a nobis sese convertente, quocum esse conjunctum oportet ut ad nos radii pertingant terræque vicinas partes collustrent? Quodsi huic orationi fidem non habes, rebus ipsis persuaderi te patitor. In insula Britannia dies horarum XVIII spatium continet, cum nox plures quam VI horas non habeat. Neque tantum sex horarum est, sed etiam caligo ejus non admodum est profunda, nimirum ejusmodi quale quiddam nos crepusculum dicimus. Nam pertingunt ad eos radii solis. Quamobrem? Quia per ipsas etiam noctes sol ab eis quam

[32] Isa. I, 19.

proxime circumagitur, propterea quod exigua pars ejus sub terram demergatur. Britannorum quidem ii quotquot oculorum acumine valent, per noctem accurate cernunt ac tantum non omnia suis oculis comprehendunt. De quo velim discas quod si sol in climate nostro non sub terra cursum suum perficeret, sed itidem ut istic quamproxime apud nos circumvolveretur, nox reapse non nox foret, nec ejus tenebræ admodum profundæ, sed ejusmodi quales jam ante significavimus, nimirum terra non officiente radiis solaribus nec eos obstruente. Nox enim aliud nihil est, quemadmodum et magnus ille Basilius ait, quam terræ obumbratio. Quapropter si sol terram non subtercurreret, sed proxime alicubi circumagitaretur, sicuti superius aiebamus, fieri nequaquam posset ut noctem profundam haberemus. Et vero quid opus est multa commemorare singulaque recensere? Cum globosa sit terra et in universi medio quasi suspensa hæreat, apud alios aliter sol oritur et occidit. Eadem de causa nonnullis æqualia dierum atque noctium efficit spatia, nonnullis inæqualia. Neque mirum tibi sit apud Britannos noctem sex horarum esse, quando apud alios, quibus cum ad sublimitatem vel australis vel aquilonalis polus est elevatus ut alterum omnino supra verticem habeant, apud hos ergo propter solis in circulum conversionem tota regio tenebras perpetuas habet, **33** et anniversarius orbis ille consimiliter in diem noctemque sic dividitur, ut diem quidem sex mensium totidemque mensium noctem habeant. Ac de his quidem hoc modo dictum esto.

Non ignoro autem, dilecte fili, te de hoc etiam præter alia sollicite perquisiturum. Quamobrem, inquies, toto triduo quidem diffusa lux erat illa primigenia, quarto autem die divisa est in luminaria, nimirum solem, lunam, reliqua sidera? Nolim equidem nimis te curiose sacrarum Litterarum verba examinare, quando hac in parte studio discendi tuo prorsus satisfacere non possumus. Scito tamen condidisse quidem initio Deum lucem illam puram et expertem materiei crassæ, verum non ipsum discum, ut inde discamus quorum operum ipse sit effector, eoque percepto præstantissimum illum artificem tanto magis admiremur: nam a magnitudine pulcritudineque creatorum tum sapientia tum potestas opificis perspicitur [30]. Ejusmodi vero lucem deinceps in discos collocat, ut promanantes inde radios per discum nonnihil velut obscuratos usui nostro idoneos atque convenientes redderet. Nam de Theodoreti sententia, cum oculis prædita sint animalia, lucem illam alteram ferre non potuissent. Habes expositionem de ipsa petitam historia.

Quodsi verba Mosaica sublimius etiam intelligere vis, ut discas quamobrem lux illa triduo diffusa fuerit ubique ac deinceps in luminaria quasi recondita, divinum illum Anastasium habes, qui per allegorias hæc in hunc modum declarat. Lux illa præcedentium trium dierum, de qua Litteræ sacræ

[30] Sap. XIII, 5.

aquilarum pennæ cum aliarum avium pennis commistæ illas ipsas absumant? nam celeriter admodum pereunt. Quamobrem charadrius, si quando quem morbo regio laborantem conspicit, oculos claudit? Non id profecto propterea, quemadmodum aliqui volunt, quod ægroto invideat, livoreque præpediatur quominus eum rectæ valetudini restituat. Non enim bruta laborant invidia, nec Prometheus apud ipsa punitur, quod ignem bonum cum mortalibus communicaverit. Sed oculos idcirco claudit, quod morbus hic de uno ad alterum transeat; adeoque mox aviculam hanc morbus occupat.

Nec illud admiratione caret, quod luscinia vigilans, cum ovis incubat, noctem integram canere non desinat. Qui vespertilio pariter et quadrupes est et volucris? qui avium hæc sola dentes habet? **44** Ac fetificat quidem instar quadrupedum, aera vero leviter permeat, non alis sed pellicula quadam sublata. Qui fit ut anseres pervigiles sint et ad sentiendum obscura latentiaque longe acerrimi? qui quidem olim etiam urbem orbis principem conservarunt, cum hostes quosdam occultos, qui per ignotos abditosque cuniculos arcem Romanam occupaturi erant, indicio suo prodidissent.

Quis hominum cædem vulturibus denuntiat, cum expeditiones adversus se invicem suscipiunt? Videas enim tantum non infinita vulturum agmina castra sequi, de armorum apparatu eventus indicia colligentium, quod ipsum a ratiocinationibus humanis parum abest.

Iis etiam de causis in admirationem quædam veniunt, si quis animum advertat. Quædam enim volucres de prius exsistentium propagatione veniunt, quædam hodieque de terra oriuntur. Non enim cicadæ tantum e pluviis proveniunt, aliaque plurima quæ in aere volant, pleraque nominibus propriis ob eorum exiguitatem carentia: sed etiam mures atque ranæ de eadem prodeunt, quando apud Thebas Ægyptias, si vehementes in æstu pluviæ cadant, mox terrenis muribus universa regio completur. Nec anguillas aliunde cernimus oriri quam de limo. Quippe nec ovis nec alio quopiam modo propagantur, sed ortum e terra tantum habent.

Erodium mihi, quæso, considera. Species avis est supra quosvis passeres nidificantis, altissimis nimirum in arboribus, præsertim abietibus. Unde Aquila Psalmi dictum vertens: «Erodio, inquit, domicilium sunt abietes[10].» Supra omnes alias certe volucres nidificat. Idcirco Davides ait «Erodii domicilium superat eos.» Hunc erodium tanta præditum esse castimonia tradunt, ut cum ad Venerem accessurus est, dies quadraginta continuos fugeat, et post conjunctionem alios totidem dies. Ægre enim fert, si quando necessitate sic exigente

Λ ματα. Πῶς δὲ καὶ φθαρτικὰ πτερῶν ἑτέρων ἀετῶν τυγχάνει πτερά; σηπεδονώδους ταῦτα μετειλήφασι φύσεως. Οὐκ ἄν σαθείη ἕτερα τὰ πτερὰ τούτοις συναναμιγνύμενα· θᾶττον γὰρ ἐντεῦθεν ἀπόλλυνται. Διὰ τί δὲ καὶ ὁ χαραδριὸς εἴ ποτε ἀντιβλέψει τῷ ἰκτεριῶντι, μύει τοὺς ὀφθαλμούς; οὐχ ὥς τινές φασι, τῷ νοσοῦντι βασκαίνων καὶ τὸ φρόνημα πρὸς ὑγείας μετάδοσιν ἔχων ἐπίφθονον· οὐ γὰρ τοῖς ἀλόγοις βασκανία τις μέτεστιν, οὐδὲ Προμηθεὺς παρ' ἐκείνοις κολάζεται, ἀγαθοῦ τινος τοῦ πυρὸς μεταδοὺς τοῖς ἀνθρώποις. Ὀφθαλμὸν δὲ μύει χαραδριός, ἐπεὶ τὸ πάθος ἀμείβεται καὶ τὴν ὄρνιν εὐθὺς ἡ νόσος μετέρχεται.

Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔξωθεν θαύματος, ὡς ἄγρυπνος ἡ ἀηδὼν ὅταν ἐπῳάζει, διὰ πάσης νυκτὸς τῆς μελῳδίας μὴ ἀπολήγουσα. Πῶς τετράπουν τὸ αὐτὸ καὶ πτηνὸν ἡ νυκτερίς; πῶς μόνη τῶν ὀρνίθων ὀδοῦσι κέχρηται; Ζωογονεῖ μὲν ὡς τετράποδα, ἐπιπολάζει δὲ τῷ ἀέρι, οὐχὶ πτερῷ κουφιζομένη, ἀλλ' ὑμένι τινὶ δερματίνῳ. Πῶς δὲ καὶ τῶν χηνῶν γένος ἄγρυπνον καὶ πρὸς τὴν τῶν λανθανόντων αἴσθησιν ὀξύτατον; οἵγε ποτὲ καὶ τὴν βασιλίδα πόλιν περιεσώσαντο, πολεμίους τινὰς ἀφανεῖς δι' ὑπονόμων ἀφανῶν δὴ μέλλοντας τὴν ἄκραν τῆς Ῥώμης καταλαμβάνειν μηνύσαντες.

Τίς ὁ τοῖς γυψὶ προαγγέλλων τῶν ἀνθρώπων τὸν θάνατον, ὅταν κατ' ἀλλήλων ἐπιστρατεύσωσιν; Ἴδοις γὰρ ἂν μυρίας ἀγέλας γυπῶν τοῖς στρατοπέδοις παρεπομένας, ἐκ τῆς τῶν ὅπλων παρασκευῆς τεκμαιρομένας τὴν ἔκβασιν, ὅπερ οὐ μακράν ἐστι λογισμῶν ἀνθρωπίνων.

Καὶ ἄλλας δὲ θαυμάζειν ἔπεισι τῷ προσέχοντι. Τὰ μὲν γὰρ ἐκ τῆς διαδοχῆς τῶν προϋπαρχόντων παράγεται, τὰ δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐξ αὐτῆς τῆς γῆς ζωογονούμενα δείκνυται. Οὐ γὰρ μόνον τέττιγες ἐν ἐπομβρίαις ἀνίασιν, οὐδὲ ἄλλα μυρία γένη τῶν ἐμφερομένων τῷ ἀέρι πτηνῶν, ὧν ἀκατονόμαστά ἐστι τὰ πλεῖστα διὰ λεπτότητα· ἀλλ' ἤδη καὶ μῦς καὶ βατράχους ἐξ αὐτοῦ ἀναδίδοσθαι, ὅπου γε περὶ Θήβας τὰς Αἰγυπτίας, ἐπειδὰν ὕσῃ λάβρως ἐν καύμασιν, εὐθὺς ἀρουραίων μυῶν ἡ χώρα καταπλήρουται (11). Τὰς δὲ ἐγχέλυς οὐκ ἄλλως ὁρῶμεν ἢ ἐκ τῆς ἰλύος συνισταμένας, ὧν οὔτε ὠὸν οὔτε τις ἄλλος τρόπος τὴν διαδοχὴν συνίστησιν, ἀλλ' ἐκ τῆς γῆς αὐτῆς ἐστιν ἡ γένεσις.

Ὅρα δὲ καὶ τὸν ἐρωδιόν. Ὁ ἐρωδιὸς εἶδος ὀρνέου ἐστὶ πηγνύντος τὴν καλιὰν αὐτοῦ πάντων ἄνωθεν τῶν στρουθῶν, ἥγουν ἐν τοῖς ὑψηλοτάτοις τῶν δένδρων, καὶ μάλιστα ταῖς ἐλάταις. Καὶ ὁ Ἀκύλας «Ἐρωδιῷ ἐλάται οἶκος αὐτοῦ.» Πάντων οὖν ἄνωθεν τῶν στρουθῶν πήγνυσι τὴν καλιάν. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαβὶδ φησι· «Τοῦ ἐρωδιοῦ ἡ κατοικία ἡγεῖται αὐτῶν.» Τοσαύτην δὲ σωφροσύνῃ συζῆν τὸν ἐρωδιὸν ὥστε ἡνίκα πρὸς συνουσίαν ἔρχεσθαι μέλλει, ἡμέρας πενθεῖ τεσσαράκοντα, καὶ μετὰ τὴν συνουσίαν ἑτέρας τεσσαράκοντα· δυσανασχετεῖ καὶ γὰρ τουτὶ

[10] Psal. CIII, 17.

(11) Ὅταν γε . . . . . κατακλύζεται Supplela ex V. et F.

τὸ ὄρνεον εἴ ποτε φύσεως ἀνάγκη πρὸς ἄλληλα συνδυάζεσθαι καθέλκοιτο, ἅτε δὴ τὴν ἐντεῦθεν ἀηδίαν παριστῶν. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, τί ποιήσομεν ἡμεῖς; οἱ λόγῳ μὲν τετιμημένοι, ταῖς δὲ τοῦ βίου κατὰ τοσοῦτον ἡδοναῖς ἐμπεδούμενοι.

Καὶ περὶ μὲν τοῦ πελεκάνου, οὗ καὶ ὁ Δαβὶδ μέμνηται λέγων· « Ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ, » τί χρὴ καὶ λέγειν; Τοῦτο τὸ πτηνὸν ἐν ἄκραις πέτραις πήγνυσι τὴν καλιὰν, τοὺς ἐπιβούλους ἐκφεύγειν διὰ φροντίδος ποιούμενον. Ἀλλ' ὁ ἐπίβουλος ὄφις ἡνίκα τὸν πατέρα μικρόν τι τῶν τέκνων ἀποπτάντα θεάσηται, τῆς ἐπιβουλῆς παραχρῆμα ἐφάπτεται. Καὶ ἐπειδὴ μὴ προσεγγίζειν τῇ καλιᾷ δύναται, τὸν ἰὸν αὐτοῖς ἐπιχέει καὶ πόρρωθεν· περισκοπήσας γὰρ πρότερον ὅθεν εἰσπνέει ὁ ἄνεμος, κἀκεῖθεν ἐμφυσήσας αὐτοῖς τὸν ἰὸν, ἐπάγει τὸν ὄλεθρον. Ἀλλ' ὁ πατὴρ ἐπιπτὰς αὖθις αὐτοῖς καὶ φυσικοῖς τισι λόγοις τὴν ἐπιβουλὴν συνιὼν οἶδεν αὖθις ὅθεν ἀναβιώσαιντο· κατὰ κορυφῆς γὰρ αὐτῶν ἠρέμα πτερύσσεται, καὶ τὰς πλευρὰς ἑκατέρωθεν ἐπιπλήσσων ταῖς πτέρυξιν αἵματος αὐτοῖς ῥανίδας ἀφίησι, κἀντεῦθεν οἱ τέθνεῶτες νεοττοὶ παραδόξως ἀναβιώσκουσιν.

Ἐπίγνωθι οὖν, ἀγαπητὲ, τίνος ἕνεκεν ἡ παράδοξος αὕτη περὶ τὰ ἔγγονα τῷ πελεκᾶνι συμπάθεια. Σκιαγραφῆσαι γὰρ ὁ Κύριος τὰ καθ' ἡμᾶς πάντα κἀν τῷ πτηνῷ τούτῳ θέλων ἀνέκαθεν, ὅτι τε παράδεισος ἔκτισται καὶ ὅτιπερ ἐν αὐτῷ οἱ πρωτόπλαστοι τέθεινται, ὅτι ὁ νοητὸς ὄφις τὸν ψυχικὸν αὐτοῖς προὐξένησε θάνατον, καὶ ὅτι φιλόστοργος οἷα πατὴρ ἐπὶ τεθνεῶσι παισὶν ὁ ποιητὴς πάντων Θεὸς ἐπ' αὐτοῖς ἐπικάμπτεται, χρηματίζει τε τὰ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος καὶ πάντα τὰ λοιπὰ καταδέχεται, ἐπὶ σταυροῦ τελευταῖον ὑφοῦται, καὶ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ ζωήρρυτον αἷμα ἐκχέει εἰς ἀνάπλασιν τῶν πρωτοπλάστων ἐκείνων τῶν τῷ ἰῷ τεθνηκότων τοῦ ὄφεως, τοιαύτην τῷ πελεκᾶνι συμπάθειαν περὶ τὰ ἔγγονα κατ' ἀρχὰς ἐνεφύτευσε. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ Δαβὶδ προλαβὼν ἔλεγεν· « Ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ. » Πελεκὰν γὰρ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, καλιὰ ὁ παράδεισος, νεοττοὶ οἱ πρωτόπλαστοι, ἐπίβουλος ὄφις αὐτὸς ὁ διάβολος, ἰὸς ὄφεως ἡ ἐκ τοῦ διαβόλου πάντως ἀπάτη, θάνατος ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ χωρισμὸς, συμπάθεια πατρικὴ ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου δι' ἡμᾶς ἐνανθρώπησις. Ἡ δὲ τῶν νεοττῶν ὕπερθεν ἐπιπτέρυξις ἡ ἐπὶ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ τῶν πρωτοπλάστων ἄνωθεν ἀπαιώρησις, πλευρῶν ἐπίπληξις ἡ τῆς θείας νύξις πλευρᾶς, καὶ τελευταῖον τοῖς τεθνεῶσιν ἐπιστάζον αἷμα ζωήρρυτον· εἰ μὴ γὰρ ζωήρρυτον ἦν, οὐκ ἂν τοῖς κάτω κειμένοις ἐχαρίσατο τὴν ἀνάστασιν. Καλῶς οὖν ἔλεγε διὰ τοῦ προφήτου ὁ Κύριος· « Ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ. »

Λέγει δὲ τὸ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγέλιον περὶ τῶν κοράκων ὅτι οὐ σπείρουσιν οὐδὲ θερίζουσιν, ὁ δὲ Θεὸς τρέφει αὐτά. Τίνος ἕνεκεν ἐνταῦθα τῶν κοράκων ἐξ ὀνόματος μέμνηται; Λέγεται οὖν ὅτι μισο-

A mutuam ad conjunctionem pertrahitur, quasi quiddam inde sibi ingratæ rei accidere significaret. Quæ si vera sunt, quid nos, quæso, facturi sumus? qui beneficio rationis ornati nihilominus vitæ voluptatibus plus æquo sumus addicti.

Quid de pelecano dicemus? cujus in Psalmis suis Davides etiam meminit: «Factus sum, ait, pelecano solitario similis[37].» Avis hæc summis in scopulis nidum exstruit, sollicite incumbens in id ut insidiatores vitet. Verum serpens insidiator etiam magno ex intervallo virus suum in pullos ejus evomit. Posteaquam enim circumspexit unde ventus

B spiret, ab ea parte veneno afflato interitum eis affert. 45 Tum vero pater supra ipsos volans, et naturali quodam instinctu factas insidias deprehendens, quo pacto recuperare vitam possint cognitum habet. Nam leniter supra illorum verticem alas expandens, et feriens utrinque latera, guttas in eos sanguinis demittit. Quo facto nova et inopinata quadam ratione pulli vitæ restituuntur.

Hoc exemplum, dilecte fili, velim mihi consideres. Quamobrem indita est pelecano admirabilis hæc erga sobolem affectio? Cum multo ante Dominus hac ave vellet exprimere cuncta quæ nobis acciderunt, quod nimirum paradisus conditus sit, quod in eo collocati homines illi primi,

C quod intellectilis ille serpens animi mortem eis conciliaverit, quod opifex omnium Deus paterna benevolentia velut erga filios motus, homo factus, omnia perpessus, tandem in crucem sublatus sit, quod de latere suo sanguinem effuderit, verum vitæ rivum, ad primorum hominum instaurationem, qui veneno serpentis exstincti fuerant, ipso rerum initio talem erga sobolem suam affectionem pelecano insevit. Nam propterea per Davidem multo ante verbis his usus est: «Factus sum pelecano solitario similis.» Etenim pelecanus est ipse Christus, nidus paradisus, pulli primum conditi homines, serpens insidiator ipse diabolus, virus serpentis fraus diaboli, mors a Deo diremptus atque separatio, paterna affectio Dei sermonis facta

D nostri causa naturæ humanæ assumptio, alarum supra pullos expansio Christi supra conditos illos primum homines in crucem sublatio, laterum pulsatio divini lateris punctio; quam secuta est sanguinis vitæ fontem continentis destillatio. Nisi enim vivificus esset, prostratis resurrectionem impartiri non posset. Itaque per vatem Dominus præclare dixit: « Factus sum pelecano solitario similis.»

Perscriptum est in Evangelio Lucæ[38]: « Considerate corvos, quï neque serunt neque metunt, et Deus nihilominus eos alit. » Quamobrem hoc loco nominatim corvorum fit mentio? perhibentur

[37] Psal. ci, 8. [38] Luc. xii, 24.

corvi sobolem suam odisse, ac propterea pullorum plendorum curam abjicere. Verum ii Dei providentia victitare quibusdam feruntur animalculis ex aere propter ipsos nascentibus et in ora illorum delabentibus. Hoc ipsum, quæso, quantam admirationem meretur?

τέκνους ὄντας αὐτοὺς μὴ τρέφειν τὰ οἰκεῖα νεόττια, τρέφεσθαι δὲ προνοίᾳ Θεοῦ ἀπὸ τῶν παραφυομένων τῷ ἀέρι ζωῦφίων τῷ στόματι αὐτῶν ἐμπιπτόντων. Πόσου δὲ καὶ τοῦτο θαύματος ἄξιον;

Cum semel fucos deprehenderunt apes, parce ac leniter in eos irruunt et captos a contubernio suo ablegant. Sin rursus eos intercipiant, morte afficiunt. **46** Eædem partim regem veluti satellites stipant, partim nocturnas excubias agunt, quod eo tempore quiescant aliæ laboribus fatigatæ, partim hoc muneris habent ut mortuas exportent.

Αἱ μέλισσαι τοὺς κηφῆνας ἐφάπαξ καταλαβοῦσαι πεφεισμένως τύπτουσι καὶ ἀπολύουσιν· εἰ δὲ καὶ αὖθις αὐτοὺς, κατάσχωσι νεκροὺς ἐργάζονται. Καὶ αἱ μὲν αὐτῶν τῷ βασιλεῖ δορυφοροῦσιν, αἱ δὲ νυκτὸς ἐπαγρυπνοῦσι φυλακῆς χάριν διὰ τὸ τὰς κοπιώσας τότε ἀναπαύεσθαι, τῶν δὲ ἔργον ἐστὶ τὸ τὰς νεκρὰς ἀποκομίζειν ἔξωθεν.

Mirum videri non debet una cum incrementis ac deminutionibus lunæ aera quoque mutari, quando nonnullis in animalibus idem usuvenire videmus. Nam tradunt ibim cœlo luna carente nihil cernere, sed oculos habere clausos, nec cibis ullis uti. Et quidem in simio, quem cercopem vocant, effectiones hac in parte sunt illustriores: nam cum augescit luna, oculorum orbis ei dilatatur, cum deminuitur, et ipse contrahitur. Quin etiam mustela deficiente lunæ lumine jecur imminui sentit; eademque rursum crescente, membrum idem vicissim augetur. Perhibent etiam in Hydaspe fluvio lapidem quemdam nasci quem lichnen vocant: is augescente luna sonum dulcis cantus edere fertur. In flumine quodam Celtico piscem exsistere tradunt, qui ab incolis elopias appellatur: is luna crescente albescit, deminuta nigricat. Atque hæc quidem etiam libro suo de sex primorum ab ortu mundi dierum opificiis magnus Anastasius ille complexus est.

Οὐ χρὴ θαυμάζειν εἴγε ταῖς τῆς σελήνης αὐξομειώσεσι μεταβάλλεται ὁ ἀὴρ, ὅπου γε καὶ ἐν ζώοις τισὶν ἔστι τοῦτο ἰδεῖν. Φασὶ γὰρ τὴν ἶβιν μηδαμοῦ ὁρᾶν ὅτε ἀσέληνος ὁ οὐρανὸς, μύειν δὲ καὶ ἄσιτον μένειν. Ὁ δὲ κέρκωψ προδηλοτέρας ἔχει τὰς ἐνεργείας· ὅτε γὰρ αὔξει ἡ σελήνη, ὁ τῶν ὀφθαλμῶν κύκλος τούτῳ εὐρύνεται, ὅτε δὲ μειοῦται, συστέλλεται. Ἀλλὰ καὶ ἡ γαλῆ λειψοφωτούσης τῆς σελήνης ἧπατος λείπεται· αὐξιφωτούσης δὲ πάλιν αὐτῆς τὸ τοιοῦτον αὐτῇ προσεπαύξεται μόριον. Φασὶ δὲ καὶ ἐν ποταμῷ τῷ Ὑδάσπῃ γεννᾶσθαι λίθον λίχνην καλούμενον, ὃς σελήνης αὐξομένης ἦχον μελῳδίας ἀποτελεῖ. Καὶ ἐν ποταμῷ δὲ Κελτικῷ διαιτᾶσθαι ἰχθὺν κλωπίαν ἐγχωρίως καλούμενον, ὃς αὐξομένης τῆς σελήνης λευκαίνεται, μειουμένης δὲ μελαίνεται. Ταῦτα δὲ τῇ ἑξαημέρῳ αὐτοῦ συμπεριείληφεν ὁ μέγας Ἀναστάσιος.

Cæterum præter illos quoque qui resurrectionem futuram non credunt vel potius eam irridentes, ut eximius ille noster Epiphanius ait, admirabilia quædam et nova Deus uti fierent consilio singulari instituit. Phascusa dies XL mortua reviviscit. Myops sive tabanus VI totos menses mortuus vitam recuperat. Phœnix avis est Arabica, quæ et unigena et comparis expers fertur in creatione rerum exstitisse. Huic in singulos annos D ejusmodi quiddam usuvenire traditur, quod lætam illam resurrectionem egregie nobis ob oculos ponit. Nam Græci commemorant eum finem suum prospicientem in Ægyptum sese conterre ac soli obvertere. Deinde in pulverem exuritur, de quo pulvere vermis nascitur, qui rursus in volucrem commutatur quem phœnicem dicimus. Atque hoc, ut indicavimus, post singulos quingentos annos fieri consuevit. Passer autem Libycus avis quidem est (alas enim habet), verum non volat propterea quod pennas habeat ad volatum non satis idoneas, utique quæ pilis consimiles sint. Idem bipes est avium more, sed ungulas divisas habet ut quadrupes. Unicum modo fetum avis nulla gignit præter cocygem. Quod quidem fit ob ejus naturæ frigiditatem, quæ de formidine colligitur: nam nisi timidus esset, aves ipsum universæ non persequerentur. Quo ipso fit ut nidis alienis utatur. Est autem frigiditas ubique formidinis causa.

Ἀλλὰ καὶ διὰ τοὺς ἀπιστοῦντας ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἐπιγελῶντας τῇ ἀναστάσει, καθά φησιν ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, παράδοξά τινα προφκονόμησαν γίνεσθαι. Ἡ φάσκα θνήσκει ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ πάλιν ἀνίσταται. Ὁ μύωψ θνήσκει μῆνας ἕξ, καὶ πάλιν ἀνίσταται. Ὁ φοῖνιξ ὁ Ἀραβικὸς ὄρνις λέγεται εἶναι μονογενὴς, ἄζυγος ἐν τῇ δημιουργίᾳ, κατὰ ἔτη πεντακόσια τοῦτο πάσχει ὃ καὶ φαιδρὰν προίστᾳ τὴν ἀνάστασιν. Αὐτοὶ καὶ γὰρ οἱ Ἕλληνες περὶ αὐτοῦ διηγοῦνται ὅτι προγνοὺς τὸ τέλος αὐτοῦ ἔρχεται περὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ ἀντικρὺ τοῦ ἡλίου ἵσταται, εἶτα τεφροῦται, καὶ ἀπὸ τοῦ χοὸς αὐτοῦ σκώληξ γεννᾶται, καὶ αὐτὸς αὖθις εἰς πτηνὸν μεταβάλλεται. Τὸν φοίνικα δὲ τοῦτον, ὡς εἴπομεν, μετὰ ἔτη πεντακόσια εἰωθὲ γίνεσθαι. Ὁ δὲ στρουθὸς ὁ Λιβυκὸς ὄρνις μὲν ἔστι, πτερωτὸς δὲ, οὐ πέτεται δὲ διὰ τὸ τὰ πτερὰ αὐτοῦ μὴ χρησιμεύειν εἰς πτῆσιν· τριχοειδῆ γάρ. Καὶ δίπους μὲν ἔστιν ὡς ὄρνις, διχηλεῖ δὲ ὡς τετράπους. Ἀλλὰ καὶ μονοτόκον οὐδέν τῶν ὀρνίθων ἐστὶν, εἰ μὴ μόνος ὁ κόκκυξ διὰ τὸ ψυχρὸν τῆς αὐτοῦ φύσεως. Ὅτι δὲ ψυχρὸς, δῆλον ἐκ τῆς δειλίας αὐτοῦ· καὶ γὰρ εἰ μὴ ἦν δειλὸς, οὐκ ἂν ὑπὸ πάντων ἐδιώκετο τῶν ὀρνέων, κἀντεῦθεν ἐν ἀλλοτρίαις ἔτικτε νεοττιαῖς. Πανταχοῦ δὲ ἡ ψυχρότης αἰτία δειλίας.

Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτό σε παραδραμεῖν, ἀγαπητὲ, βού- A λομαι, παραδοξότερον καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων ὄν, ὃ περὶ ὄρνιθος τοῦ καλουμένου μέροπος ὁ Αἰλιανὸς ἱστορεῖ, «Μέροψ » λέγων « τὸ ὄρνεον εἰς τοὐπίσω πέτεται. » Καὶ ἔπεισί μοι θαυμάζειν τὴν ἐπίσημον ἀναφορὰν ἣν ἐκεῖνο ἄγει τὸ ζῶον.

Τὸ δὲ τὸν ἀλεκτρυόνα νυκτὸς ᾄδειν ἐν ὡρισμένοις καιροῖς οὐ πρὸ πολλοῦ τῆς τοῦ ἡλίου ἀνατολῆς τινὲς μὲν ἐφυσιολόγησαν οὕτως, ὅτι θερμότατον ὂν τὸ ζῶον καὶ λίχνον περὶ τὰς τῶν τροφῶν ὀρέξεις τῇ μὲν ἐμφύτῳ θερμότητι ταχύτερον πέπτει τὴν διδομένην τροφὴν, τῇ δὲ λιχνείᾳ τῆς φύσεως προαναφωνεῖ τὴν περὶ ταῦτα ὄρεξιν, οἱονεὶ προσκαλούμενος τὸν σιτίζοντα. Ἕτεροι δέ φασιν ὅτι καὶ ἕκαστον τῶν ἐνταῦθα ὄντων καὶ γινομένων ἑκάστῳ τῶν B φωστήρων ἀνάκειται, ὥσπερ ὁ λωτὸς τὸ φυτὸν ἡλιακόν ἐστιν, ὅθεν ἀνατέλλοντι μὲν τῷ φωστῆρι ἐξαπλοῖ τὰ φύλλα, δύνοντι δὲ συστέλλει. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ ἀλεκτρυὼν ὑπὸ τὴν ἡλιακὴν τάξιν ἐστί. Ταύτῃ τοι καὶ πρὸς ἀνατολὴν ἐπανιόντι τῷ ἰδίῳ ἀρχηγέτῃ ἀπορρήτως καὶ φυσικῶς ἐπιγάννυται, καὶ ὥσπερ ᾠδὴν αὐτῷ ποιούμενος ἀπολαμπρύνει τε τὴν φωνὴν καὶ μέγα βοᾷ. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως· σὺ δὲ, ἀγαπητὲ, τὰς τοιαύτας φωνὰς μετὰ τῶν μύθων ἀριθμεῖν μὴ δέδιθι. Τὸν γὰρ ἀλεκτρυόνα νυκτὸς ἔταξεν ᾄδειν ὁ κηδεμὼν πάντων Θεὸς, ὡς ἐντεῦθεν ἡμᾶς ἄκοντας τῆς κλίνης ἐγείρεσθαι καὶ μὴ τὴν νύκτα καταναλίσκειν ὅλην ἐπὶ κενοῖς, ἀλλὰ τοὺς μὲν εἰς ἐργασίαν ἐκτρέπεσθαι, τοὺς δὲ πρὸς θείαν δοξολογίαν ἀνίστασθαι· τοιαῦτα γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ C διὰ λόγων καὶ διὰ ζώων οὐκ ἀναινομένου παιδεύειν. Καὶ πρόσσχες τῷ Σολομῶντι λέγοντι· «Ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα, ὦ ὀκνηρέ. »

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τὴν μυῖαν Ἀττικῷ μέλιτι μὴ ἐπικαθῆσθαί φασι. Θύμοις καὶ γὰρ τὴν Ἀττικὴν κομῶσαν ἔστι θεάσασθαι, οἷς ἐφιζάνουσιν Ἀττικαὶ συχνότερον μέλισσαι. Ἐντεῦθεν καὶ δριμυτέραν ἔχει τὴν ὄσφρησιν. Διὸ καθάπερ ἱερῷ τινι Ἀττικῷ μυῖα οὐκ ἐπικάθηται μέλιτι.

Γίνωσκε δὲ πρὸς τούτοις ὅτι μυῖαι καὶ μέλισσαι καὶ μύρμηκες ὑπὸ ἐλαίου ἀπόλλυνται, διότι τὰ ἀναπνευστικὰ στενὰ ἔχει, τὸ δὲ ἔλαιον γλίσχρον ἐμφράττει αὐτά. Πάσχουσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ ὄφεις ὑπὸ τῶν βαρυόδμων· τὸ γὰρ παρ' αὐτοῖς στενόπορον τῶν ἀναπνευστικῶν ἐμφράττεται ὑπὸ τῆς τῶν θυμιωμένων παχύτητος. Ἐπὶ γὰρ τούτῳ καὶ τὸ τῆς ἐλάφου κέρας θυμιώμενον φεύγει καὶ μᾶλλον ὁ ὄφις· λειποθυμεῖν γὰρ αὐτὸν ἀναγκάζει.

Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τοῖς ὀρνέοις οὐρηδόχον κύστιν καὶ νεφροὺς ἡ φύσις οὐκ ἔδωκεν, ὅτι πολλῆς ὑγρότητος δεῖ πρὸς γένεσιν τῶν πτερῶν. Ἀλλὰ καὶ τὸ γυμνάζεσθαι κατὰ τὴν πτῆσιν ἐξαναλίσκει ταύτην. Ἔχουσι δὲ καὶ τὴν κόπρον ἐξιοῦσαν σὺν ὑγρότητι οὐ μετρίως. Καὶ τούτου χάριν οὐρη-

47 Ne hoc quidem silentio præterire possum, multis aliis rebus admirabilius, quod de ave quam meropem vocant Ælianus memoriæ prodidit. Merops, inquit, avis, retrorsum volat, quem quidem motum volatumque hujus animalis notabilem ac inusitatum haud abs re mirari subit.

Jam quod gallus gallinaceus noctu certis horis cantet, non multum ante solis ortum, ejus rei causam in hunc modum nonnulli explicarunt. Aiunt enim animal hoc a natura calidissimum et in primis in appetendo nutrimento avidum ob calorem quidem insitum citius acceptum alimentum concoquere, ob aviditatem vero naturæ appetitum suum significare, quasi pascentem se invitet et excitet. Alii volunt rem quamlibet alicui certo sideri dicatam esse, sicuti lotus herba solaris est. Quo fit ut huic luminari exorienti folia sua pandat, cum eadem eodem occidente contrahat. Sic et gallus gallinaceus de horum opinione sub solem refertur. Quamobrem ad ortum redeunte duce suo ratione quadam occulta et naturali gaudet. Simul quasi carmen ei quoddam concinere velit, clarius vocem attollit et altum clamat. Atque illorum quidem hæc est sententia. Tu vero, mi fili, voces hujusmodi referre inter fabulas ne verearis. Nam gallum gallinaceum noctu canere Deus jussit, qui omnia providentia sua complectitur, ut hoc modo vel inviti de lectulo surgamus nec sine fructu noctem integram consumamus, sed partim ad operas nos convertamus, partim ad Dei celebrationem excitemur. Sic enim consuevit Deus tam per doctrinam quam ipsa etiam animalia nos erudire. Quid Solomo dicat, audi: « Ad formicam, ignave, te confer [39]. »

Hoc etiam animadverte, quod muscam Attico melli negant insidere. Nam thymo Atticam abundare videmus, cui herbæ ut plurimum apes Atticæ insident. Quo fit ut mel Atticum etiam odorem habeat acriorem. Ideirco melli Attico, tanquam sacro, muscæ non insident: sed ut maxime cum strepitu circumvolent, ab direptione tamen laborum apis Atticæ arcentur.

Præter hæc scire debes, muscas et apes et formicas oleo exstingui. Nam vasa quibus respiratio fit sunt eis angusta, quæ ab oleo natura lento viscosoque facile obstruuntur. Idem serpentibus accidit offerentibus se rebus quarum gravis est odor. Etenim angustia meatuum in eis respirationi destinatorum per suffitum crassitiem obstruitur. Qua ipsa de causa fit ut cornu cervinum serpens magis etiam fugiat quam res illas odoratas: quippe serpentem id prorsus exanimat.

Supra **48** omnia nobis in hoc etiam, fili, est inquirendum. Vesicam illam qua urina excipitur, itemque renes avibus idcirco natura non dedit, quod ad producendas pennas multo humore opus erat. Atque etiam ipsa volandi exercitatio facile humorem in eis absumit. Præterea cum stercus

[39] Prov. VI, 6.

excernunt, non parum humoris simul exit. Quamobrem urinæ receptaculum in avibus natura non condidit.

En habes et quintæ diei opera.

INCIPIT DIES SEXTA.

Sexta die Deus e terra bestias quadrupedes producit. Inquit enim historiæ scriptor : « Dixit Deus, Edat tellus animam vivam [40]. » Prosiliunt hic contra nos Manichæi, qui terræ animam indunt. Verum manifesto desipiunt. Non enim propterea quod dixit Deus : « Edat animam, » id edidit quod erat in ea quasi reconditum : sed mandatum hoc vias atque facultatem edendi terræ largiebatur. Quippe cum audiit terra : « Pariat herbas gramineas, et arbores fructiferas, quæ fructum edant [41], » non idcirco gramen intus abditum protulit, nec palmam vel quercum vel cupressum intra sinus suos occultatam in superficiem eduxit : sed ipsa Dei oratio rerum quæ exsistunt ipsa natura est. Itaque terra non quod continebat edit, sed quod hodie possidet, largiente nimirum Deo vim efficacitatis. Quamvis enim ratione naturali oriuntur hodie omnia, tamen inde profecta sunt in ipso rerum exordio secundum seriem suam, idque per mandatum divinum, quod in creatione pronuntiatum ubique fuit.

Itaque sexta die, ceu diximus, bestias quadrupedes e terra producit.

Hic vero inquiri operæ pretium est, quamobrem Deus imprecatione fausta pisces quidem dignatus fuerit, cum hisce verbis uteretur : « Fetificate ac multiplicamini, » verum in terrestribus idem non fecerit. Respondemus autem factum id esse propter exsecrationem serpentis, quæ non multo post subsecuta est. Nam quia futurum prospiciebat Deus ut homo per serpentem deciperetur, eaque de causa serpens exsecrationi subjiceretur, idcirco terrestres bestias imprecatione fausta noluit prius dignari, ne deprehenderetur eadem et imprecatione fausta et exsecratione prosequi, sicut ait vir divinus Anastasius. Videtur autem natura piscium tenui quadam et vili omnino vita frui propterea quod in aquæ crassitie degant. Nam et gravis ac difficilis est apud ipsos auditio, et obtusum cernunt. Nec recordatio 49 est apud ipsos ulla nec imaginatio nec rei consuetæ agnitio. At vero de terrestribus quid opus est multa commemorare? Sunt his acres sensus et rerum præteritarum recordationes. Novit vocem consuetam sibi ac familiarem asinus. Novit viam quam sæpius trivit, ac nonnunquam etiam viæ dux est homini, qui aberravit. Auditus autem acrimonia tanta in hoc est animali quanta esse in alio nullo terrestrium perhibetur. In camelo quæ injuriarum sit memoria, quæ iracundia, qua in ira perseveratio; quo pacto quis explicet? si vel olim verberatus sit, ira diuturno tempore

A δέχον κύστιν ἡ φύσις τοῖς ὀρνέοις οὐκ ἔδωκεν.

Ἔχεις ἰδοὺ καὶ τὰ τῆς πέμπτης ἡμέρας.

ΑΡΧΗ ΤΗΣ Ϛ' ΗΜΕΡΑΣ.

Ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἐκ τῆς γῆς ἐξάγει τὰ τετράποδα· «Καὶ εἶπε» γάρ φησιν «ὁ Θεὸς, Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν.» Ἀλλ' ἐπιπηδῶσιν οἱ Μανιχαῖοι κἀνταῦθα, ψυχὴν ἐντιθέντες τῇ γῇ. Ματαιάζουσι δὲ προφανῶς· οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ εἶπεν «Ἐξαγαγέτω ψυχὴν,» τὸ ἐναποκείμενον αὐτῇ προσήνεγκεν, ἀλλ' ὁ δοὺς τὸ πρόσταγμα καὶ τὴν τοῦ ἐξαγαγεῖν αὐτῇ δύναμιν ἐχαρίσατο. Οὔτε γὰρ ὅτε ἤκουσεν ἡ γῆ, «Βλαστησάτω βοτάνην χόρτου καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν,» κεκρυμμένον ἔχουσα τὸν χόρτον ἐξήνεγκεν, οὐδὲ τὸν φοίνικα ἢ τὴν δρῦν ἢ τὴν κυπάρισσον κάτω που κεκρυμμένην ἐν ταῖς ἑαυτῆς λαγόσιν ἀνῆκε πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν, ἀλλ' ὁ θεῖος λόγος φύσις τῶν γινομένων ἐστίν. Ἐξάγει λοιπὸν ἡ γῆ οὐχ ὅπερ ἔχει, ἀλλ' ὅπερ σήμερον κτᾶται, Θεοῦ δωρουμένου τῆς ἐνεργείας τὴν δύναμιν. Εἰ γὰρ καὶ φυσικῷ λογῷ τὰ πάντα γίνεται σήμερον, ἀλλ' ἐκεῖθεν ἐσχήκασι καὶ' ἀρχὰς τὴν ὁρμήν. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ μέγας Βασίλειος λέγει ὅτι ποιεῖ μὲν ἡ φύσις ἅπαντα κατὰ τὴν ἀκολουθίαν, θείῳ δὲ προστάγματι διὰ πάσης ἀρχῆθεν λαληθέντι τῆς κτίσεως.

Ἐξάγει μὲν οὖν κατα τὴν ἕκτην ἀπὸ τῆς γῆς τὰ τετράποδα.

Ἀλλ' ἐνταῦθα ζητῆσαι ἄξιον, ἀγαπητὲ, τίνος ἕνεκεν τοὺς μὲν ἰχθύας εὐλογίας ἠξίωσεν ὁ Θεὸς, αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι εἰπών, ἐπὶ δὲ τοῖς χερσαίοις τοῦτο οὐκ ἐποίησε. Καὶ λέγομεν ὅτι διὰ τὴν ἐπὶ τῷ ὄφει μετ' οὐ πολὺ γενησομένην κατάραν. Ἐπειδὴ γὰρ προεῖδεν ὁ Θεὸς ὅτι διὰ τοῦ ὄφεως ἀπατηθήσεται ὁ ἄνθρωπος, κἀντεῦθεν αὐτὸς ὁ ὄφις ἀρᾷ ὑποπεσεῖται, τούτου χάριν εὐλογίας ἀξιῶσαι τὰ χερσαῖα οὐκ ἔφθασεν, ἵνα μὴ εὑρεθείη τὰ αὐτὰ εὐλογιῶν καὶ καταρώμενος, ὡς θειότατός φησιν Ἀναστάσιος. Ἀλλ' ἡ μὲν τῶν ἰχθύων φύσις εὐτελεστέρας δοκεῖ μετέχειν ζωῆς διὰ τὸ ἐν τῇ παχύτητι τοῦ ὕδατος διαιτᾶσθαι· καὶ γὰρ ἀκοὴ παρ' ἐκείνοις βαρεῖα, καὶ ὁρῶσιν ἀμβλὺ, καὶ οὔτε τις μνήμη παρ' ἐκείνοις οὔτε φαντασία οὔτε συνήθους ἐπίγνωσις. Ἐπὶ δέ γε τοῖς χερσαίοις τί χρὴ καὶ λέγειν; Αἵ τε γὰρ αἰσθήσεις τετράνωνται, καὶ ἀκριβεῖς μνῆμαι τῶν παρελθόντων ἐν αὐτοῖς. Οἶδε τὴν συνήθη φωνὴν ὁ ὄνος, οἶδεν ὁδὸν ἣν πολλάκις ἐβάδισε, καί που καὶ ὁδηγὸς ἐνίοτε ἀποσφαλέντι τῷ ἀνθρώπῳ γίνεται· τὸ δὲ ὀξυήκοον τοῦ ζώου οὐδὲν ἄλλο τι λέγεται τῶν χερσαίων ἔχειν. Τὸ δὲ τῶν καμήλων μνησίκακον καὶ βαρύμηνι διαρκὲς πρὸς ὀργὴν πῶς ἄν τις εἴπῃ; Πάλαι ποτὲ πληγεῖσα κάμηλος, μακρῷ χρόνῳ ταμιευσαμένη τὴν μῆνιν, ἐπειδὰν εὐκαιρίας λάβηται, τὸ κακὸν ἀντιδίδωσι. Τοῦτο καὶ ἐπὶ ἐλέφαντος ἱστορούμενον εὕρομεν. Ποτὲ γὰρ εἰς ἱπποδρομίαν ἐλέφας ἀπαγόμενος καταλλάκτην τινὰ καθήμενον

[40] Gen. i, 24. [41] Ibid. 10.

ἐν τῷ μιλίῳ φόνου πεποίηκε παρανάλωμα διὰ τῶν ὀδόντων αὐτοῦ, ἀναιδῶς πως καὶ ἀτάκτως ὁρμήσας κατ' αὐτοῦ. Τὸ δ' αἴτιον ὅτι πρὸ δέκα ἐνιαυτῶν ὁ τοιοῦτος καταλλάκτης σιδήρῳ ἔπληξεν αὐτὸν ἀπαγόμενον καὶ τότε εἰς ἱππόδρομίαν διὰ τοῦ αὐτοῦ τόπου. Καὶ τὰ μὲν τοῦ ἐλέφαντος τοιαῦτα· αἱ δὲ παρδάλεις φυσικήν τινα ἔχουσι πρὸς τὸν ἄνθρωπον ὀργὴν, καὶ πεφύκασι μᾶλλον τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐφάλλεσθαι. Ἀλλὰ καὶ ἐν χάρτῃ ἰδοῦσαι τυπωθέντα ἄνθρωπον, ὡς ποὺ φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, τὸν χάρτην σπαράττουσιν.

A veluti penu quodam recondita, quamprimum se opportunitas obtulerit, vicem refert. De elephanto hujusmodi quiddam memoriæ proditum reperimus. Cum in hippodromum deduceretur elephas, quemdam magistrum ferarum et cicuratorem in miliario sedentem interfecit, immaniter adversus illum cum dentibus suis irruens. Ejus rei causa erat, quod is ante totos decem annos elephantum ferro percusserat, cum id temporis per eumdem locum ad hippodromum deduceretur. Pardales naturalem quamdam adversus homines iram fovent, ac plerumque consueverunt in oculos hominum insilire. Quin pictos etiam in chartis lacerant, ut alicubi sanctus dicit Basilius.

Ἱκανῶς δὲ θαυμάσειεν ἄν τις καὶ τὰ τοῦ λέοντος, τὸ μοναστικὸν αὐτοῦ τῆς ζωῆς, τὸ ἀκοινώνητον πρὸς τὸ ὁμόφυλον. Οἷον γάρ τις τύραννος τῶν ἀλόγων διὰ τὴν ἐκ φύσεως ὑπεροψίαν τὴν πρὸς τοὺς πολλοὺς ὁμοτιμίαν οὐ καταδέχεται, ὥστε οὐδὲ χθεσινὴν τροφὴν προσίεται. Ὧ καὶ τηλικαῦτα ὄργανα ἡ φύσις ἐνέθηκεν ὥστε πολλὰ τῶν ζώων ὑπερβάλλοντα τῇ ταχύτητι μόνῳ πολλάκις ἁλίσκεται τῷ βρυχήματι. Καὶ τοῦτο Δαβὶδ ὁ προφήτης ὑπεμφαίνειν λέγων· « Ὁ λέων ἐνεδρεύει ἐν ἀποκρύφῳ. » Ἅψνης γὰρ ἐκπηδήσας ἐκεῖθεν καὶ μέγα βοήσας τὰ παροδεύοντα τῶν ζώων ἵστασθαι ποιεῖ, καὶ οὕτως ἐσθίει καταλαμβάνων αὐτά. Καλῶς οὖν ὁ Προφήτης ἔλεγε· « Σκύμνοι ὠρυόμενοι, » καὶ τἆλοιπά.

B Leonis quoque mores et indolem non absque admiretur, nimirum vitam ejus solitariam et abhorrentem a sui generis animalium societate naturam. Nam cum sit quasi quidem brutorum tyrannus et rex, pari esse cum cæteris honore dignitateque recusat propter quamdam inditam ipsi a natura superbiam. Consimiliter cibum hesternum non sumit. Eidem instrumenta vocis tanta natura dedit, ut cum animalia pleraque velocitate superet, solo sæpenumero semet rugitu suo prodat. Indicare hoc ipsum vates etiam Davides voluit hisce verbis : « Tanquam leo abditis in locis insidiatur [48]. » Nam ex iis repente prosiliens, magno clamore sublato, animalia prætereuntia sistit et hoc modo capta devorat. Itaque præclare Vates ait : « Catuli leonini rugientes, ut prædam faciant [49]. »

Οὐ τοσοῦτον δὲ ἡμεῖς οἱ λόγῳ τετιμημένοι, ὅσον αὐτὰ δήπου τὰ ἄλογα ζῶα τὴν οἰκείαν οἴδασι σωτηρίαν, καὶ ὅθεν αὐτοῖς παθαινομένοις ἡ ὑγεία προσγίνεται. Ἄρκτος γὰρ πολλάκις βαρυτάταις κατατρωθεῖσα πληγαῖς ἑαυτὴν ἰατρεύει, τῷ φλόμῳ τούτῳ ξηρὰν τὴν φύσιν ἔχοντι τὰς ὠτειλὰς παραβύουσα. Ἴδοις δ' ἂν καὶ ἀλώπεκα τῷ δακρύῳ τῆς πίτυος ἑαυτὴν ἰατρεύουσαν. Χελώνη δὲ σαρκῶν ἐχίδνης ἐμφορηθεῖσα διὰ τῆς ὀριγάνου ἀντιπαθείας φεύγει τὴν βλάβην τοῦ ἰοβόλου. Καὶ ὄφις τὴν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς βλάβην ἐξιᾶται βοσκηθεὶς μάλαθρα. Οἶδε δὲ καὶ ὁ ἔλαφος, καθά φησιν Αἰλιανὸς, θεραπεύειν ἑαυτὸν ἄνθει τινί, ἐάν ποτε ὑπὸ τοῦ βέλους τρωθῇ. Οἶδε δὲ καὶ κάμηλος κεκαυμένους χυμοὺς ἐξεμεῖν, εἰ φύλλων ὑγρῶν ἐφάψοιτο δρυός. Ἀλλὰ καὶ κύων οὐκ ἀγνοεῖ χολῆς μελαίνης χλωρὰν ἄγρωστιν εἶναι καθάρσιον. Ἀλλὰ καὶ τράγοι τὴν ἀσκαμωνίαν τῆς ἀπεψίας ἀλεξητήριον οἴδασι. Καὶ πάρδαλις λύθρον αἰγὸς ἀγρίου σωτήριον οἴεται. Καὶ πτηνὸς ἱέραξ τὸν ὀπὸν τῶν πικροφύλλων θριδακίων ὀπτικὸν ἀχλύος ἐπίσταται φάρμακον. Καὶ κύκνοι δὲ βατράχους ἐσθίοντες τοῦ λυποῦντος ἀπαλλαγὴν εὑρίσκουσι. Φεύγουσι καὶ γῦπες καὶ κάνθαροι τὴν τῶν ῥόδων ὀσμήν. Ἀλλὰ καὶ ὄφις ὁ Λιβυκὸς ἀποστρέφεται πήγανον· ψυχρὰν γὰρ καὶ ξηρὰν καὶ νευρώδη τὴν φύσιν κληρωσάμενος, ὑπὸ τοῦ ξηροτάτου ὄντος λειποψυχεῖν ἀναγκάζεται, ὥσπερ ὑπὸ κραιπάλης τινὸς καὶ σκοτοδινίας ταῖς ὑπερβολαῖς

C Neque vero nos homines, quanquam rationis beneficio simus ornati, tam egregie nobis consulere possumus quam ipsa bruta animalia rationes se conservandi norunt, et unde male affectis sanitas reparetur..... Ursus enim sæpenumero gravissimis vulneribus affectus sibi ipse medicinam facit, dum verbasco naturalem siccitatem habente vulnera obstruit. Etiam vulpem lacryma pinus se ipsam curantem videre est. Testudo vipere carnibus satiata per contrariam origani vim, quominus a re
50 venenosa lædatur, efficit. Serpens oculos læsos sanitati restituit, malathris pastus. Novit et cervus, quemadmodum Ælianus tradit, seipsum flore quodam curare, si quando telo læsus est. Camelus humores perustos evomere novit, contactis humi-
D dis quercus foliis. Nec canis ignorat viride gramen nigræ bilis expurgandæ vim habere. Hirci scamoniam eruditatis remedium esse sciunt. Pardalis cruorem capræ silvestris sibi salutarem existimat. Accipiter volucris succum lactucarum, quarum folia sunt amara, caligantium oculorum scit esse remedium. Cygni ranas devorantes, affectione quadam sibi molesta sese liberant. Vultures et scarabari rosarum odorem fugiunt. Serpens Libycus rutam aversatur : nam cum natura frigidus, siccus, nervosus sit : per hanc herbam, quæ siccandi vim habet maximam, necessario velut exanimatur; tanquam si per crapulam quamdam et vertiginem

[48] Psal. x, 9. [49] Psal. ciii, 21.

ob siccitatis vim nimiam exstingueretur. Hac de causa serpens sic rutam fugit ac vitat, sicut et hiemem, propter nimium scilicet frigus.

A τῆς ξηρότητος ἀπονεκρούμενος. Φευγει τοίνυν ὁ ὄφις τὸ πήγανον ἐντεῦθεν, καθὰ δήπου καὶ τὸν χειμῶνα διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ψυχρότητος.

Sic igitur animalia cuncta quid salutare sit ipsis, quid exitiale, cognitum habent. Jam quæ sunt apud ea rerum futurarum præsagia, verbi gratia, de aeris mutatione (quam obsecro prudentiam rationalem quoque non obscurant? ovis adventante hieme parce nutrimento vescitur, quasi quamdam sibi commeatus copiam pro secutura inopia comparans). Quin etiam homines industrii terrestrem echinum sive erinaceum respirationes sibi geminas excogitare suis in lustris observarunt. Quod si spiraturus est aquilo, partem aquilonalem obstruit: quod si vento mutato flat auster, ad foramen obversum aquiloni se confert.

Οὕτω μὲν οὖν τὰ ζῶα πάντα φυσικῶς οἶδε τό τε σωτήριον τό τε ὀλέθριον. Αἱ δὲ παρ' αὐτοῖς προγνώσεις τῆς περὶ τὸν ἀέρα μεταβολῆς ποίαν οὐχὶ σύνεσιν λογικὴν ἀποκρύπτουσιν; ὅπου γε τὸ μὲν πρόβατον χειμῶνος προϊόντος λάβρως ἐπεμβάλλεται τῇ τροφῇ ὥσπερ ἐπισιτιζόμενον πρὸς τὴν μέλλουσαν ἔνδειαν. Ἤδη δέ τις τῶν φιλοπόνων (12) καὶ τὸν χερσαῖον ἐχῖνον ἐτήρησε διπλᾶς ἀναπνοὰς τῇ ἑαυτοῦ καταδύσει μηχανησάμενον, καὶ μέλλοντος βορέου πνεῖν ἀποφράσσοντα τὴν ἀρκτῴαν, νότου δὲ πάλιν μεταβάλλοντος εἰς τὴν προσάρκτιον μεταβαίνοντα.

B

Etiam sentiendi organorum in animalibus excellentiam quamdam cernere licet; absque quo foret, agnus inter oves innumeras caulis inclusas exsiliens, colorem vocemque matris haud agnosceret, nec ad eam se studiose conferret, præsertim cum ubera multa valde distenta gravataque prætereat. Nimirum est in eis sensus acrior, quam nos existimemus: quo ipso quælibet ab alienis sua dignoscunt. Necdum catulus dentes habet, ac nihilominus se lædentem ore vicissim ulciscitur. Necdum cornua vitulus habet, ac nihilominus quo loco ipsi arma sint proditura novit. Quamobrem præclare dixit Hippocrates: « Animalium natura nihil habet a doctrina, velut ascitilium.

Ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν αἰσθητηρίων περιουσίαν μεγάλην παρὰ τοῖς ζώοις ἴδοι τις ἄν. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἀρνειὸς ἐν μυρίοις προβάτοις τῶν σηκῶν ἐξαλλόμενος τήν τε χροιὰν καὶ φωνὴν τὴν τῆς μητρὸς ἐπέγνω καὶ πρὸς ἐκείνην ἠπείγετο, καὶ ταῦτα πολλὰ παραδραμὼν οὔθατα βαρυνόμενα. Ἔστι καὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς αἴσθησις τῆς ἡμετέρας καταλήψεως ὀξυτέρα, καθ' ἣν ἕκαστον πάρεστι τοῦ οἰκείου διάγνωσις. Οὕπω οἱ δδόντες τῷ σκύλακι, καὶ ὅμως διὰ τοῦ στόματος ἀμύνεται τὸν λυπήσαντα. Οὕπω τὰ κέρατα τῷ μόσχῳ, καὶ οἶδε ποῦ τὰ ὅπλα αὐτῷ ἐκφυήσεται. Καλῶς οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἔλεγε· « Φύσεις ζώων ἀδίδακτοι. »

C

Canis autem in reminiscendo quemvis hominem erga bene de se meritos ingratum pudore non afficit? quando 51 canes non paucos una cum heris suis in solitudine cæsis occubuisse, litterarum monumentis proditur. Quin etiam aliqui recenti adhuc facinore quærentibus homicidas se duces itineris præbuerunt, utque facinorosi homines et improbi ad supplicia pertraherentur, effecerunt. Accidit enim aliquando, ut canis in diversorio quodam eo conspecto, qui herum ipsius interemerat, adversus ipsum perpetuo latrans, suspicionem de homine sinistram moveret. Quamobrem is ad tribunal deductus, habita quæstione ceu reus facinoris morte multatus est.

Τὸ δὲ τοῦ κυνὸς μνημονευτικόν τίνα τῶν πρὸς τοὺς εὐεργέτας ἀχαρίστων οὐ καταισχύνει; ὅπου γε καὶ φονευθεῖσι δεσπόταις κατ' ἐρημίαν πολλοὶ τῶν κυνῶν ἐπαποθανόντες μνημονεύονται. Ἤδη δέ τινες ἐπὶ θερμῷ τῷ πάθει καὶ ὁδηγοὶ τοῖς ἐκζητοῦσι τοὺς φονέας ἐγένοντο, καὶ ὑπὸ δίκην ἀχθῆναι τοὺς κακούργους ἐποίησαν. Κύων γάρ τις ἐν πανδοχείῳ τὸν φονέα ἰδὼν τοῦ κυρίου αὐτοῦ, κἀντεῦθεν ἀκρατεῖ κατ' αὐτοῦ χρησάμενος ὑλακῇ, οὐκ ἀγαθὴν ὑποψίαν ἔδωκε τοῖς περὶ αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ καὶ εἰς κρίσιν αὐτὸν ἀχθέντα ὡς κακοῦργον ἐκόλασαν.

Aspice vero mihi Dei sapientiam. Carnivoris animalibus dentes acutos dedit, quod talibus eis opus esset, pro nutrimenti ratione, quo alerentur. Quæ vero dipnidia ex parte dentibus armata et instructa sunt, iis multas atque varias nutrimentorum velut apothecas et conditoria paravit. Nam cum ab initio nutrimentum non satis comminuatur, hoc eis dedit, ut quod deglutiverunt, rursum agerent sursum quo per ruminationem mollificatum, in usum nutriendi animalis cedat.

D Ἀλλ' ὅρα σοφίαν Θεοῦ, πῶς τοῖς σαρκοφάγοις ζώοις ὀξεῖς τοὺς ὀδόντας ἐνήρμοσε· τοιούτων γὰρ χρεία ἦν αὐτοῖς πρὸς τὸ τῆς τροφῆς εἶδος. Ἃ δὲ ἐξ ἡμισείας ὥπλισται τοῖς ὀδοῦσι, πολλαῖς καὶ ποικίλαις ἀποθήκαις τῶν τροφῶν παρεσκεύασε· διὰ γὰρ τὸ παρὰ τὴν πρώτην μὴ ἀρκούντως καταλεπτύνεσθαι τὴν τροφήν, ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ καταποθὲν πάλιν ἀναπομπάζεσθαι, ὥστε καταλεανθὲν τῷ μηρυκισμῷ προσοικεῖσθαι τῷ τρεφομένῳ.

Etiam armis ipsis inter se differunt animalia. Nam pro indole ac moribus animorum, quemadmodum et Aristoteles scripsit, corporibus quoque tum figuras, tum operationes Deus concedit. Ejus rei

Ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅπλοις αὐτοῖς τὰ ζῶα πρὸς ἄλληλα διενήνοχε. Κατὰ τὰ ἤθη γὰρ τῶν ψυχῶν, καθὰ καὶ ὁ Ἀριστοτέλης φησί, δίδωσιν ὁ Θεὸς καὶ τὰς τοῦ σώματος διαπλάσεις τε καὶ ἐνεργείας. Οἷον τί λέγω; τῷ

(12) *Ηδη δέ τις . . . φιλοπόνων.* Restituta ex V. et F.

λαγωῷ καὶ τῷ ἐλάφῳ δειλοῖς οὖσι κατὰ ψυχὴν ὁρόμον ἔδωκεν, ἵνα τὰς τῶν κυνηγούντων χεῖρας ἐκφεύγωσι. Τῷ χοίρῳ θυμώδει καὶ πολεμιστῇ ὄντι τοὺς χαυλιόδοντας, τῷ ταύρῳ κέρας χαρίζεται, καὶ τῷ λέοντι ὀδόντας καὶ ὄνυχας. Καὶ οὕτω μὲν τὰ πάντα προσφόρως καθώπλισε, τὸν δὲ ἄνθρωπον γυμνὸν εἰς τὸν βίον παραγαγὼν τῇ περιουσίᾳ τοῦ λόγου παρεμυθήσατο· ἐν γὰρ τῷ λόγῳ τὸ πάντων ἄρχειν αὐτῷ πρόσεστι. Διὰ λόγου τὰ πτηνὰ ἐξ ἀέρος κατάγει, τοὺς ἰχθύας ἐξ ὑδάτων ἀνέλκει. Διὰ λόγου τὰ πάντα ποιεῖ ὅσα πρὸς σύστασιν τῆς ζωῆς αὐτοῦ, οἰκίας, ἄμφια, περιβολήν, ὅπλον, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Κατὰ τοῦτο καὶ χεῖρας αὐτῷ δέδωκεν ὁ Θεὸς, ὡς ἐντεῦθεν ἀκωλύτως τὸν προσόντα λόγον αὐτῷ πάντα πράττειν ὅσα καὶ βούλεται. Ταύτῃ τοι καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ἑρμηνείᾳ περὶ τούτων οὕτω φησί· « Τοῖς μὲν ἀλόγοις εὐκυλον δέδωκε τὴν πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμὴν, τροφὰς αὐτομάτους καὶ σκέπην αὐτοφυᾶ, καὶ τὰ τῶν τριχῶν καὶ πτερῶν ἐνδύματα ἡ πάντα οἰκονομοῦσα δύναμις ἐχαρίσατο· τὸν δὲ ἄνθρωπον γυμνὸν παραγαγοῦσα λόγον ἔδωκεν ἀντὶ πάντων αὐτῷ, δι' οὗ αἱ περιττικαὶ συνεστήσαντο τέχναι, οἰκοδομητικὴ, ὑφαντικὴ καὶ αἱ λοιπαὶ, τὸ τοῖς σώμασι δέον ἀναπληρούσης τῆς ψυχῆς τῇ περιουσίᾳ τοῦ λόγου. » Εἶχε μὲν οὖν συνυπογεννηθῆναι τῷ ἀνθρώπῳ τὰ πάντα μετὰ καὶ τοῦ λόγου αὐτοῦ κατὰ πλείονα φιλοτιμίαν. Ἀλλ' οὐμενοῦν ἡ τοῦ λόγου χάρις ἐντεῦθεν ἐδείκνυτο. Ἀνάγκης γὰρ μὴ οὔσης τινὶ ἂν ἡ αὐτοῦ ἐνέργεια διάδηλος γέγονε; Κατὰ τοῦτο δὲ παρὰ τοῖς ἀλόγοις ζώοις καὶ αἰσθήσεις, ἅτε λόγου μὴ ὄντος, τετράνωνται· τὸ γὰρ ἐλλεῖπον τοῦ λόγου τῇ περιουσίᾳ τῶν αἰσθήσεων πανσόφως ὁ τῶν ἁπάντων παρεμυθήσατο πρύτανις.

Ἀλλ' ὅρα κἀν τούτοις τὴν κηδεμονίαν τοῦ Θεοῦ. Μακρὸς ὁ τράχηλος τῆς καμήλου τίνος ἕνεκεν; ἵνα ποσὶν ἐξισάζηται, καὶ ἐφικνῆται τῆς βοτάνης ἐξ ἧς ἀποζῇ. Ὅσα δὲ τῶν ζώων οὐκ ἀπὸ τῆς πόας τὴν ζωὴν ἔχει, οὐδὲ πρὸς γῆν κυπτάζειν καταναγκάζεται ἅτε δὴ σαρκοβόρα ὄντα, βραχὺν καὶ τοῖς ὤμοις ἐνδεδυκότα ἔσχε τὸν τράχηλον. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ προνομαία δεδώρηται τῷ ἐλέφαντι, τὴν βρῶσιν καὶ πόσιν ἀντὶ τοῦ τραχήλου κομίζουσα. Ἐπεὶ δὲ εἰς ἔκπληξιν τῶν ὁρώντων τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ πάνυ μέγα ἐσκεύαστο, δι' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἀδιάρθρωτοι αὐτοῦ οἱ πόδες καθάπερ τινὲς κίονες τὸ βάρος ὑποστηρίζοντες· εἰ γὰρ χαῦνα αὐτῷ καὶ δίυγρα ὑπετέθη τὰ κῶλα, συνεχεῖς ἂν ἐγένοντο τῶν ἄρθρων αἱ ἐκτροπαί. Ἀλλὰ καὶ τριακόσια ἔτη ἱστοροῦσί τινες βιοῦν τὸν ἐλέφαντα. Οὐ μᾶλλον δὲ, φησὶν, ἄγαμαι τὸν ἐλέφαντα τοῦ μεγέθους ἕνεκεν, καὶ τὸν μῦν, ὅτι φοβερός ἐστι τῷ ἐλέφαντι, ὥσπερ δὴ καὶ τὸ λεπτότατον ἄγαμαι τοῦ σκορπίου κέντρον πῶς ἐκοίλανεν ὥσπερ αὐλὸν ὁ τεχνίτης, ὥστε δι' αὐτοῦ τὸν ἰὸν τοῖς τρωθεῖσιν ἐνιέσθαι. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἐλέφαντα μὴ πρότερον πίνειν λέγουσιν, ἐὰν μὴ θολώσῃ τῇ προνομαίᾳ τὰ νάματα. Τίνος ἕνεκεν; ὅτι μορμολύττεται σκιὰν ἐλέφας ἐν ὕδατι τὴν ἑαυτοῦ θεώμενος. Διὸ καὶ τοὺς Ἰνδοὺς ἐπιτηρεῖν ἀσέληνον νύκτα φασὶν, ὁπηνίκα ὁ ἀπορ-

A hæc exempla sunto. Lepori et cervo, qui animo formidolosi sunt, currendi facultatem dedit, ut venatorum manus effugiant. Apro, qui et animosus et admodum pugnax est, dentes exsertos ac prominentes dedit. Cornua tauro, leoni dentes et ungues largitur. Omnia denique armis idoneis instruxit. Solum hominem nudum in vitam productum rationis excellentia consolatur. Nam cum ratione conjunctum est in res universas imperium. Per rationem homo volucres ex aere deducit, pisces ex aquis extrahit; per rationem reliqua perficit omnia, quæcunque sunt ad vitæ conservationem ipsi necessaria, vestes, armaturam aliaque talia. Propterea manus etiam dedit ei Deus, ut earum operatio quidquid vellet absque ullo impedimento efficeret. Disserit de his Basilius in enarratione sua vatis Isaiæ verbis hujusmodi; « Brutis Deus vivendi rationem facilem dedit, alimenta ultro oblata, tectum nativum, pilorum atque pennarum indumenta eisdem potestas illa, quæ cunctorum est gubernatrix, largitur. Homini, quem nudum creavit, omnium loco rationem tribuit, a qua rerum parandarum artes sunt profectæ, ut ea quæ exstruit ædes, ut textura, ut cæteræ, supplente nimirum animo per rationis excellentiam **52** quod corporibus deest. » Potuisset quidem homini nascenti etiam præter alia tribuere omnia, verum hoc modo rationis gratia beneficiumque non eluxisset. Nam si nihil ei necessarium foret, quanam re vis ejus declarata fuisset? Eadem de causa brutis animalibus dati sunt sensus acriores, uti quæ ratione carerent. Sapienter enim gubernator ille universitatis hujus defectum et inopiam rationis sensuum acrimonia præstantiaque compensavit.

Hic etiam in rebus curam providentiamque Dei considerato. Longum camelus collum habet. Quamobrem? ut pedes æquaret, atque pertingere posset ad herbas quibus victitat. Quæcunque vero animalia victum e terra non habent, nec ad terram caput demittere coguntur uti quæ carnibus vescuntur. breve collum et intra humeros velut abditum habent. Propterea probosci elephanto data est, qua colli loco cibum atque potum ei subministrat. Quia vero corpus ejus comparatum ad spectatorum admirationem et ingens admodum est, ideirco pedes etiam ipsius carent articulis, quasi pondus quoddam sustinentes: nam si mollibus et humidis membris inniteretur, nunquam non articuli laxarentur. Tradunt etiam nonnulli, ccc totos annos elephantum vivere. Neque verò magis, inquit idem Basilius, elephantum ob ejus magnitudinem admiror quam murem ex eo, quod terrori sit elephanto? quemadmodum et minutissimum scorpii stimulum mirari soleo, quo scilicet pacto rerum artifex cum exenteraverit instar cujusdam tibiæ, ut per ipsum vulneratis virus immitatur. Perhibent item non prius elephantum bibere quam aquas proboscide turbaverit. Quamobrem istuc? quia suam ipsius umbram in aqua conspiciens exhave-

scit. Propterea ferunt Indos observare noctem expertem lunæ, quoties animal hoc aquas trajicere volunt. Hæc aquæ turbationis est causa. Præterea meretur hoc etiam in elephantis admirationem. Quoties Indorum amnem trajicere volunt, non simpliciter ac fortuito transeunt : sed minimus omnium trajectionem primus inchoat : deinde sequitur alius hoc major, hinc rursum alius utroque major ; et sic deinceps eodem utentes ordine per fluvium citra impedimentum aliquod transeunt. Nam si grandiores in transeundo primi forent, fortasse pedum gravitate foveas in limo efficientes, quominus transire minores possent, impedirent, adeoque congerentur hi fluminis in cœno suffocari. Nec ad Venerem elephantus accedit, quemadmodum harum rerum periti tradunt, nisi mandragoram degustet. Nam prius quam hoc fiat, nullam coitus libidinem experitur. Quapropter femina sumptam **53** mandragoram comedit eamdemque mari porrigit, et hoc pacto ad consuetudinem venereain accedunt. Hoc autem manifesto referri ad homines illos primum conditos debet ; nam et illi ante ligni vetiti degustationem libidinibus superiores erant. Verum post eam cum Eva rem Adamus habuit, eaque Cainum peperit.

Quid de myrmecoleonte sive formicario leone dicemus ? In Jobi libro perscriptum est : « Myrmecoleon periit, quod escam non haberet. » Est myrmecoleon animal quoddam, quod e formica leoneque gignitur, sed mox vivendi finem facit propterea quod cibum sibi convenientem non inveniat : nam ut leo, carnes expetit, ut formica, frumentum ; idcirco facili momento exstinguitur. Hæc autem transferri omnino ad diabolum possunt, qui ab exigua re primum exorsus ad magna progreditur. Ideo quidam ex Patribus dixit : « Exigua delicta novit extenuare diabolus : nam cæteroquin ad majora perducere te non posset. » Itaque perit et ipse, ac myrmecoleontis instar emoritur, cum apud nos alimenti nihil, nihil requietis invenit.

Quodsi cadat elephantus, surgere propterea non potest quod pedes ipsius nullas juncturas habeant. Et fetum hæc animalia tantum unicum edunt ob maximi corporis molem. Debebant quidem hac ipsa de causa, quod magna sint, potius complures fetus simul edere (loquor autem de elephanto, equo, camelo) : verum quia nutrimentum ad corporis amplificationem absumitur, fetus in utero multos alere nequeunt. Ac de his quidem hoc modo dictum esto. Cæterum lepores aiunt fetus alios in lucem edere, alios paulo prius edidisse, alios necdum absolutos utero gestare. Ejus rei causa est, quod leporum natura longe sit fecundissima. Ecce enim hæc leporinum mulieri non fecundæ impositum celeriter conceptionem adjuvat, et feminæ sterili donat infantem, quem uberibus lactet. Non

μούσαι τουτὶ δι' ὑδάτων τὸ ζῶον. Καὶ τούτου χάριν ὑποθολοῦσι τῇ πρνομαίᾳ τὰ νάματα πίνοντες (13). Ἔτι καὶ τοῦτο πρόσεστι θαυμαστὸν τοῖς ἐλέφασι. Τὸν γὰρ Ἰνδὸν ποταμὸν ἔστιν ὅτε διαπεραιούμενοι οὐχ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε τὴν ἐκεῖσε ποιοῦνται διάβασιν, ἀλλ' ὁ μικρότατος πάντων τῆς περαιώσεως πρῶτος ἀπάρχεται, μετὰ τοῦτον ὁ μείζων αὐτοῦ, ἔπειτα καὶ ὁ ἀμφοτέρων ἐπέκεινα. Καὶ καθεξῆς ὡσαύτως τῇ τοιαύτῃ τάξει χρώμενοι τὸν ποταμὸν ἀκωλύτως διέρχονται. Ἐὰν γὰρ οἱ μείζους τῆς πορείας ἀπήρχοντο, τάχα ἂν τῇ βαθύτητι τῶν ποδῶν βόθρους ἐπ' αὐτῆς τῆς ἰλύος ἐργαζόμενοι προοδεύειν οὐκέτι συνεχώρουν τοὺς τὸ σῶμα σμικρότατον φέροντας, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ τῷ τοῦ ποταμοῦ τέλματι κατηνάγκαζον τοὺς τοιούτους ἀποπνίγεσθαι. Τὸ δὲ τὸν ἐλέφαντα μὴ ἄλλως πως εἰς συνδυασμὸν ἔρχεσθαι, καθά φασιν οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα δεινοί, εἰ μὴ τοῦ μανδραγόρου γεύσαιτο (οὐδὲ γὰρ ἐπιθυμία μίξεως πρότερον κεῖται, ἐφ' ᾧ ἡ θήλεια λαβοῦσα μανδραγόραν καὶ φαγοῦσα δίδωσι καὶ τῷ ἄρρενι, καὶ οὕτω πρὸς μίξιν ἔρχονται) φανερῶς εἰς τοὺς πρωτοπλάστους ἀνάγεται· κἀκεῖνοι γὰρ πρὸ μὲν τῆς τοῦ φυτοῦ γεύσεως ἰσάγγελον βίον εἶχον, μετὰ δὲ τὴν τοῦ ξύλου γεῦσιν καὶ τῆς παρακοῆς εἰσαχθείσης ἔγνω Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔτεκε τὸν Κάϊν.

Περὶ δὲ τοῦ μυρμηκολέοντος τί χρὴ καὶ λέγειν ; γέγραπται γὰρ ἐν τῷ Ἰὼβ, «Μυρμηκολέων ἀπώλετο διὰ τὸ μὴ ἔχειν βοράν. » Ὁ μυρμηκολέων ζῶόν τί ἐστιν ἐκ μύρμηκος μὲν καὶ λέοντος τικτόμενον, εὐθέως δὲ τελευτῶν διὰ τὸ μὴ εὑρίσκειν τροφὴν κατάλληλον· ὡς μὲν γὰρ λέων κρέατα ἐπιζητεῖ, ὡς δὲ μύρμηξ πάλιν σῖτον, καὶ διὰ τοῦτο εὐχερῶς ἀπόλλυται. Ταῦτα δὲ πάντως εἰς αὐτὸν ἀνάγεται τὸν διάβολον, ὅστις ἀπὸ μικροῦ μὲν ἄρχεται, εἰς μεγάλα δὲ καταντᾷ. Ἐφ' ᾧ καί τις τῶν Πατέρων ἔλεγε· « Τὰ μικρὰ τῶν ἁμαρτημάτων εὐτελίζειν οἶδεν ὁ διάβολος· ἄλλως γὰρ ἐπὶ μεῖζον κακὸν ἀγαγεῖν σε οὐ δύναται. » Ὅθεν ἀπόλλυται καὶ οὗτος, καὶ οἷον εἰπεῖν θνήσκει κατὰ τὸν μυρμηκολέοντα, μὴ τροφὴν εὑρίσκων παρ' ἡμῶν καὶ ἀνάπαυσιν.

Ὁ μέντοι ἐλέφας πίπτων ἐγερθῆναι οὐ δύναται διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἁρμογὰς εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ μονοτόκα ταῦτα δὴ τὰ σώματα τὰ μέγιστα φέροντα. Ἔδει μὲν δι' αὐτὸ τοῦτο πολύτοκα μᾶλλον εἶναι, ἐλέφαντα λέγω καὶ ἵππον καὶ κάμηλον· ἀλλὰ δαπανωμένης τῆς τροφῆς εἰς τὴν τοῦ σώματος αὔξησιν πλῆθος ἐμβρύων θρέψαι οὐ δύνανται. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως. Τοὺς δὲ λαγωούς φασι τὰ μὲν τῶν ἐγγόνων ὠδῖναι, τὰ δὲ τετοκέναι, ἕνια δὲ ἡμιτελῆ φέρεσθαι τῇ γαστρί. Τὸ δὲ αἴτιον ὅτι γονιμωτάτη τῶν λαγωῶν ἡ φύσις καθέστηκεν· ἄρα γὰρ ὅτι λαγωοῦ πιτύα γυναικὶ ἐντεθειμένη ἄπαιδι ἐγκύμονα ταύτην θᾶττον ἐποίησε, καὶ παῖδα ὑπομάζιον στείρᾳ χαρίζεται. Ἡ τοίνυν τύλληψις οὐκ ἔστιν ἐν λαγωοῖς ὡρισμένη, ἀλλ' ἔτι κυοφορουμένων τῶν ἐγγόνων ἐπισύλληψις αὐτοῖς ἐγγίνεται. Οὐκοῦν ἃ μὲν τέτοκεν ὁ

(13) *Εἰ γὰρ χαῦνα. . . . . πίνοντες.* Ex Fontebraldensi ; et mox συνεχώρουν . . . . ἐλέφαντα ex eodem.

λαγωὸς τῶν ἐγγόνων, ἃ δὲ ὠδίνει, ἃ δὲ ἡμιτελῆ ἐπιφέρει τῇ γαστρί· ταῦτα γὰρ ἡ ἐπισύλληψις ἐξ ἀνάγκης ποιεῖ. Κατὰ τοῦτο δὲ καὶ δασύπους ὁ λαγωός, καθά φησιν ὁ Ἀριστοτέλης, ὡς πλήρης περιττωμάτων ὤν· ἡ γὰρ δασύτης σημεῖον πλήθους περιττώματος. Ὅθεν καὶ ἐπικυΐσκεται τοῦτο τὸ ζῷον. Διὸ καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ δασεῖς ἀφροδισιαστικοὶ καὶ πολύσπερμοι μᾶλλόν εἰσι τῶν λείων. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως· ὁ δὲ Αἰλιανὸς παράδοξόν τι καὶ λίαν διέξεισι περὶ τοῦ λαγωοῦ· τὸ γὰρ ἐκ τούτου γεννώμενον ἔμβρυον ἐντὸς ἐπιφέρει ἕτερον ἔμβρυον. Ὡσαύτως λέγουσι τόν τε λαγὼν καὶ τὴν ὕαιναν ἀρρενόθηλυν γίνεσθαι. Ἀλλὰ καὶ δειλὸς ὁ λαγωός. Τίνος ἕνεκεν; ὅτι μεγίστην ἔχει καρδίαν, ὥσπερ δὴ ἔλαφος, μῦς, ὕαινα, ὄνος, πάρδαλις, γαλῆ, καὶ ἁπλῶς πάνθ' ὅσα φανερῶς εἰσι δειλὰ ἢ διὰ φόβον κακοῦργα. Μεγίστων γὰρ ἐν αὐτοῖς τῶν καρδιῶν οὐσῶν διαχέεται τὸ πῦρ καὶ οὐ συνῆκται. Ἐφ' ᾧ καὶ τυγχάνει δειλά. Τὰ μέντοι μικρὰν ἔχοντα τὴν καρδίαν συνηγμένον ἐξ ἀνάγκης τὸ ἔμφυτον ἔχοντα πῦρ· ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς μάχην ὑπάρχει τὰ τοιαῦτα ὀξύῤῥοπα.

est igitur in leporibus conceptio certo definita tempore, sed dum adhuc uterum gerunt, altera fit rursum conceptio. Qua de causa lepus, ut dictum est, alios quidem fetus jam edidit, alios parturiendo profert, aliōs utero gestat semiperfectos. Nam id necessario conceptionem, quæ alia fit mox post aliam, sequitur. Ideireo lepus etiam pedes hirsutos habet, quemadmodum Aristoteles ait, ut qui superflui sit humoris plenus: nam hirsuties istæc ingentis superfluitatis est argumentum. Hinc animalis hujus superfetatio. Eadem de causa **54** fit ut homines hirsuti cæteros læviores tum venere tum seminis copia superent. Et hæc quidem ab his tradita sunt. Cæterum Ælianus valde novum et inusitatum quiddam de lepore commemorat: nam qui ex eo nascitur fetus, eum dicit intra se fetum alium gerere. Itidem aiunt leporem et hyænam alternis vicibus tam marem quam feminam esse. Formidolosus etiam lepus est. Quamobrem? Quia cor maximum habet, sicut et cervus et mus et hyænæ et asinus et pardalis et mustela, et simpliciter omnia quæcunque palam timida sunt vel ob metum noxia. Nam cum corda sint in eis perampla, calor diffunditur, non colligitur; ideoque formidolosa sunt. Quæ vero cor exiguum habent, in eis etiam necessario collectus est ignis, ille nativus et insitus; ideoque sunt ad pugnandum prona. Debes hoc etiam scire, totum biennium elephantos uterum gerere. Qua de causa? quia feturæ majores tempore longiori ad perfectionem egent.

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι διετὴς ὁ τῶν ἐλεφάντων τόκος. Τίνος ἕνεκεν; ὅτι τὰ μείζονα κυήματα πλείονος χρόνου δεῖται πρὸς τελείωσιν· τὰ μὲν γὰρ δεκάμηνα, τὰ δὲ ἐνιαύσια καθάπερ ἐπὶ ἵππου. Κατὰ τοῦτο τοίνυν πολυχρόνιός ἐστι καὶ ὁ τῶν ἐλεφάντων τόκος. Διετὴς γὰρ ἡ κύησις αὐτῶν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν.

Aliæ decem mensibus absolvuntur, aliæ toto demum anno, ut in equo videmus usuvenire. Sic igitur etiam elephantorum partus diuturnior est, uterum biennio gestantium ob magnitudinem fetus nimiam, sicut Aristoteles loquitur.

Ἡ ἔλαφος ἀποβαλοῦσα τὰ κέρατα κρύπτεται, αἰδουμένη ὥσπερ διὰ τὴν ἐκείνων γύμνωσιν. Ἐπὰν δὲ ταῦτα εἰς αὔξησιν ἔλθῃ, παῤῥησιάζεται πάλιν καθὰ καὶ πρότερον. Οὕτω καὶ ὁ δίκαιος ἐκτραπείς ὁπωσδήποτε τοῦ καθήκοντος καὶ τῶν ἀρετῶν γυμνωθεὶς κρύπτεται ἀπὸ Θεοῦ, καθάπερ ποτὲ Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ πέπονθεν, ἡνίκα γυμνὸν ἑαυτὸν ἑώρα διὰ τὴν παράβασιν. Ἐπὰν δὲ ἀγωνισάμενος διορθώσηται καὶ τὰς ἀρετὰς ἐπαυξηθείσας θεάσηται, τότε ὴ πρὸς Θεὸν ἐπανάγεται καὶ παῤῥησίας τῆς πρὶν μέτοχος δείκνυται. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Δαβὶδ ἔλεγε· « Τότε οὐ μὴ αἰσχυνθῶ ἐν τῷ με ἐπιβλέπειν ἐπὶ πάσας τὰς ἐντολάς σου. » Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως, ἕτεροι δέ φασιν ὡς οὐ τὴν ἀποβολὴν αἱ ἔλαφοι τῶν κεράτων αἰσχυνόμεναι τὰς συνήθεις δραπετεύουσι διατριβάς, ἀλλ' ἑαυτῶν μάλιστα προνοούμεναι. Ἔστι γὰρ αἴσθησις καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις, καθ' ἣν τῆς οἰκείας σωτηρίας ἀπειλήφασι τὴν διάγνωσιν. Οἶδεν ἡ σηπία τῆς ἀχλύος τὸ σόφισμα, καί που θηρατὴς ἀορασίαν ἄγρας πολλάκις ἐνέθηκεν. Οἶδε τὰ γαμψώνυχα τὴν διὰ τῶν ὀνύχων ἀχήν. Οἶδεν ὁ λαγωὸς διὰ τοῦ δρόμου καὶ τῆς τῶν ποδῶν ὀξύτητος κυνηγετῶν ἐπιβουλὰς ἀποπέμπεσθαι. Οἶδεν ἡ ἔλαφος ἀποκειραμένη τὰ κέρατα ἀσθενεστέραν τὴν φύσιν

Cæterum ubi cornua cervus abjecit, semet occulit pudore quasi quodam affectus, quod iis sit denudatus. Cum autem illa rursum augescere cœperunt, vicissim liberius pristino more prodit. Hoc justi hominis est simulacrum. Nam cum is ab officio quocunque tandem modo dellexit et virtutibus nudatus est, a Deo semet abscondit Adami exemplo, cui quid ejusmodi accidit in paradiso, cum ob transgressionem se nudum esse conspiceret. Verum ubi deinde susceptis certaminibus rectius sese gerit ac virtutes crevisse videt, tum scilicet ad Deum revertitur et pristinæ se libertatis participem declarat. Hoc Davides indicare volens ait: «Tunc non pudefiam, cuncta tua præcepta intuens [43]. » Hæc a quibusdam tradita sunt. Cæterum alii dicunt cervos non propter abjectionem cornuum pudore affectos de locis consuetis aufugere, sed hoc ipso maxima providentia sibi prospicere. Nam inest etiam brutis animantibus sensus quidam, de quo suæ salutis cognitionem hauriunt. Novit sepia semet obscurandi artificium, ac sæpe sic piscatoribus imponit ut amplius captam ab se pradam conspicere nequeant. Norunt ea quibus aduncі sunt ungues, ad quid eorum ungues prodesse possint. Novit

[43] Psal. cxvIII, 6.

lepus cursu pedumque celeritate venatorum insidias vitare. Sic etiam cerva novit amissis cornibus naturam debiliorem tueri se contra lædentes **55** haud posse; quapropter abdit se, instar militis cujusdam inermis, qui hosti se objicere non audet. Cæterum solus cervus utilitatis suæ causa deponit cornua, quemadmodam Aristoteles inquit. Nam onere gravi necessario se levat, quando cornua cervorum prorsus vacua non sunt.[1] Cæterorum quidem animalium cornua sunt aliquousque cava, cum extremæ partes exsistant solidæ, quibus scilicet ictus excipiunt.

A ὀμύνεσθαι τοὺς λυπήσοντας· οὐκοῦν ἀποκρύπτεται οἷά τις τῶν στρατιωτῶν ἄνοπλος δεδιὼς παρατάττεσθαι. Μόνη δὲ ἡ ἔλαφος ἀποβάλλεται τὰ κέρατα χάριν ὠφελείας, ὡς Ἀριστοτέλης φησί· βάρος γὰρ ἐξ ἀνάγκης κουφίζεται, διότι καὶ νωτὰ ταῦτα δι' ὅλου τυγχάνει. Τῶν δ' ἄλλων τὰ κέρατα μέχρι τινὸς κοῖλα, τὰ δ' ἄκρα στερεὰ διὰ τὸ ταῖς πληγαῖς χρησιμεύειν.

Hoc quoque cognoscito, ejus aromatis quod muscum dicimus, auctores esse cervos illos qui montem Indiæ quemdam incolunt. Nam celeberrimum hoc aroma nihil est aliud quam cervorum sanguis, qui de umbilico rupto profluxit. Hunc illi extremis in B partibus montis rejiciunt quasi quoddam excrementum. Cumque colligitur, nulla pars ejus odorem gratum habet. Verum ubi post temporis aliquod spatium inquiritur et alias ad terras delatum est, tum deinde fragrantiam illam spirat. Aiunt item cervam, dum tibiarum sono et tintinabulis delectatur, astantem prope sagittarium non cernere sagittisque configi. Sic nos quoque, dum voluptatibus hujus mundi quasi modulis quibusdam tibiarum oblectamur, adversarium nostrum plane nusquam cernimus, inaspectabilibus contra nos telis utentem. Præterea tradunt cervam assiduo fetus suos cursu exercere. Voluit hoc omnino sic fieri Deus, ut parentibus ignavis pudorem incuteret.

Γίνωσκε δὲ τοῦτο, ὅτι γεννήτορες τοῦ ἀρώματος μόσχου οἱ ἐν Ἰνδίᾳ νεμόμενοι ἔλαφοι. Οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστι τὸ πολυθρύλλητον τοῦτο ἄρωμα ἢ αἷμα ἐλάφου ἐσπαργανωμένον ἐν τῷ ὀμφαλῷ· περὶ μέντοι τὰ τέλη τοῦ ἔαρος ῥίπτεται ὥσπερ τι περίττωμα. Εὐῶδες οὐδέν τι μέρος αὐτοῦ συλλεγόμενον· ἀλλ' ἐπειδὰν χρόνῳ ταμιευθῇ καὶ εἰς ἑτέραν ἤπειρον μετακομισθῇ, τηνικαῦτα τὸ εὐῶδες πνεῦμα ἀφίησι. Λέγεται δὲ ὅτι ἡ ἔλαφος θελγομένη ἤχῳ αὐλῶν καὶ κροτάλοις τὸν ἐγγὺς τοξότην οὐχ ὁρᾷ καὶ τοξεύεται. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ὑπὸ τῶν τοῦ κόσμου τερπνῶν καταυλούμενοι οὐδαμοῦ συνορῶμεν τὸν καθ' ἡμᾶς ἀοράτοις βέλεσι χρώμενον. Ἀλλὰ καὶ συνεχῶς ἐπὶ δρόμῳ τὴν ἔλαφον τὰ τέκνα γυμνάζειν αὐτῆς λέγουσι. Τοῦτο δὲ ὡκονόμησε πάντως ὁ Θεὸς τοὺς νωθροτέρους ἐντρέπειν γονεῖς.

Hic quoque Dei providentiam curamque mihi considerato. Cum animal hoc timidum sit ac propterea nunquam non utatur cursu, talem cervæ C structuram Deus effecit, ut fetus suos in utero citra periculum ullum gestet ac retineat. Patet hoc de illis etiam quæ Jobi libri continentur. Nam ad virum illum beatum, cum disceptare cum Deo vellet, inter alia Deus hoc quoque profert: «Tum observasti partus cervarum, mensesve numerasti quibus uterum ferunt[a]?» Mira certe res est, qui fiat ut cerva fugiens ac tantopere saliens non abortiat.

Ἀλλ' ὅρα κἀνταῦθα κηδεμονίαν Θεοῦ. Ἐπεὶ δὴ γὰρ τοιοῦτόν ἐστι τὸ ζῷον, ἡ ἔλαφος δηλονότι, δειλόν ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο φυγαῖς ἀεί ποτε κέχρηται, προκατεσκεύασεν αὐτὴν ὁ Θεὸς ὥστε παρακατέχειν ἀσφαλῶς ἐν τῇ μήτρᾳ τὰ ἔγγονα αὐτῆς. Καὶ δῆλον ἐν τοῖς τῶν περιεχομένων τῷ Ἰὼβ τῷ μακαρίῳ ἐκείνῳ ἀνδρί. Τηνικαῦτα κριθῆναι μετὰ Θεοῦ ἐζήτει, καὶ τάδε πρὸς τοῖς ἄλλοις ἔλεγεν ὁ Θεός· « Ἐφύλαξας ὠδῖνας ἐλάφων, ἠρίθμησας δὲ μῆνας αὐτῶν πλήρεις τοκετοῦ; » Θαῦμα καὶ γὰρ πῶς ἡ ἔλαφος φεύγουσα καὶ ἐπὶ τοσοῦτον πηδῶσα οὐκ ἀμβλώσκει.

Hoc etiam præter jam indicata de cervo commemoratur, quod narium spiritu serpentes e latebris suis extrahat atque devoret. Veneni autem metu cancris vescitur, eaque ratione detrimenti nihil accipit.

Πρός γε τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῦτο περὶ ἐλάφου λέγουσιν, ὅτι τῶν ῥινῶν πνεύματι ἀναφέρει τοὺς ὄφεις ἀπὸ τοῦ φωλεοῦ καὶ κατεσθίει, τῷ φόβῳ δὲ τοῦ ἰοῦ καρκίνου; ἐσθίει καὶ οὐ βλάπτεται.

Fiber cum a venatoribus urgetur persequentibus ipsum genitalium membrorum causa, seque non evasurum animadvertit, præcidit ea, venatorique objicit. Quodsi secundum hoc alius quidam venator eumdem persequatur, supinum semet abjicit; de quo venator animadverso necessariis cum membris destitui, missum facit.

Ὁ δέ γε κάστωρ ὅταν ὑπὸ κυνηγετῶν διώκηται διὰ τὰ γεννητικὰ αὐτοῦ μόρια, καὶ γνῷ ὅτι καταλαμβάνεται, κόπτει ταῦτα καὶ ῥίπτει τῷ κυνηγῷ. Εἰ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα παρ' ἑτέρου διώκεται κυνηγοῦ, ῥίπτει ἑαυτὸν ὕπτιον· καὶ νοήσας ἐντεῦθεν ὁ κυνηγὸς ὅτι ἀναγκαῖα οὐκ ἔχει, ἀναχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ.

56 Quæri et hoc solet, quamobrem in quadrupedibus ac reliquis animalibus simpliciter ac plerumque fetus parentum similitudinem referant magis quam in hominibus? Quoniam homo varie consuevit affectus esse animo, etiam ipso venereæ

Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο ζητεῖς, ἀγαπητέ, τίνος ἕνεκεν ἐπὶ τῶν τετραπόδων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων ἁπλῶς τὰ ἔγγονα τοῖς γονεῦσιν ὁμοιότητα φέρουσιν, ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων οὐ τοσοῦτον; Διότι ὁ μὲν ἄνθρωπος πολλαχῶς διατίθεται τὴν ψυχὴν ἐν αὐτῷ τῷ τῆς συν-

[1] Job xxxix. 1.

αφείας καιρῷ· καθὼς οὖν ὅ τε πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ διατεθῶσιν, οὕτω ποικίλλεται καὶ τὰ τικτόμενα. Τὰ δὲ λοιπὰ ζῶα καθότι οὐδὲν ἕτερον διανοοῦνται κατά γε τὸν τῆς συναφείας καιρὸν, κατὰ τοῦτο καὶ τὰ ἔγγονα παντάπασιν ὅμοια τίκτουσιν. Μὴ θαύμαζε δὲ εἴγε παρὰ τοῖς ἀνθρώποις αὐτοῖς ὁμοιώσεις τε καὶ ἀνομοιώσεις πρὸς τοὺς γεννήτορας τὰ τικτόμενα φέρουσιν. Οἷον μὲν γὰρ τῶν σπερμάτων ἐν τῇ ἀναφύρσει καὶ ἀναμίξει ἐπικρατέστερον γένηται, πρὸς ἐκεῖνο καὶ τὸ τοῦ πλαττομένου εἶδος φέρει τὴν ὁμοιότητα. Εἰ δὲ τὰ σπέρματα συγκραθέντα ἐπ' ἴσης ἔχει πρὸς ἄλληλα, τότε τὸ γενόμενον ἴσην ἔχει πρός τε τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν τὴν ὁμοιότητα, τουτέστι πατρομητρόμοια τὰ γεννώμενα τίκτεται. Πολλάκις δὲ καὶ τῆς γυναικὸς φαντασίαν ἐν ταῖς ὁμιλίαις λαβούσης τοῦδε ἢ τῆσδε πρὸς τὸ φαντασθὲν ἀπεικάζεται τὸ γινόμενον. Ὃ δὴ καὶ ἄρρητόν τινα καὶ θαυμαστὸν ἔχει τὸν λόγον. Καὶ ἄκουε τί φησι Διοσκουρίδης περί τινος Στρατονίκου τῆς Σικελίας ἀρχηγοῦ χρηματίσαντος. Ἐκεῖνος γὰρ καὶ ἡ αὐτοῦ σύζυγος δυσειδεῖς μὲν ὄντες, ἐφιέμενοι δὲ παιδίων εὐειδῶν χρηματίσαι γεννήτορες, τοιοῦτόν τι ἐμηχανῶντο· Εἰκόνων τὰ εἴδωλα, ἤγουν αὐτὰ τὰ ἀγάλματα, καὶ οὕτω μιγνυμένων αὐτῶν πρὸς τὴν τῶν ἀγαλμάτων ὁμοίωσιν τὸ βρέφος αὐτοῖς διεπλάττετο. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ κυνῶν ἔστιν ἰδεῖν· τῆς γὰρ ὀχείας αὐτοῖς γινομένης πρὸς ὃ τοὺς ὤπας ἀπερείσει τὸ θῆλυ, πρὸς ἐκεῖνο καὶ ἡ ὁμοίωσις γίνεται. Ἀλλὰ γὰρ τὸν σοφώτατον Γαληνὸν εὑρίσκομεν τῷ κεφαλαίῳ τῷδε συνομολογοῦντα, καὶ οὕτω κατὰ ῥῆμα λέγοντα: « Ἐροὶ δὲ καὶ λόγος τις ἀρχαῖος ἐμήνυσεν ὅτι τῶν ἀμόρφων τις δυναστῶν εὔμορφον γεννῆσαι θέλων παιδίον ἐποίησε γράψαι ἐν πλατεῖ ξύλῳ εὐειδὲς ἄλλο παιδίον, καὶ ἔλεγε τῇ γυναικὶ αὐτοῦ συμπεκόμενος πρὸς ἐκεῖνον τὸν τύπον τῆς γραφῆς ὁρᾷν. Ἡ δὲ ἀτενὲς βλέπουσα, καὶ ὡς ἔστιν εἰπεῖν ὅλον τὸν νοῦν ἐκεῖσε προσεπιφέρουσα, οὐχὶ τῷ γεννήσαντι ἀλλὰ τῷ γεγραμμένῳ ὅμοιον ἀπέτεκε τὸ παιδίον κατὰ τὴν ὄψιν.»

Εἰ δὲ καὶ περὶ φύσεως ὄφεων βούλει μαθεῖν τινων, ὁ Νίκανδρος πρὸ τῶν ἄλλων διδάξει σε. Αὐτίκα γὰρ ἐν τοῖς ἕπεσιν αὐτοῦ καὶ τάδε περὶ τῶν ἐχιδνῶν ἱστορεῖ. Ἡ θήλεια ἔχις διὰ τοῦ στόματος αὐτῆς δεχομένη τὴν κεφαλὴν τοῦ ἄρρενος, καὶ οὕτω συνευναζομένη ἀναιρεῖ αὐτόν. Εἰς ἐκδίκησιν οὖν, ὡς ἔοικε, τοῦ πατρὸς ἀναιροῦσι τὴν μητέρα τὰ ἔγγονα· ἐν γὰρ τῷ τοῦ τοκετοῦ καιρῷ τὴν μήτραν διαῤῥήσσουσι νηδὺν καὶ οὕτως ἐξέρχονται. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ τοῦ Κυρίου Πρόδρομος γεννήματα ἐχιδνῶν τοὺς Ἰουδαίους ἐκάλει, ἅτε δὴ τοὺς προφήτας καὶ πατέρας αὐτῶν ἀποκτείναντας. Εἰ δὲ περὶ τοὺς ὄφεις οὕτως ἔχει, πῶς νοητέον τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν τὸ λέγον· « Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί; » πονηρὸς μὲν οὖν ὁ ὄφις καὶ κάκιστος ἀληθῶς, ἀλλά καί τινα κέκτηται εἰς ἃ βλέπειν ἐγκελευόμεθα καὶ ταῦτα μιμεῖσθαι, ἐπεὶ καὶ ἡ μέλιττα θανατηφόρῳ ἐφιζάνουσα, ὃ μὲν χρήσιμον ἐκεῖθεν ἐκλέγεται, ὃ δὲ χείριστον ἐκεῖσε

A consuetudinis tempore. Igitur prout tam pater quam mater affecti fuerint, etiam quæ gignuntur varia sunt ac diversa. Cætera vero animalia quatenus tempore coitionis aliud nihil cogitant, eatenus etiam fetus omnino sibi consimiles procreant. Est et alia causa, quamobrem mirum tibi videri non debeat hominum sobolem partim referre partim non referre parentum similitudinem. Nam quæ pars seminis in commistione fit efficacior, ad eam forma quoque filius quod fingitur adsimilari solet. Quodsi semina temperata mistaque parem in utramque partem vim habeant, tum id quod procreatur ex æquo tam maris quam feminæ similitudinem refert, hoc est, gignitur soboles patri matrique pariter similis. Sæpenumero si sola femina vel B hujus vel illius imaginationem in actu venereo concipiat, soboles ei fit similis cujus imaginem apud animum informabat. Quæ res inexplicabilem quamdam miramque rationem habet. Audi quid Dioscorides de quodam Stratonico Siciliæ duce tradat. Is cum deformis esset itidemque uxor ipsius, ac nihilominus gignere liberos formosos cuperent, hujusmodi quiddam moliebantur. Inspectabant imagines et picta simulacra, cumque deinde liberis operam dedissent, infans ad imaginum similitudinem conformatus fuit. Hoc et caniculæ videre est usuvenire: cum enim coeunt canes, tum quod defixis oculis canicula contuetur, ejus similitudinem fetus refert. Consentit hæc in parte nobiscum doctissimus ille Galenus, cujus hæc ipsa C verba sunt: «Etiam de narratione prisca intellexi virum quemdam principem, qui vultu deformis esset, cum filium procreare formosum vellet, uxori mandasse, medios inter amplexus, eleganter ut expressam pictura formam pueri diligenter intueretur; quod cum illa defixis in hanc oculis faceret, mentemque totam, ut sic loquar, eo converteret, non patri sed imagini pictæ consimilem vultu filium in lucem ab ipsa editum esse.»

Quodsi de serpentum quorumdam natura cupis aliquid cognoscere, Nicander supra cæteros te docebit. Tradit is in suis poematibus primum hæc de viperis. Femella maris caput insertum ori suo recipiens, eoque pacto re cum ipso habita, marem D necat. Itaque vindicandi, quemadmodum sane videtur, patris causa fetus deinde matrem **57** vicissim occidunt; nam tempore partus alvum maternam perrumpunt atque ita in lucem prodeunt. Ea de causa Præcursor ille Domini Judæos viperinam sobolem appellabat [45], ut qui vates patresque suos occidissent. Quodsi res sic comparata est, quonam pacto verbum illud evangelicum est accipiendum quo dicitur: «Sitis astuti ut serpentes, et sinceri ut columbæ [46]?» improbus quidem ac nequissimus est revera serpens: sed tamen quædam habet in quæ jubemur intueri eaque imitari. Nam et apis si frutici cuidam insideat letaliter noxio, quod utile

[45] Luc. III, 7. [46] Matth. x, 16.

est inde seligit, quoo malum missum facit. Igitur animum mihi velim advertas. Serpens cum cæditur, corpus quidem reliquum plagis exponit, at solum caput tegit, quasi sciret eo vitam suam contineri. Sic etiam nos tempore persecutionis facere debemus : relinquemus scilicet omnia, modo caput retineamus atque servemus, quod Christus est et ipsa fides. Idem serpens ubi consenuit et oculorum hebetudine laborare cœpit, primum temperanter victitat et jejunus aliquandiu manet, deinde per artum quemdam meatum in terram penetrans, et modo quodam inusitato cutem totam exuens, juvenis inde discedit. Sic nos quoque, cum ex peccatis consenuimus, per artam viam incedere debemus, ut hoc pacto innovati ad statum conditionemque pristinam revertamur. Quodsi aliquando sitiat inque puteo contacturus est aquam, primo virus suum evomit, ac deinde ad fontem accedit. Sic etiam nos, cum ad divinum illud poculum accessuri sumus, et urentia nos peccata sanemus, omnem prius vitiositatem debemus abjicere, atque ita nos ad sacrosancta mysteria conferre. Quamobrem a Domino præclare dictum vel de commemoratis intelligimus: «Sitis astuti ut serpentes. » Ac de his quidem hactenus.

Debes autem præterea scire serpentum esse varia diversaque genera. Nam alii celerrime perimunt, alii tardius. Item alii morsu perniciem afferunt, alii quodam alio modo. Serpens is quem basiliscum vocant, cujus etiam sapiens ille Galenus meminit ad Pisonem de theriaca disserens, solo intuitu necat eum qui ipsum aspexit. Quo fit ut Litteræ sacræ nihil oculum invidum ab ejusmodi serpente differre tradant. Quemadmodum enim ab hac bestia quiddam exitiale promanat quod hominem perimere potest, sic etiam de invidi oculis consimile quiddam exit. Et mirum hoc in primis, quod suis nonnunquam perniciem afferant. Neque tamen hoc novum cuiquam videatur : faciunt enim id **58** ad quod a natura sunt comparati, non quod volunt. Quodsi Eutelidas, ut est apud Plutarchum, suos ipsius oculos, in aqua conspectos fascinavit, cum formæ venustatem suam fuisset admiratus, multo magis invidus oculus alii perniciem feret, quasi telum quoddam venenatum corporibus iis quæ contuetur immittens. Et hæc quidem tum experientia tum superiora tempora docuerunt. Nam oculi partim agunt partim patiuntur, nunc aliquid emittentes nunc recipientes, quemadmodum amantibus et amatis usuvenire videmus. Magnus ille Basilius inscriptionem Psalmi xxxiii enarrans : «Equidem, ait, id quod fertur, oculos telum quoddam venenatum ejaculari, tanquam vulgare ac a vetulis excogitatum in mulierum conclavibus rejicio. Dico autem malos genios, qui odio boni flagrant, si quas reperiant consentaneas ipsis et addictas voluntates, iis omnino pro libitu et arbitratu suo abuti. Quo fit ut etiam fascinatorum oculis ad suæ voluntatis ministerium utantur.»

Basiliscus quidem, de quo nunc loquimur, non hoc tantum modo, verum etiam sibilo ledit aures

ἀφίησι. Πρόσεχε οὖν. Ὁ ὄφις τυπτόμενος τὸ μὲν ἅπαν αὑτοῦ σῶμα προδίδωσι, τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ κρύπτει, ἐπειδὴ τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν εἰδὼς ἑαυτῷ περιέχεσθαι. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καιρῷ διωγμοῦ ὀφείλομεν ποιεῖν, πάντα μὲν προΐέναι, τὴν κεφαλὴν δὲ φυλάσσειν, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς καὶ ἡ πίστις ἡμῶν. Ὄφις γηράσας ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἀμβλυωπίαν νοσήσας, πρῶτον μὲν ἐγκρατεύεται καὶ νῆστις διαμένει, εἶθ' οὕτως διά στενωποῦ τινος καταδυόμενος καὶ δέρμα παραδόξως ἅπαν ἀποδυόμενος νέος αὖθις γίνεται. Οὕτω καὶ ἡμεῖς τῇ ἁμαρτίᾳ καταγηράσαντες διὰ τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ βαδίζειν, καὶ οὕτως ἀνανεούμενοι εἰς τὴν ἀρχαίαν πάλιν ἀποκατάστασιν ἔρχεσθαι. Ὄφις διψήσας ποτὲ καὶ ἐν φρέατι μέλλων ὕδατος ἅψασθαι, πρῶτα μὲν ἐξεμεῖ τὸν ἰόν, εἶθ' οὕτως τῇ πηγῇ προσέρχεται. Οὕτω καὶ ἡμεῖς τῷ θείῳ μέλλοντες προσελθεῖν ποτηρίῳ, ἅτε δὴ τὴν ἐκκαίουσαν ἡμᾶς ἁμαρτίαν ἰάσασθαι, πᾶσαν κακίαν πρότερον ἀποῤῥίπτειν ὀφείλομεν, καὶ οὕτω τοῖς μυστηρίοις προσέρχεσθαι. Καλῶς οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Κύριος ἔλεγε· « Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις. » Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Γίνωσκε δέ, ἀγαπητέ, ὅτι διάφορά εἰσι καὶ ποικίλα γένη τῶν ὄφεων. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν θᾶττον ἀναιροῦσιν, οἱ δὲ βραδύ, καὶ ἄλλοι μὲν δήγμασι τὸν ὄλεθρον φέρουσιν, ἕτεροι δὲ καθ' ἕτερον τρόπον. Αὐτίκα ὁ ὄφις καλούμενος βασιλίσκος, οὗ καὶ ὁ σοφὸς μέμνηται Γαληνὸς περὶ θηριακῆς πρὸς Πίσωνα τὸν λόγον ποιούμενος, καὶ ἀπὸ μόνης ὄψεως ἀναιρεῖ τοὺς ἑωρακότας αὐτόν. Ἔνθεν τοι τὸν βάσκανον ὀφθαλμὸν τοῦ τοιούτου ὄφεως διευηνοχέναι φησὶν ἡ Γραφή· καθάπερ γὰρ ἀπὸ τοῦδε τοῦ θηρὸς ὀλέθριόν τι ῥεῦμα ἐκφέρεται παραχρῆμα διαφθεῖρειν δυνάμενον, οὕτω καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ βασκάνου ὀφθαλμῶν. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι καὶ αὐτοῖς ἐνίοτε τοῖς οἰκείοις καὶ συνήθεσι τὸν ὄλεθρον φέρουσι. Καὶ καινὸν ἐπὶ τούτοις οὐδέν· ὃ γὰρ πεφύκασιν, οὐχ ὃ βούλονται ποιοῦσι. Καὶ μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν· εἰ γὰρ ἑαυτῷ, καθά φησι Πλούταρχος, ὁ Εὐτελίδας ἐβάσκηνε τὴν ὄψιν αὐτοῦ κατιδὼν ἐν ὕδατι καὶ τῆς ὥρας ἐκπλαγείς, πολλῷ μᾶλλον ἑτέροις ἐπάξει τὸν ὄλεθρον ὁ βάσκανος ὀφθαλμὸς, βέλος ὥσπερ ἰοῦσες τοῖς ὁρωμένοις τοῦτο ἐνιείς. Καὶ ταῦτα μὲν ἡ πεῖρα καὶ ὁ χρόνος ἀνέκαθεν ἔδειξεν· οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ καὶ δρῶσι καὶ πάσχουσι, ποτὲ μὲν πέμποντες, ποτὲ δὲ δεχόμενοι, ὡς ἐπὶ τῶν ἐρωμένων ἔστιν ἰδεῖν. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐνοῖς ἐπεξηγεῖται τὴν τοῦ τριακοστοῦ τρίτου ψαλμοῦ ἐπιγραφὴν, καὶ τάδε φησίν· « Ἀλλ' ἐγὼ τοῦτο μέντοι, τὸ βέλος ἰῶδες ἐκπέμπειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀποπέμπομαι ὡς δημῶδες καὶ τῇ γυναικωνίτιδι παρεισαχθὲν ὑπὸ γραιδίων· ἐκεῖνο δέ φημι, ὅτι οἱ μισόκαλοι δαίμονες, ἐπειδὰν οἰκείας ἑαυτοῖς εὕρωσι προαιρέσεις, παντοίως ὥστε καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν βασκάνων. »

Διαληφθεὶς οὖν ὁ ὄφις, τουτέστιν ὁ βασιλίσκος, οὐ μόνον τῷ βλέμματι τοὺς ἑνορῶντας αὐτὸν κατα-

ὀλάπτει, ἀλλὰ καὶ συριγμῷ τοὺς ἀκούοντας. Ὑπόξανθος δὲ ὁ τοιοῦτος ὄφις ἐστίν, ὥσπερ φησὶ Γαληνός, ἔχων ἐν τῇ κεφαλῇ ἐπαναστήματα τρία. Σὺν τῷ τοιούτῳ δὲ καὶ ἑτέρων ὄφεων μέμνηται λέγων, « Ἡ δρύϊνος ὄφις πάνυ κακίστη, ἡ καὶ ἐν ὄρυσὶ τὸν βίον ποιουμένη. Ταύτης εἴ ποτέ τι καὶ ἐπιβαίη, τοὺς πόδας εὐθὺς ἐκδέρεται καὶ ὀγκοῦται. Ἀλλὰ καὶ ὁ θεραπεῦσαι τούτους θελήσας ὁμοίως πάσχει τὰς χεῖρας. Ὁ δέ γε αἱμόῤῥους καὶ ἡ αἱμορῥοὶς τοῖς ἑαυτῶν ὀνόμασιν ὁμοίαν ποιοῦνται τὴν τῶν ἀνθρώπων διαφθοράν· αἱμορῥοοῦντες γὰρ διά τε μυκτήρων καὶ στόματος καὶ παντὸς ἁπλῶς τοῦ σώματος οὕτως ἀπόλλυνται, ὥσπερ καὶ ὑπὸ τῆς διψάδος δηχθέντες ὑπὸ τοῦ καύσου διαφθειρόμενοι κακῶς· καὶ γὰρ οὗτοι διψῶντες πάνυ καὶ διακαιόμενοι, ἔτι καὶ διαῤῥηγνύμενοι, τελευτῶσιν. Ὁ δὲ ἀκοντίας ἐκτείνας ἑαυτὸν πάνυ, καὶ ὥσπερ τι ἀκόντιον ἐφαλλόμενος τοῖς σώμασιν, οὕτως ἀναιρεῖ. Καὶ τῶν ἀσπίδων ἡ λεγομένη πτυὰς ἀναστείλασα τὸν τράχηλον καὶ συμμετρησαμένη τοῦ διαστήματος τὸ μῆκος, ὥσπερ καὶ τότε λογικὸν γενόμενον τὸ θηρίον, εὐστόχως ἐμπτύει τοῖς σώμασιν ἰόν. Τριττῶν δὲ λέγουσιν εἶναι τὸ εἶδος τῶν ἀσπίδων, ἡ λεγομένη τε χερσαία, ἡ χελιδοναία, καὶ αὐτη ἡ πτυάς. Τούτων ἑνὶ τῶν τριῶν τὴν βασιλίδα Κλεοπάτραν ἀναιρεθῆναί φασι, λαθεῖν βουληθεῖσαν τοὺς φυλάσσοντας, ταχέως τε καὶ ἀνυπόπτως ἀποθανεῖν. Ὁ γὰρ Αὔγουστος Καῖσαρ νενίκηκε ταύτην, καὶ βουληθεὶς Ἀντωνίῳ παραδοῦναι αὐτῇ, πρὸς δὲ καὶ θριαμβευθῆναι, οὐ καλὸν αὐτῇ προὐξέντησε μόρον. Συντεῖσα γὰρ ἐκείνη τὸ δρᾶμα, κἀντεῦθεν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι δίκαιον κρίνασα, διά τινων δύο γυναικῶν αὐτῆς, Ναείρας καὶ Χαρμιόνης, τὸν ἑαυτῆς θάνατον μελετᾷ. Διὰ γοῦν καλαθίσκου τινὸς σῦκα καὶ σταφυλὰς ἔχοντος, χάριν τοῦ λαθεῖν τοὺς αὐτὴν φυλάσσοντας, εἰσάγεται τὸ θηρίον· καὶ πρῶτα μὲν αὐτὸ ταῖς γυναιξὶ δοκιμάζει, εἶτα γνοῦσα ὡς ὀξὺ τὸ θηρίον εἰς ἀναίρεσιν, θέλουσα δὲ καὶ εὐγενῶς ἀποθανεῖν, τὴν βασιλικὴν ἐνδύεται στολήν, καὶ οὕτως τὸ θηρίον προσβαλοῦσα τῷ ἀριστερῷ μαζῷ (ἤδει γὰρ ἐκεῖσε νεύειν τὴν καρδίαν), βασιλικῶς ἀποθνήσκει· καὶ γὰρ λέγουσιν αὐτῆς εὑρεθῆναι τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐπικειμένην τῇ κεφαλῇ καὶ τὸ διάδημα κρατοῦσαν, ἵνα μέχρι τότε τοῖς ὁρῶσι βασιλὶς οὖσα βλέπηται. Τούτων μέντοι τῶν θηρίων ἐμνημόνευσεν ὁ Γαληνὸς, τὴν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος αὐτῶν διδάσκων διαφθοράν, καὶ ὡς οὐ χρὴ τῷ φαρμάκῳ, τῇ θηριακῇ δηλονότι, τοιαῦτα παραμίγνυσθαι. Ἐφ' ᾧ τὰς ἐχίδνας παραλαμβάνομεν, σὺν τῷ οὐραίῳ τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνοντες, ἐν οἷς ὁ κακίων χυμὸς, τουτέστιν αὐτὸς ὁ ἰός. Τὰς μέσας οὖν σάρκας ἐκβάλλοντες ἰσχυρότερον ποιοῦμεν τὸ φάρμακον.

Εἰ δὲ καὶ ὅθεν ἐπενοήθη τῶν ἐχιδναίων σαρκῶν ἡ ἐπίμιξις ἐθέλεις μαθεῖν, ὁ παρὰ πᾶσι σχεδὸν φερόμενος λόγος καὶ τοῦτο ἤδη διδάξει σέ. Λέγεται γάρ ὅτι κατὰ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην ὥρᾳ θέρους ἄν-

A audientium. Ei est colore subflavus, ut tradit Galenus, inque capite tres habet cristas. Praeter hunc meminit idem aliorum quoque serpentum. Serpens, ait, quercinus maxime noxius est, et intra quercum degit. Quodsi quis hunc calcat, mox enim pedem amittit et intumescit; idque consentaneum est illius manibus qui medicinam his velit facere. Haemorrhus et haemorrhois ita necant homines ut vocabulis ipsis significatur: nam lesi per nares, os totumque adeo corpus emittendo moriuntur. Quemadmodum qui a dipsade morsi sunt, ab aestu misere pereunt: quippe vehementer sitientes ac perusti, nonnunquam etiam dissilientes exstinguuntur. Acontias autem sive jaculator, semet admodum extendens quasique jaculum quoddam in adversa insiliens, corpora sic ea perimit. Itidem inter aspides ea quae ptyas apellatur ab exspuendo, collo extenso et intervalli magnitudinem velut emensa, quasi eo ipso tempore fieret bestia rationis particeps, virus suum accurate citraque aberrationem in corpora exspuit. Tradunt autem aspidum genus esse triplex, quarum aliae dicantur terrestres, aliae chelidonaeae, quasi dicas hirundineas, aliae ptyades, de quibus dictum. Ex his tribus una reginae Cleopatrae mortem attulit, cum fallere custodes adhibitos sibi vellet ac celeriter citraque suspicionem omnem mori. Viceram enim hanc Augustus Caesar, cumque vellet eam sese cum Antonio dedere, quo de ipsa triumpharet, ad genus hoc mortis 59 excogitandum mulierem adegit. Nam ubi quid moliretur Augustus intellexisset, ideoque recte se facturam statuisset, si quamprimum vitam abrumperet, duarum quarumdam mulierculariarum opera, nimirum Nairae ac Charmiones, ad mortem sibi conciliandam utitur. Itaque fallendi custodes causa in quasillo, quo ficus uvae continebantur, ad eam aspis infertur. Ejus vim primum in mulierculis ipsis explorat. Deinde cognito bestiolam ad necandum efficacissimam esse, simul exstingui generose nobiliterque volens, regio se ornatu induit. Atque hoc modo sinistrum ad latus, quo tendere cor propius sciret, adhibita bestiola regia quadam cum dignitate moritur. Aiunt enim repertam manum ipsius dextram impositam capiti, qua diadema teneret, ut tum quoque spectantibus reginam se ostenderet. Harum igitur bestiarum Galenus mentionem fecit, quo pacto perniciosae sint, ex toto corpore declarans, simulque significans non debere pharmaco id est theriacae quaedam miscere. Quo fit ut cum ad usum earum viperas sumimus, una cum cauda caput praecidamus, quibus in partibus humor ille deterior, nimirum virus ipsum, exsistit. Ideoque carnes medii corporis exsecantes pharmacum praestantius efficimus.

Quodsi etiam scire cupis unde primum sit ortum, quod theriacae viperarum carnes misceantur, hoc ipsum ex nota vulgo narratione facile cognosces. Proditum est enim memoriae quosdam jovia Romam

veterem, cum æstivo tempore spicas vellerent, siti fuisse correptos. Itaque vasculum ad quoddam vino plenum cucurrisse, quod eo se sitim exstincturos sperarent. Verum ea spe excidisse; nam vipera subito inde prosiliens homines ab instituto revocabat. Quid secundum hæc evenit? Sumunt vinum, idque cuidam homini misere affecto porrigunt, ut hoc epoto citius tantis doloribus liberaretur, nec usque adeo tristem amplius vitam ageret. Accipit oblatum ille vinum, et cum voluptate exhaurit. Mox sese morbo liberari animadvertit. Quamobrem ab illo tempore carnes viperinæ huic pharmaco misceri consueverunt, cui theriacæ nomen datum est a feris atque bestiis, quibus ad eam conficiendam utimur. Et conducit in primis ad sanandos serpentum morsus. Auctor inventi princeps fuisse fertur Andromachus quidam, ut Galenus scripsit, qui Neronis ætate vixit.

Cæterum præter hactenus indicata scire debes convolutos serpentes coire, quemadmodum erinacei coeuntes ob spinas recti stare solent. Quodsi causam libet cognoscere, quamobrem serpentes hieme terram subeant, æstate rursum ad loca superiora prodeant, perspicuum est illam hujusmodi quamdam esse. **60** Natura serpens frigidus est, siccus, nervosus, exigui sanguinis, quo fit ut necessario loca semper calida quærat. Cumque per hiemem calor ad ima tendere soleat, per æstatem sursum in superficie terræ quasi dispergatur, propterea serpens etiam regiones locaque sua pro aeris constitutione mutare consuevit. Nam et aquæ puteales per æstatem frigidæ sunt, per hiemem calidæ. Tunc enim frigore partes puteorum supremas occupante calor ad ima tendit. Quæ causa est, cur ejusmodi aquæ per hiemem caleant. Quippe natura nequaquam instituit ut frigus atque calor eodem in loco eodemque tempore simul exsistant.

Volo te hoc quoque præter exposita scire, consuesse sacras Litteras serpentes maximos appellare dracones, præsertim cum de Mosis virga loquuntur, fuisse quidem illam prius in serpentem commutatam, verum deinceps in draconem, ac secundum hæc virgas præstigiatorum Pharaonis devorasse, quæ et ipsæ in serpentes erant commutatæ. Itidem vates ille Davides de cetaceo genere loquens, «Draco, inquit, iste quem condidisti, ut in mari luderet.» Cæterum genus ejusmodi draconum, quale quoddam exsistere vulgo perhibetur, hactenus descriptum sane nusquam deprehendimus. Nec propterea fulgureus ignis deorsum fertur ut hujusmodi dracones exurat. Ipsa draconum natura sicca est et substantia quadam ignea constat. Quippe de ipsorum oculis etiam ignis emicat, et venenum quod evomunt fumosum est, corporaque contacta dissilire facit. Inde fit ut ad inflammationem dispositus sit draco, siccitatis suæ causa. Quamobrem sibi a fulmine metuit, et nonnunquam exsiliens per aerem fertur. Querit item humida

ὄρες τινὲς στάχυας ἔτιλλον. Καὶ τοῦτο ποιοῦντες; δίψει γίνονται κάτοχοι. Ταύτῃ τοι καὶ πρὸς ἄγγειον ἔτρεχον οἴνου μεστὸν, ἐλπίζοντες ἐκεῖθεν ἀπαλλαγὴν τῆς δίψης εὑρεῖν. Ἀλλ' ἐσφάλησαν τοῦ σκοποῦ· ἔχις γὰρ ἐκεῖθεν αἰφνηδὸν ἐκπηδήσασα τῆς ὁρμῆς αὐτοὺς ἀνεκαίτισε. Τί τὸ ἐπὶ τούτοις; Λαμβάνουσι τὸν οἶνον καὶ ἀνθρώπῳ τινὶ λελωβημένῳ διδόασιν, ὡς ἐντεῦθεν αὐτὸν θᾶττον ἑκατῆναι τῶν ὧδε καὶ μὴ τὸ ζῆν οὕτως ἔχειν ἐπώδυνον. Δέχεται τὸν οἶνον ἐκεῖνος, μεθ' ἡδονῆς ἐκροφᾷ, καὶ παραχρῆμα τῆς νόσου λύτρωσιν εὕρατο. Ἔκτοτε οὖν αἱ τῆς ἐχίδνης σάρκες ἐμβάλλονται τῷ φαρμάκῳ. Ἀλλὰ καὶ θηριακὴν τὸ τοιοῦτον διὰ τὰς τῶν θηρίων σάρκας ἐπονομάζουσι, καὶ ὅτι τοῖς ἀπὸ τῶν ὄφεων δήγμασι· καὶ μάλα τὸ τοιοῦτον ἁρμόττει. Τῆς δὲ τοιαύτης ἐπινοήσεως Ἀνδρόμαχός τις γέγονεν αἴτιος, καθά φησι Γαληνὸς, συναχμάσας τῷ Νέρωνι.

Πρὸς δέ γε τοῖς εἰρημένοις, ἐλιττομένους ἀλλήλοις γίνωσκε τοὺς ὄφεις ὀχεύεσθαι, καθὰ δὴ καὶ τοὺς ἐχίνους ὀρθίους ἑσταμένους διὰ τὴν ἄκανθαν. Εἰ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν βούλει μαθεῖν δι' ἣν οἱ ὄφεις χειμῶνος μὲν τῇ γῇ καταδύονται, θέρους δὲ τοὺς ἄνω τόπους ἐπιζητοῦσι, σαφὴς ὅτι καὶ αὕτη ἐστί. Ψυχρὸς ὁ ὄφις ἐστὶ καὶ ξηρὸς καὶ νευρώδης καὶ ὀλιγόαιμος, ἐφ' ᾧ καὶ τοὺς θερμοὺς ἀεὶ τόπους ἐξ ἀνάγκης ἐπιζητεῖ· καὶ ἐπειδὴ χειμῶνος μὲν ἡ θερμότης κάτω χωρεῖν εἴωθε, θέρους δὲ ἄνωθεν ἐπιπολάζει, διὰ τοῦτο καὶ τὰς ἑαυτοῦ νομὰς πρός γε τὴν τοῦ ἀέρος κατάστασιν ὑπαλλάττει ὁ ὄφις. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ τὰ φρεατιαῖα ὕδατα θέρους μὲν τυγχάνει ψυχρὰ, χειμῶνος δὲ θερμά. Τηνικαῦτα καὶ γὰρ τῆς ψυχρότητος ἄνωθεν ἐπιπολαζούσης εἰς τὸ βάθος ἡ θερμότης χωρεῖ· ὅθεν καὶ θερμὰ τυγχάνει κατά γε τὸν χειμῶνα τὰ ὕδατα. Τήν τε γὰρ ψυχρότητα καὶ θερμότητα κατά γε τὸν αὐτὸν τόπον καὶ χρόνον ἅμα μένειν ἡ φύσις οὐκ ἐνομοθέτησεν.

Ἀλλὰ καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰδέναι σε βούλομαι. Τοὺς μεγίστους ὄφεις δράκοντας εἴωθε καλεῖν ἡ Γραφὴ, καὶ μᾶλλον ἡνίκα περὶ τῆς ῥάβδου λέγει τοῦ Μωσέως, μεταβληθῆναι μὲν εἰς ὄφιν τὸ πρότερον, εἶθ' οὕτως εἰς δράκοντα, κἀντεῦθεν τὰς ῥάβδους τῶν ἐπαοιδῶν τοῦ Φαραὼ καταπιεῖν, καὶ αὐτὰς δῆθεν εἰς ὄφεις μεταβληθείσας. Ἀλλὰ καὶ ὁ προφήτης Δαυὶδ τὸ κηταῖον ὑπεμφαίνων γένος οὕτω φησί· « Δράκων οὗτος ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῇ. » Τοιοῦτον δὲ γένος ὁποῖον ἄρα φημίζουσιν οἱ πολλοὶ, μέχρι καὶ τῆμερον γεγραμμένον οὐχ εὕρομεν· οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ τὸ ἀστραπαῖον ἄνωθεν καταῤῥήγνυται πῦρ, ἐπὶ τῷ τοὺς τοιούτους δράκοντας ἐμπιπρᾷν. Τὸ μὲν οὖν δρακόντειον γένος ξηρόν τε τὴν φύσιν ἐστὶ καὶ [τὴν φύσιν] διάπυρον· πῦρ γὰρ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἀποβλέπουσι. Καὶ ὃν δὲ ἐξεμοῦσιν ἰὸν, καπνώδης ἐστὶ, καὶ διαιρεῖ τὰ σώματα ψαύσας αὐτῶν. Ἔνθεν τοι καὶ εὐπρηστός ἐστιν ὁ δράκων, δι' ἣν ἔχει ξηρότητα, καὶ πρὸς κατάφλεξιν ἐπιτήδειος. Πεφόβηται οὖν διὰ ταῦτα τὸν κεραυνὸν, καὶ ἁλίσκεται ὅτε δι' ἀέρος φέρεται, τόπους τε καθυ-

γρους ἐπιζητεῖ καὶ ἐπὶ λίμνας καταφεύγει· οἶδε γὰρ ὅτι διὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ ξηρότητα καὶ ἀπὸ διαστήματος τῷ κεραυνίῳ πυρὶ καταφλέγεται. Ἔνθα που τύχοι λοιπὸν ὁ δρᾶκων συρίττων καὶ διιών, ἐπειδὰν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἐλαύνεται, τότε δὴ τὰ παρακείμενα μέρη συγκαταφλέγεται. Πολλάκις γὰρ καὶ δράκοντος ἄτερ ἦχοί τινες ἐξακούονται ἄσημοι, τοῦ πυρὸς ἄνωθεν καταῤῥηγνυμένου καὶ σώμασι τοιοῖσδε ἢ τοιοῖσδε προσπίπτοντος. Ὅσοι δέ φασι τῶν ἐντετυχηκότων ταῖς τοιαύταις καύσεσιν ὅτι τεθέανται χοῖρον γρυλλίζοντα ἢ μηκάζον αἰπόλιον ἢ βοῦν μυκώμενον, ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ἀκροατῶν καταψεύδονται· οὐδὲν γὰρ τεθέανται, ἀλλ' ὁ φόβος αὐτοῖς τὰς τοιάσδε μορφώσεις εἰδωλοποίησεν. Εἰ δ' ἴσως καὶ βάσκανος δαίμων τὸ σῶμα τοῦ δράκοντος ἐνδυσάμενος εἰς ἐκεῖνα τῶν μερῶν ἄγει τὸν θῆρα ὑπὸ τοῦ πυρὸς ὥσπερ διωκόμενον, οἷς δὴ βασκαίνειν ἐξ ἀρχῆς εἴωθεν, οὐδ' οὗτος ὁ λόγος ἀπόβλητος. Ἀρχαῖον γὰρ αὐτῷ ἐνδιαίτημα τὸ τοιοῦτον γένος, ἡνίκα καὶ μᾶλλον ἡμᾶς ἐξορίστους δι' αὐτοῦ τοῦ παραδείσου πεποίηκεν, ὅθεν καινὸν οὐδέν, εἴγε καὶ τῆς γῆς ταύτης ἀπώσασθαι φιλονεικεῖ διὰ φθόνον ἡμᾶς.

Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως. Εἰ δὲ τὴν αἰτίαν ἐπιζητεῖς δι' ἣν αἴλουροι καὶ νυκτερίδες νύκτα καὶ μόνην ἀκριβῶς ὁρῶσιν, αὕτη ἐστί. Τὸ ὀπτικὸν πνεῦμα πάντως λεπτότατον ἔχουσιν. Ἐν τῇ νυκτὶ οὖν μετρίως παχυνόμενον τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν τῶν ὁρατῶν ἀντίληψιν ἐπιτήδειον γίνεται· κατὰ γὰρ τὴν ἡμέραν ὡς λεπτότατον διαφορεῖταί τε καὶ σκεδάννυται. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔστιν ἰδεῖν καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς λέουσιν. Ἔνθεν τοι καὶ τὰς ἡλιακὰς μαρμαρυγὰς οἱ λέοντες φεύγοντες δι' ὅλης ἡμέρας καὶ ἄκοντες κρύπτονται· εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, τάχα ἂν ἀκωλύτως ἐν ἡμέρᾳ περιπατοῦντες οὐ μικρῶν ἔβλαπτον τοὺς αὐτοῖς ἐντυγχάνοντας.

Γίνωσκε καὶ τοῦτο, ὅτι ὁ λέων διωκόμενος συστέλλει τὰ ἴχνη αὐτοῦ (14). Οὕτω ὁ Κύριος κατερχόμενος ἐπὶ τῆς γῆς τὸν τῆς παρουσίας καιρὸν πάντη συνέστειλε διὰ τὸν διάβολον πάλαι τὰς παρθένους ἐπιτηροῦντα. Ὁ τοῦ λέοντος σκύμνος νεκρὸς μὲν γεννᾶται, ἐμφυσώμενος δὲ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ζωογονεῖται. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς πρῶτα μὲν ἐπὶ τῷ Ἀδὰμ ἐποίησεν, ὕστερον δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ Υἱῷ αὐτοῦ δι' ἡμᾶς νεκρωθέντι ποιεῖ. Ὅθεν καὶ ὁ Ἰακὼβ ἔλεγεν· « Ἀναπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων καὶ ὡσεὶ σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; » Εἰ δὲ καὶ λέων καὶ σκύμνος ὁ αὐτὸς λέγεται, οὐ καινόν· ἦν γὰρ καὶ βασιλεὺς ὁ Χριστὸς καὶ βασιλέως υἱός.

Ὁ λύκος φοβεῖται τὸ φυτὸν τὴν σκίλλαν. Τοῦτο εἰδυῖα ἡ ἀλώπηξ παρὰ τῷ τοιούτῳ ὑπνώττει φυτῷ, εἴ ποτε τοῦ φωλεοῦ αὐτῆς ἔξω τύχῃ διατρίβουσα, ἵνα μὴ ὑπὸ λύκων βρωθῇ. Εἰ δὲ ἡ ἀλώπηξ οὕτω

A loca et ad stagna confugit. Novit enim se propter insitam sibi siccitatem etiam ex intervallo quodam remotum ab igne fulminis exuri. Sæpenumero quidem soni exaudiuntur obscuri, tanquam draconis, cum fulgur deorsum fertur ac vel in hæc vel illa corpora irruit. Qui autem perhibent (de iis loquor quibus ejusmodi se obtulerunt inflammationes), se porcum grunnientem conspexisse, ut gregem caprarum balantem vel mugientem bovem, tam seipsos quam alios hæc audientes mendacio decipiunt. Nihil enim ejusmodi viderunt, sed imaginationes earum rerum a metu proficiscuntur. Quodsi fortasse dæmon ille præstigiator et invidus, serpentis indutus corpore, feram hanc, velut igne ipsam urgente, in animalia mansueta irruere facit, B cum inde usque ab initio invidia quadam prosequatur, non 61 hoc ita proferri putabitur, ut omnino sit rejiciendum; nam genus hoc ferarum sibi pro domicilio jam olim usurpavit, cum per id nos paradisi finibus ejecit; itaque nihil novum, si motus invidia cupit hac etiam terra nos expellere.

Ac de his quidem hactenus. Quodsi causam vis cognoscere, quamobrem feles et vespertiliones tantum noctu acutum videant, hanc illam esse scito. Sunt hæc animalia spiritu, quo cernendi vis continetur, sane pertenui prædita. Quapropter is noctu mediocriter ob solis absentiam condensatur et ad perceptionem rerum aspectabilium fit idoneus: C quippe interdiu tanquam subtilissimus dissipatur ac dispergitur. Idem et in aliis est videre, præsertim ipsis in leonibus. Quo fit ut splendorem radiorum solarium fugientes etiam inviti toto die latitent. Nam si absque hoc esset, libere utique per diem oberrantes haud exiguam hominibus occurrentibus noxam afferrent.

Hoc etiam disce, leonem vestigia sua contrahere, quoties ipsum aliqui persequuntur. Sic Dominus quoque noster in terram descendens adventus sui tempus contraxit diaboli causa, qui jamdudum virgines observabat. Catulus leoninus in lucem mortuus quidem editur, verum afflatu patris vitam accipit. Idem Deus initio fecit in Adamo, ac deinceps ipso etiam in Filio suo mortem nostri causa D perpesso. Quamobrem Jacobus dixit: « Corruens sopitus est ut leo, quasique catulus leoninus: quis excitabit eum [67]? » Nec quidquam absurdi eumdem tum leonem tum catulum leoninum appellari: nam Christus et rex et regis filius erat.

Lupus scyllam, plantæ speciem, vitat. Id cum vulpecula norit, apud hanc plantam dormiens cubat, si forte suas extra latebras degit, ne a lupis devoretur. Quodsi hoc vulpecula facit, multo magis nos

[67] Gen. XLIX, 9.

(14) Leunclavius minus apposite συστέλλειν τὰ ἴχνη de leone fugiente interpretari videtur *contrahere vestigia*, cum delere, abolere, abscondere, celare aut confundere rectius dici potuisset. Neque enim contraxit Christus adventus sui sive ἐνανθρωπήσεως tempus, sed abscondit celavitque ne diabolo notus esset. Quædam quoque ab eodem interprete minus commode reddita videbis in versione suo nitori restituta, quæ non est opus putidius ventilare.

adesse debemus iis quibus intellectilis ille lupus abigitur. Quænam illa? Preces et jejunium ; « Nam genus istud, inquit Christus, non nisi precibus et jejunio ejicitur [48]. »

ποιεῖ, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς ἐκείναις ὀφείλομεν συνεῖναι δι' ὧν ὁ νοητὸς λύκος διώκεται. Τίνα δὲ ταῦτα ; Προσευχὴ καὶ νηστεία · τὸ γένος γὰρ, φησὶ, τοῦτο οὐκ ἐκβάλλεται εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.

Camelopardalis in Libya conspici traditur. Ejus duorum animalium mistionis causa est ejus regionis siccitas et aquæ penuria : quippe animalia diversa variarumque specierum ad aquas congreganlur, quæ in Libya raræ sunt. Ita fit ut ipsis inter se coeuntibus feræ quædam multiformes procreentur.

Ἡ δέ γε καμηλοπάρδαλις ἐν Λιβύῃ καθορᾶσθαι ἱστόρηται. Αἰτία δὲ τῆς τοιαύτης ἐπιμιξίας ἡ τῆς χώρας ἀνυδρία · περὶ γὰρ τὰ ἐκεῖσε ὕδατα ὀλιγοστὰ ὄντα ἀθροίζεται πολυειδῆ ζῷα, κἀντεῦθεν ἀλλήλοις ἐπιμιγνυμένων αὐτῶν θηρία πολύμορφα τίκτεται.

Et animadvertito, dilecte fili, ejusmodi animalia composita, cujus generis sunt etiam muli, non esse vel ad conceptionem vel procreationem idonea. Quamobrem istuc? Quod ex diversis generibus constent, ac propterea vis gignendi in eis vitiata sit, consentanea id quidem ratione. Quippe nec terra initio rerum ea produxit ut animalia cætera (nam deinceps humana sollertia quadam et artificio **62** asinorum et equorum excogitata est conjunctio), nec vocem illam divinam audiverunt qua dictum est aliis : « Augescite ac multiplicamini [49]. » Quo fit ut procreandi vis in ipsis vitiata sit.

Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι τὰ τοιαῦτα σύνθετα ζῷα, καθὰ δὴ καὶ οἱ ἡμίονοι, οὐκ εὔθετά εἰσι πρὸς σύλληψίν τε καὶ γέννησιν. Τίνος ; ἕνεκεν ; Ὅτι ἐξ ἀλλοτρίων συνεστηκότα ταῦτα γενῶν διεφθαρμένην τὴν πρὸς τὸ τίκτειν ἀπειλήχασι δύναμιν. Καὶ εἰκότως · οὔτε γὰρ ἡ γῆ κατ' ἀρχὰς ἐξήγαγε ταῦτα, καθὰ δὴ καὶ τὰ λοιπὰ ζῷα (καὶ γὰρ ἐξ ἐπινοίας ὕστερον ἀνθρωπίνης ἡ τῶν ὄνων τε καὶ ἵππων ἐπενοήθη σύζευξις), οὔτε τῆς θείας ἐκείνης φωνῆς ἤκουσαν τῆς οὕτω λεγούσης, « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε. » Ἔνθεν τοι καὶ τὴν πρὸς τὸ τίκτειν δύναμιν διεφθαρμένην ἐσχήκασιν.

Unicorne animal est valde ferum, quod neque per venatores neque modo ullo alio capi potest. Nihilominus fera tam immanis ad feminam virginem, quæ splendidis induta sit vestibus et ornatu vario exculta, non tantum accedit, sed etiam ipsius ad genua procumbens quiescit. Idem tum in divinitate illa inaspectabili et incomprehensili tum vera solaque Virgine videre est; nisi enim templum hoc repertum esset purissimum, Deus in terris non conspectus nec cum hominibus versatus fuisset.

Ὁ μονόκερως ζῷόν ἐστι καὶ πάνυ ἄγριον, μήτε θηρατοῖς μήτε ἄλλως πως ἀγρευόμενον. Παρθένῳ δὲ γυναικὶ, καὶ ταῦτα λαμπρεσθείσῃ καὶ ποικίλως ἐστολισμένῃ, καὶ περιέρχεται τὸ δυσθήρατον ζῷον καὶ παρὰ τοῖς γόνασιν αὐτῆς ἀναπαύεται. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀοράτου καὶ ἀθηράτου θεότητος καὶ τῆς ὄντως καὶ μόνης Παρθένου ἔστιν ἰδεῖν · εἰ μὴ γὰρ ὁ καθαρώτατος οὗτος εὑρέθη ναὸς, οὐκ ἂν ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη.

Formica spicam conscendens olfacere consuevit, ac siquidem hordeum reperit, fugit inde seque ad tritici spicam confert. Hoc si formica facit, multo magis nos abhorrentem a veritate doctrinam cavere debemus, et ad triticum, doctrinam videlicet rectissimam, accedere. Quæ lupo sunt adversus oves inimicitiæ, possunt hinc etiam perspici. Si chorda lupina in cithara reperiatur, reliquæ de ovibus confectæ chordæ silent ac sonum nullum edunt. Idem videre est in tympanis. Quamobrem Deus rem adeo novam et insitatam initio rerum instituit? Ut inde clarius perspicerentur inimicitiæ, quas intellectilis ille lupus adversus oves Christi gerit ac exercet.

Ὁ μύρμηξ ἐπὶ τὸν στάχυν ἀνερχόμενος ὀσφραίνεται, καὶ ἐὰν χριθὴ, φεύγει ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὸν τοῦ σίτου στάχυν ἔρχεται. Εἰ δὲ ὁ μύρμηξ οὕτω ποιεῖ, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς τὴν ἑτεροδοξοῦσαν διδασκαλίαν φεύγειν ὀφείλομεν, ἐπὶ δὲ τὸν σίτου ἔρχεσθαι, τὸν ὀρθότατον δηλαδὴ λόγον. Εἰ γὰρ ἦν ὁ λύκος ἔχθραν πρὸς τὰ πρόβατα κεκτηται, κἀντεῦθεν ἔστιν ἰδεῖν · εὑρισκομένης γὰρ τῆς χορδῆς αὐτοῦ ἐν κιθάρᾳ, αἱ λοιπαὶ τῶν προβάτων χορδαὶ σιγῶσι καὶ οὐ φθέγγονται. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τυμπάνων ἔστιν ἰδεῖν. Τίνος δὲ χάριν τὸ παράδοξον τοῦτο γίνεσθαι κατ' ἀρχὰς συγκεχώρηται ; Ὡς ἐντεῦθεν ἀριδηλότερον φαίνεσθαι τὴν ἔχθραν ἣν ὁ νοητὸς λύκος πρὸς τὰ τοῦ Χριστοῦ θρέμματα κέκτηται.

Tradit Ælianus chamæleontem variis formis conspici, ut qui oculos se intuentium elidat, ad exemplum Satanæ, qui se in lucis angelum transformat. Verum Aristoteles ait maxime macrum et exilem esse chamæleontem inter animalia, quæ ova pariunt et terrestria sunt; idque propterea quod sanguinis perparum habeat. Hanc ipsam vult esse causam indolis animæ in hoc animali. Varias nimirum formas accipit formidinis causa : metus enim ex inopia caloris exsistit.

Ὁ μὲν οὖν Αἰλιανὸς λέγει τὸν χαμαιλέοντα ποικίλον φαίνεσθαι τῇ μορφῇ ἅτε τὰς τῶν ὁρώντων ὄψεις ἐκκρουόμενον, κατὰ μίμησιν τοῦ εἰς ἄγγελον φωτὸς μετασχηματιζομένου Σατάν. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης φησὶν ὅτι ἰσχνότατος ὁ χαμαιλέων τῶν ὠοτόκων καὶ πεζῶν, διότι ὀλιγαιμότατός ἐστι. Τοῦτο δὲ αἴτιον καὶ τοῦ τῆς ψυχῆς ἤθους τοῦ ζώου · πολύμορφον γὰρ γίνεται διὰ τὸν φόβον · ὁ γὰρ φόβος δι' ἔνδειαν θερμότητος.

[48] Matth. xvii, 20. [49] Gen. i, 22.

Ὁ ἄρρην ὗς χαυλιόδοντας ἔχει ὡς ὀξύτερος εἰς τὸ πλήτσειν, τὸ δὲ θῆλυ οὐκ ἔχει, ἐφ' ᾧ καὶ ἀμυνόμενον δάκνει. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τῶν ἐλάφων· ὁ μὲν γὰρ ἄρρην φέρει κέρατα, ἡ δὲ θήλεια οὐκέτι. Ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκτεμνόμενοι ὗες χαυλιόδοντας οὐκ ἔχουσι, διότι τὴν φύσιν πρὸς τὸ θηλυπρεπὲς μεταμείβουσι· καὶ γὰρ αἱ θήλειαι τούτων ἐστέρηνται.

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι αἱ ἄγριαι ὗες ἁπλῇ τροφῇ χρώμεναι (15) ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τίκτουσιν, αἱ δὲ ἥμεραι δὶς διὰ τὴν παχεῖαν δίαιταν. Αἱ πιανθεῖσαι ὗες λειποτριχοῦσι· πιαινόμεναι γὰρ σαρκοῦνται, μᾶλλον δὲ τοιαῦται αἱ πέπτουσαι, πέπτουσαι δὲ λείπονται τοῦ περιττώματος, αἱ δὲ τρίχες ἐκ τῶν περιττωμάτων.

Ἡ δὲ αἰτία δι' ἣν ὁ ὗς τε καὶ ὁ ἵππος ἀφρὸν παρὰ τῷ στόματι φέρουσιν, αὕτη. Ἡ θερμότης ὡσαύτως καὶ ἡ κίνησις λευκαίνειν εἴωθε τὰ ὑγρά (16). Καὶ ὅρα τὴν θάλασσαν· κινουμένη γὰρ ὑπ' ἀνέμων λευκαίνεται. Ὅρα τοὺς ὑποκαιομένους λέβητας. Ὅρα τὴν ἐν τῷ ἀέρι ὑγρότητα· χειμῶνος γὰρ ὑπ' ἀνέμων κινουμένη λευκαίνεται, λευκαινομένη δὲ διὰ τὴν τηνικαῦτα ψῦξιν πήγνυται, καὶ οὕτως ἡ χιὼν καταφέρεται· ἡ γὰρ χιὼν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ὕδωρ ἡμιπαγές. Οὕτω μὲν οὖν καὶ παρὰ τῷ σὺϊ καὶ ἵππῳ ὑγρὰ λεπτυνόμενα εἰς πομφόλυγας διὰ θερμότητα καὶ κίνησιν εἰς ἀφρὸν μεταβάλλονται.

Εἰ δὲ καὶ τὸν λόγον ἐθέλεις μαθεῖν οὗ χάριν οἱ κύνες μόνοι λυττῶσι κατά γε τὸ θέρος, σαφῆς ἰδοὺ καὶ οὗτός σοι πρόκειται. Λυττῶσιν οἱ κύνες διὰ τὴν πρόληψιν τῆς ξηρᾶς κράσεως. Φύσει δέ εἰσι ξηροί, καὶ πλέον τοῖς καύμασι. Θερμαινόμενα οὖν καὶ καταξηραινόμενα ἐκπυροῦται τὰ ἐν αὐτοῖς ὑγρά, κἀντεῦθεν διὰ τὴν ἄγαν ξηρότητα μαίνονται, καθάπερ οἱ φρενητιῶντες. Ὅθεν καὶ τὸ σίελον αὐτοῖς ἰῶδες γίνεται καὶ ξηρότερον. Ὅτι δὲ ἐκπυροῦνται, δῆλον ἔκ τοῦ ἀσθμαίνειν πυκνῶς καὶ πυρώδη τὰ ὄμματα ἔχειν καὶ ἠνεῳγμένον τὸ στόμα πρὸς ἔμψυξιν ἀέρος. Λυττῶσι δὲ οὐ πάντες οἱ κύνες, ἀλλ' ὅσοιπερ ἐν τούτοις ξηρότεροι. Τινὲς δέ φασι καὶ τὸν Κύνα τὸ ἄστρον συμβάλλεσθαι κατά τινα ἀπόῤῥοιαν τούτοις πρὸς τὴν λύσσαν. Λυττήσαντες, καθά φησι Παῦλος ὁ Σινόπτης (17), καὶ βρῶσιν καὶ πόσιν ἀποστρέφονται, σίελον δὲ καὶ δαψιλὲς καὶ ἀφρῶδες ἀφιᾶσι, καὶ ἄφωνοι τοὐπίπαν εἰσὶν, πρὸς δὲ καὶ ἄφρονες, ὡς μηδὲ τοὺς οἰκείους γνωρίζειν. Ἐφορμῶσι δὲ κατὰ παντὸς χωρὶς ὑλακῆς καὶ ὀάκνουσι, καὶ δάκνοντες, οὐδὲν ὀχληρὸν παραχρῆμα φέρουσι, πλὴν ὅσον ὀδύνην τὴν ἐκ τοῦ τραύματος. Ὕστερον δὲ πάθος ἐμποιοῦσι τὸ καλούμενον ὑδροφόβιον· φεύγουσι γὰρ τὸ ὕδωρ οἱ λυσσόδηκτοι καὶ ὁρῶντες αὐτὸ καὶ προσφερόμενοι. Ἔνιοι δὲ αὐτῶν καὶ ὥσπερ

(15) Ἀλλὰ καὶ . . . . χρώμεναι. Ex F.
(16) Ὡσαύτως . . . . τὰ ὑγρά. Ex eodem.
(17) In V. Παῦλος ὁ Σινώπης, sicque videtur in suo legisse Leunclavius : at in Clarom. et Fontisebr. Σινόπτης. Quid si Συνόπτης, aut quid ejusmodi? Nondum enim mihi de scriptore illo plane

A Aper dentes exsertos ac prominentes habet, ideoque acrius vulnerat; eos dentes femella desiderat, et propterea quoties se tuetur mordere consuevit. Itidem in cervis marem cornua gestare videmus, quæ in femina nulla sunt. Etiam apri castrati dentes exsertos non habent, quod ipsorum natura de virili in femineam degeneraverit, quæ ab iisdem, ceu dictum est, destituitur.

Præterea scito sues silvestres, quæ alimento simplici utuntur, semel in anno parere, cum cicures ob nutrimentum pinguius largiusque bis pariant. Eædem ubi pingues factæ sunt, setas ac pilos amittunt. Quippe cum pinguescunt, et jam magis carnosæ redduntur; carnosæ rectius etiam digerunt;
B quæ digerunt commode, parum **63** excrementi habent; de excrementis autem setæ ac pili exsistunt.

Cur aper et equus spumam circa os gerant, hæc causa est. Calor et motus ex æquo res humidas efficiunt albas. Vide quid mari accidat : cum a ventis commovetur, albescit. Inspice ollas, quibus ignis subjicitur. Intuere humorem, qui est in aere : agitatus a ventis hiberno tempore colorem album accipit; postquam albuit, ob frigus, quod est in aere, congelatur. Ita nix delabitur; nam ea nihil est aliud quam aqua semicongelata. Sic igitur et in apro ac equo humores minutas in bullas redacti per calorem et motum in spumam convertuntur.

C Quodsi rationem ejus quoque rei nosse desideras, quamobrem canes soli æstivo tempore sint rabiosi, luculente id ipsum hic tibi declarabo. Rabies infestat canes propter siccæ temperaturæ incrementum. Sunt enim a natura sicci, eaque siccitas per æstus augetur. Itaque humores in eis incalescentes et paulatim exsiccati velut inflammantur. Hinc fit ut nimiæ siccitatis causa in rabiem agantur, perinde atque illi qui exivere de potestate. Quo fit ut et salivam sicciorem et venenatam habeant. Et inflammari eos vel inde patet, quod frequentius anhelant, oculos habent flammeos et os apertum propter aeris refrigerationem. Nec rabies hæc canes omnes vexat, sed eos qui siccliores sunt. Nonnulli volunt sidus illud, quod Canem dicimus, nonnihil quasi
D defluxu quodam ad horum insaniam conferre. Cæterum postquam hac rabie correpti sunt, quemadmodum Paulus Sinopensis ait, tam cibum quam potum aversantur. Simul largam spumeamque saliva emittunt, et in universum muti sunt, ac tantopere desipiunt ut ne familiares quidem agnoscant, sed in quosvis absque latratu irruant et quosvis mordeant. Hic morsus non continuo quidquam secum affert ægritudinis aut molestiæ, præter eum qui ex ipsa re sentitur dolorem. Verum deinceps

constat, qua ætate floruerit. Suspicabar alias eumdem esse cum Paulo Silentiario, cujus exstant ἡμιάμβεια de Thermis Pythiis, et quædam epigrammata in Florilegio Maximi Planudis opera concinnato; verum donec uberior lux aliunde affulserit, satius est ἐπέχειν.

morbus accedit, quem hydrophobium, ab aquæ metu, vocant. Nam qui a canibus rabiosis morsi sunt, aquam reformidant, sive illam intueantur sive propius accedant. Nonnulli etiam canum more latrant et alios aggressi mordent, quo morsu malum ipsum propagant. Cæterum quæ reliquorum symptomatum causa sit patet. Nam cum venenum omnia membra et ipsum adeo cerebrum occupavit, hujusmodi symptomata secum adfert. At ejus rei, quod aquam metuant, causam aliqui nimiam ad siccitatem referunt, quasi prorsus ab humore sint abalienati. Rufus autem perhibet speciem melancholiæ quamdam eis accidere, nimirum veneno humorem illum imitante ob quem alii alia metuunt.

64 Et quid multis hic verbis opus est? Quemadmodum enim in melancholicis usuvenire videmus ut alii quidem animalia bruta sibi videantur esse ac propterea voces eorum imitentur, alii se vasa esse testacea credant et idcirco vehementer metuant ne confringantur, alii supra se delabi Atlantem existiment ideoque mirum in modum clament, ita consimile quidpiam cernere licet etiam iis accidere quos canes rabiosi momorderunt. Quippe venenum canis, ceu noxius humor, eorum occupato cerebro facit ut aquam metuant; in quo metu canis, a quo morsi sunt, imaginatio subit; eoque pacto ringuntur et tandem cum morte vitam commutant. Perhibetur quidem aliquando philosophus quispiam, qui esset admorsus a cane rabioso, balneum ingressus, conspecto in pelvi cane, nihil exterritus dixisse : « Quid cani commune cum balneo? » Sed de his satis.

Ursus carnem gignit, quæ neque figuram neque formam habet. Verum deinceps ore lambens articulos in ea efficit. Ejusdem catuli non lactantur uberibus, sed sugendo pedes suos augescunt. Et parit ante tempus ursa, quo cum mare congrediatur. Ipso in partu periculo non caret, ideoque noctu parturiens ursæ sidus inspectando observat, eoque pacto difficultatem partus mitigat. Vorax est admodum, cumque per hiemem in lustro suo sedet ac esurit, pedem lambendo se nutrit; quod quidem ei soli peculiare est inter animalia terrestria, sicut inter marina polypo.

Cum onagri mares gignunt, exsecant eorum virilia, ne procreent. Et animal hoc siccissimum est, ideoque sitibundum. Qua de causa Davides de aquis disserens, ait : « Sument eas onagri sitis suæ restinguendæ causa [50]. »

Vulpeculam nutrimenti laborantem inopia supinam jacere tradunt, quasi si foret mortua, simulque anhelitum retinere. Quamobrem hac ipsa de causa distentam conspicatæ volucres, in eam se demittunt velutique mortuam attingunt. Tum illa subito exsiliens, quæ mortua credebatur, aves comprehendit atque devorat.

Capra silvestris velocissimum animal est et in rupibus degit. Quodsi quis hanc venatorum persequatur, in cornua desilit nec detrimenti quidquam sentit.

[50] Psal. CIII, 11.

κύνες ὑλακτοῦσι καὶ δάκνουσιν ἐπιόντες, καὶ δάκνοντες αἴτιοι τοῦ αὐτοῦ πάθους κατέστησαν. Ἡ δὲ τῶν συμπτωμάτων αἰτία τῶν μὲν ἄλλων εὔδηλος· κατειληφὼς γὰρ ἰὸς τὰ μόρια πάντα καὶ αὐτὸν τὸν ἐγκέφαλον τοιαῦτα φέρει συμπτώματα. Τοῦ δὲ φοβεῖσθαι τὸ ὕδωρ τινὲς μὲν ἔφησαν διὰ τὴν ἄμετρον γίνεσθαι ξηρότητα, οἷα παντελῶς ἠλλοτριωμένης τῆς ὑγρᾶς οὐσίας· ὁ δέ γε Ῥοῦφος μελαγχολίας αὐτοῖς εἶδος τὸ τοιοῦτον ἀπεφήνατο γίνεσθαι, τοῦ ἰοῦ τὸν χυμὸν ἐκεῖνον μιμησαμένου καθ' ὃν ἄλλα πεφόβηνται. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Ὃν γὰρ τρόπον ἐπὶ τῶν μελαγχολικῶν οἱ μὲν ἄλογα ζῶα δοκοῦσιν εἶναι κἀντεῦθεν τὰς ἐκείνων μιμοῦνται φωνάς, οἱ δὲ σκεύη δοκοῦσιν εἶναι ὀστράκινα κἀκ τούτου κατεαγῆναι καὶ πάνυ δειλαίνονται, ἕτεροι τὸν Ἄτλαντα νομίζουσιν ἐπάνω πίπτειν αὐτῶν καὶ διὰ τοῦτο μέγα βοᾷν ἀναγκάζονται, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν λυσσοδήκτων ἔστιν ἰδεῖν. Ὁ γὰρ τοῦ κυνὸς ἰός, καθάπερ τις χυμὸς μοχθηρός, τὸν ἐγκέφαλον αὐτῶν κατασχὼν φοβεῖσθαι ποιεῖ τὸ ὕδωρ αὐτούς, φοβουμένους δὲ τὸν δακόντα κύνα φαντάζεσθαι, καὶ οὕτω σπᾶσθαι καὶ τελευτᾷν. Ταύτῃ τοι καὶ σοφόν τινα λυσσόδηκτον εἰσελθεῖν ἐν βαλανείῳ λέγουσι, καὶ ἰδόντα τὸν κύνα ἐν τῇ λεκάνῃ καὶ μὴ καταπτοηθέντα εἰπεῖν. « Τί κυνὶ κοινόν ἐστι καὶ βαλανείῳ; » Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Ἡ δέ γε ἄρκτος σάρκα τίκτει μήτε τύπον μήτε μορφὴν ἔχουσαν, τῷ δὲ στόματι λείχουσα ἄρθρα ἀποτελεῖ. Ἀλλὰ καὶ οἱ σκύμνοι αὐτῆς οὐ θηλάζουσι, μυζῶντες δὲ τοὺς πόδας αὐτῶν ἐντεῦθεν αὐξάνουσι. Τίκτει δὲ πρὸ τοῦ καιροῦ, ἵνα τῷ ἄρρενι συνέρχηται. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ τίκτειν κινδυνεύει ἡ ἄρκτος. Ἐν δὲ νυκτὶ ὠδίνουσα προσέχει τῷ τῆς ἄρκτου ἄστρῳ, καὶ οὕτω τίκτει εὐχερῶς. Πολυφάγος μὲν ἄρκτος ἐστίν, ἐν δὲ χειμῶνι παρακαθημένη τῷ φωλεῷ καὶ πεινῶσα λείχει τὸν πόδα καὶ τρέφεται. Μόνη δὲ αὕτη ἐν γῇ πάσχει τοῦτο, καὶ ἐν θαλάσσῃ ὁ πολύπους.

Quapropter multis jam demonstratum est ante transgressionem nulli prorsus affectioni naturali hominem obnoxium fuisse, ut qui concessæ per gratiam immortalitatis minime fuerit expers. Quo posito qui pati vel affici potuit? Nam si passus est, etiam necessario naturam mortalem ac interitui obnoxiam habebat. Enimvero ne hac in parte sic sentiamus, non modo sanctorum hominum a nobis indicatorum cœtus vetat, sed etiam synodus illa quæ Carthagine convenit. Ejus enim hæc verba sunt, canone 109: « Si quis dicit Adamum a Deo conditum esse mortalem ac non post peccatum prolapsum esse in interitum, exsecrabilis esto. » Quo fit ut minime mihi vel convenire vel pium esse videatur ad convellendam hanc sententiam Gregorii theologi verba producere. Quanquam enim is dicere videtur hominem illum principem fuisse terrenum corpore, cœlestem animo, caducum pari et immortalem, aspectabilem et intellectilem, medium inter magnitudinem et humilitatem, eumdem tam spiritum quam carnem, spiritum propter gratiam, carnem ob superbiam, illud quidem ut maneat suumque benefactorem celebret, hoc vero ut patiatur ac patiens commoneat propterque magnitudinem arroganter sibi placens castigetur ac eruditur, non tamen ita nos statuendum esse censemus, quando divina istæc verba nequaquam debere primum ad hominem referri existimamus. Qui enim hæc faciamus? cum theologum ipsum alibi audiamus ad verbum ita loquentem: **96** « Quandoquidem ob invidiam diaboli mors ingressa est mundum hominemque dolo circumscripsit, idcirco Deus homo factus passione nostra vexatur et afficitur. » Quæ sane verba considerari attente cupio. Nam si mors, uti noster hic Theologus loquitur, hominem dolo circumscripsit atque surripuit, omnino patet existimasse divinum hunc virum ante fraudem illam corporis etiam ratione hominem immortalem fuisse. Quodsi demus, quo tandem pacto dixit: « Ut patiatur, et patiens commoneat, propterque magnitudinem arroganter sibi placens castigetur ac eruditur? » Quippe quod est immortale, nequaquam sic comparatum est ut ullo modo pati possit. Quid multis verbis opus est? si passionibus homo fuit ante peccatum obnoxius, etiam necessario sequitur eum fuisse fluxum et caducum; si fluxus erat, perspicue patet mortalem quoque fuisse; si erat mortalis ab initio, restat interitum atque mortem ex inobedientia non esse ortam. Id vero, mea quidem opinione, nemo ra-

Δέδεικται οὖν ἐκ πολλῶν ὅτι πρὸ τῆς παραβάσεως οἱῳδήτινι φυσικῷ οὐχ ὑπέκειτο πάθει ὁ ἄνθρωπος, ἅτε δὴ τῆς κατὰ χάριν ἀθανασίας οὐκ ἀμοιρῶν. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἔπασχεν; εἰ γὰρ ἔπασχεν, καὶ θνητὸς ἂν ἐξ ἀνάγκης φύσεως ἦν καὶ φθαρτός. Ἀλλ' ἡμᾶς οὕτω φρονεῖν ἐπὶ τούτοις κωλύει μὲν καὶ ὁ τῶν διαληφθέντων ἁγίων χορὸς, κωλύει δὲ πλέον καὶ ἡ ἐν Καρθαγένῃ συστᾶσα σύνοδος ἐν ἑκατοστῷ ἐννάτῳ κανόνι αὐτῆς οὕτω λέγουσα· « Εἴ τις λέγει τὸν Ἀδὰμ θνητὸν πλασθῆναι παρὰ Θεοῦ καὶ μὴ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐλθεῖν εἰς φθοράν, ἤτω ἀνάθεμα. » Ταύτῃ τοι καὶ παράγειν ἐνταῦθα τὸν θεολόγον Γρηγόριον οὐκ εὐπρεπὲς ἡμῖν οὐδὲ ὅσιον ἡγηται. Εἰ γὰρ καὶ λέγειν ἔοικε τὸν ἀπ' ἀρχῆς ἄνθρωπον ἐπίγειον εἶναι τὸ σῶμα καὶ οὐράνιον τὴν ψυχὴν, πρόσκαιρον ὁμοίως καὶ ἀθάνατον, ὁρατὸν καὶ νοούμενον, μέσον μεγέθους καὶ ταπεινότητος, πνεῦμα καὶ σάρκα τὸν αὐτὸν, τὸ μὲν ἵνα μένῃ καὶ δοξάζῃ τὸν εὐεργέτην, τὸ δὲ ἵνα πάσχῃ καὶ πάσχων ὑπομιμνήσκηται καὶ παιδεύηται τῷ μεγέθει φιλοτιμούμενος, ἀλλ' οὐχ οὕτω δοκεῖ περὶ τούτου καὶ ἡμῖν, ὅτι μηδὲ τὰ θεῖα ταῦτα ῥητὰ τοῦ πρώτου χάριν ἀνθρώπου λελέχθαι νομίζομεν. Πῶς γὰρ, εἴγε καὶ μᾶλλον αὐτοῦ τοῦ θεολόγου λέγοντος ἀλλαχοῦ κατὰ λέξιν οὕτως ἠκούσαμεν· « ἐπεὶ δὲ φθόνῳ τοῦ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε καὶ ὑφεῖλε διὰ τῆς ἀπάτης τὸν ἄνθρωπον, διὰ τοῦτο τῷ ἡμετέρῳ πάθει Θεὸς γενόμενος ἄνθρωπος. » Ἀλλὰ προσέχειν ἐνταῦθα παρακαλῶ. Εἰ γὰρ ὑφεῖλε τὸν ἄνθρωπον, ὡς ὁ Θεολόγος φησὶ, διὰ τῆς ἀπάτης ὁ θάνατος, φαίνεται πάντως ὅτι πρὸ τῆς ἀπάτης ἀθάνατον εἶχε κατὰ τὸ σῶμα τὸν ἄνθρωπον ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἔλεγεν· « Ἵνα πάσχῃ καὶ πάσχων ὑπομιμνήσκηται καὶ παιδεύηται; » Τὸ γὰρ ἀθάνατον οἱῳδήτινι τρόπῳ πάσχειν οὐ πέφυκε. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; εἴγε καὶ πάθεσιν ὑπέκυπτε πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος, καὶ ῥευστὸς ἐξ ἀνάγκης ἦν· εἰ δὲ ῥευστὸς, ἐκεῖνος, εὔδηλον ὅτι καὶ θνητός. Εἰ δὲ θνητὸς ἀπ' ἀρχῆς ἦν, οὐ διὰ παραχορῆς λοιπὸν ἡ τε φθορὰ καὶ ὁ θάνατος. Ἀλλ' οὐκ ἄν, ὡς οἶμαι, τοῦτο εἴποι τις λογισμοῦ κύριος ὤν. Πῶς γὰρ, εἴγε καὶ ἀναθέματι τοὺς οὕτω φρονοῦντας ἡ διαληφθεῖσα καθυποβάλλει ἁγία σύνοδος; Ἄλλως τε εἰ πρόσκαιρον εἶναι πρὸ τῆς παραβάσεως ᾤετο τὸν Ἀδὰμ, πῶς αὐτὸν ἐπὶ κέρδει λαβεῖν ἔλεγε τὸν θάνατον ὕστερον; ἵνα γὰρ μὴ τὸ καλὸν ἀθάνατον ᾖ, διὰ τοῦτό φησι θανάτῳ τὸν Ἀδὰμ συγχωρηθῆναι πεσεῖν. Ἀλλὰ κἀνταῦθα προσέχειν ἄξιον. Φαίνεται γὰρ ὅτι πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος ἀθάνατος ἦν, ἐπεὶ πῶς; ἀθάνατον ἔμελλε μεῖναι

τὸ κακὸν, εἰ μή γε καὶ μετὰ τὴν ἀπάτην ὁ ἄνθρωπος ἀθανασίᾳ συζῆν ἔμελλε, καθὰ δὴ καὶ τὸ πρότερον; Συγκεχώρηται λοιπὸν ὁ ἀθάνατος, ὡς ἤδη προείρηται, θανάτῳ περιπεσεῖν, ἵνα μὴ ἀθάνατον ᾖ τὸ κακόν· ὃ δὴ καὶ κέρδος ὁ Θεολόγος ἐκάλεσεν. Ἀλλὰ μὴ δυσχέραινε τούτου ἕνεκεν. Εἰ γὰρ θνητὸς ὁ Ἀδὰμ καὶ πρὸ τῆς παραβάσεως ἦν, θνητὸς δὲ καὶ μετὰ τὴν παράβασιν, πότε λοιπὸν ἐδέξατο τοῦ θανάτου τὸ ἐπιτίμιον; πότε δὲ καὶ τοὺς δερματίνους ἠμφιάσατο χιτῶνας; Εὔδηλον οὖν ὅτι περὶ τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως τὸν λόγον ποιούμενος τῷ σώματι μὲν ἔλεγε πρόσκαιρον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἀθάνατον δὲ τῇ ψυχῇ. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ πάσχειν αὐτὸν ἔλεγε χάριν ὑπομνήσεως καὶ παιδεύσεως, ἐπεὶ πῶς ἂν ὑπέπιπτε πάθεσι τὸ σῶμα ἐκεῖνο τὸ μὴ δεόμενον ἐπικαλύμματος κἀντεῦθεν ἀπαθὲς γνωριζόμενον; Ἀντιλέγειν οὖν ἐπὶ πλέον οὐκ εὔλογον· εἰ γὰρ πρόσκαιρος ἦν ὁ Ἀδὰμ ἀπ' ἀρχῆς, εἰ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὑπῆρχε θνητὸς, οὐκ ἂν ὁ μέγας Παῦλος ἔλεγεν· « Ὀψώνιον τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος. » Ἔδειξε γὰρ ἐντεῦθεν ὅτι πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος ἀθάνατος ἦν. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ πασῶν λοιπὸν σωματικῶν ἀναγκῶν ὁ τοιοῦτος ὑπέρτερος.

tionis compos dixerit, quando sic sentientes indicata synodus exsecrationi subjicit. Quodsi Gregorius Adamum ante transgressionem putabat caducum fuisse, qui fit ut ei deinceps mortem lucri cujusdam instar accessisse dicat? Sic enim loquitur: ne malum perpetuum foret, Adamo Deus concessit ut per mortem exstingueretur. Quæ ipsa quoque verba considerari attentius merentur. Nam ex eis apparet fuisse hominem ante peccatum immortalem. Qui enim malum perpetuum futurum erat, si homo post deceptionem non eodem modo quo prius victurus erat in immortalitate? Itaque permittitur immortali, ceu jam ante diximus, ut per mortem interiret, ne malum perpetuum foret; quod ipsum Gregorius etiam lucrum appellavit. Nolim vero te hac disputatione perturbari. Nam si Adamus tam ante transgressionem quam post eam mortalis erat, quando tandem supplicio mortis est affectus? Quando pelliceas illas tunicas induit? Quapropter intelligi non obscure potest Gregorium de communi hominum natura disserentem dixisse hominem corpore caducum, animo immortalem esse. Nam eo respiciens ait ipsum pati commonefactionis castigationisque causa. Cæteroqui vero qui passionibus obnoxium esse corpus illud potuisset, quod tegumento vestituque nullo indigebat? Hoc ipso nobis argumentum suppeditante, quod passionum expers fuerit. Itaque non convenit hac in parte quemquam nobis diutius adversari. Si enim caducus fuisset ab initio, si ante peccatum mortalis, non eximius ille Paulus mortem esse peccati stipendium dixisset [77]; quibus verbis significavit hominem ante peccatum fuisse immortalem. Quod **97** si verum esse concedimus, sequitur eumdem omnibus corporeis necessitatibus superiorem exstitisse.

Ὡς εἶναι δῆλον ἐντεῦθεν ὅτι καὶ βρώσεως αἰσθητῆς ἄγευστος ἦν ὁ ἄνθρωπος ἀπ' ἀρχῆς. Εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ πάντων τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ φυτῶν ἐσθίειν ἐπέτρεψε τῷ Ἀδὰμ ὁ Θεὸς, ἀλλ' οὐμενοῦν ἐκεῖσε καὶ βρῶσις ἦν αἰσθητὴ καὶ ῥευστή. Καὶ τοῦτο προϊὼν ὁ λόγος ἀριδηλότερον δείξει σοι. Ἢ γὰρ, ὡς ὁ μέγας φησὶ πρὸς Ἀντίοχον Ἀθανάσιος, ἄφθαρτά εἰσι τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ φυτὰ, καὶ πῶς ὀδοῦσιν ἐτέμνοντο; πῶς ἐβιβρώσκοντο; τὸ γὰρ ἄφθαρτον οὔτε τέμνεσθαι πέφυκεν οὔτε βιβρώσκεσθαι. Ἢ φθαρτὰ ἐν τῷ παραδείσῳ, καθά τινες ὑποπτεύουσι, καὶ πῶς αὐτὰ τροφὴν ὁ Ἀδὰμ ἐποιεῖτο; δότωσαν ἐπὶ τούτοις ἀπόκρισιν. Ἢ γὰρ τὸ προσὸν αὐτῷ πηνικαῦτα σῶμα διαπνεόμενον ἦν ἅτε φθορᾷ καὶ ῥεύσει ὑποκείμενον, καὶ πεινῶν ἐξ ἀνάγκης ἦν· ἢ ἀδιάπνευστον ἔμενεν ὡς ἄρευστον ὑπάρχον καὶ ἄφθαρτον, καὶ τί τὸ καταναγκάζον αὐτὸ αἰσθητῆς ἅπτεσθαι βρώσιος; Ἀλλ' οὐκ ἔχοιεν ἄν τι καὶ λέγειν, εἴγε καὶ μᾶλλον ἀνώτερος ἦν ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ τῶν σωματικῶν ἀναγκῶν, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησί· πεῖνα γὰρ καὶ δίψα καὶ κόπος καὶ ὕπνος καὶ ὀδύνη καὶ φθορὰ, καθὰ δὴ καὶ προείρηται, μετὰ τὴν παράβασιν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον εἰσήλθοσαν (21). Ὅρα λοιπὸν νουνεχῶς, καὶ μὴ τοῖς ἔνθεν κἀκεῖθεν εὑρισκομένοις καὶ ἄλλα τε διηγουμένοις ἀπερισκέπτως ὑπάνοιγε τὰς ἀκοὰς, ἀποστρέφου

De quo porro colligitur hominem ab initio cibum sensilem non degustasse. Quanquam enim Deus Adamo potestatem in paradisi quaslibet arbores largitus est, non tamen inde sequitur esum istic sensilem ac fluxum fuisse, quemadmodum tibi clarius indicabitur ubi nonnihil progressa fuerit oratio. Nam uti magnus ille Athanasius ad Antiochum disserit, vel interitus expertes putari debent arborum paradisi fructus: et quo pacto dentibus secabantur? qui comedebantur? cum res interitus expers neque dividi neque comedi possit: vel interitui obnoxii, quemadmodum nonnulli existimant: et qui Adamus eos pro nutrimento usurpabat? Ad hæc nobis respondeant. Quippe corpus illud quod tunc habebat, vel erat perspirabile tanquam interitui ac fluxioni subjectum, ideoque necessario esuriebat; vel non perspirabile manebat tanquam fluxionis et interitus expers. Quo concesso quænam urgebat ipsum necessitas ut cibum sensilem sumeret? Enimvero nihil hic habituri sunt quod dicant. Potius existimandum hominem ad imaginem Dei conditum supra corporeas necessitates omnes positum fuisse, quemadmodum Chrysostomus loquitur. Nam fames sitis fatigatio somnus dolor interitus, sicut et antea monuimus, post transgres-

[77] Rom. VI, 23.

(21) *Εἰ γε..... εἰσήλθοσαν.* Ex V. et C

sionem hominum vitam occuparunt. Quamobrem A haec tibi prudenter considerandа sunt, nec hinc inde congestis et quævis exponentibus aures citra judicium adhibendæ : sed potius ea velut aspernanda proque nihilo ducenda rejicies, quemadmodum et nos paulo ante fecimus. Nam hujusmodi complura reperta lectaque a nobis inter fabulas retulimus. Quamobrem istuc? quod a recta doctrinæ Patrum sententia procul ea recedere judicaremus. Quare noli cibum in paradiso fluxum existimare, nec scriptis adeo jejunis animum adverte, quando Litteræ sacræ sæpius alia per alia declarant atque docent. Ejus generis sunt hæ voces : « Formavit hominem Deus sumpto de terra pulvere [78]. » Item illa : « Afflavit in faciem ejus spiritum vitalem [79]. » Et hæc : « Inambulabat a meridie Deus in paradiso. » Nam istæc prorsus deo corporis experti non conveniunt, quæ tamen ita litteræ sacræ, imbecillitati nostræ semet accommodantes, protulerunt. Nisi enim hoc demus, absurda multa consequentur. Nimirum os deo tribuemus et manus et pedes aliaque talia. Nam si manibus carebat, qui fingebat hominem? si ore carebat, qui afflabat in faciem ejus? si pedibus carebat, cur aiunt litteræ sacræ **98** in paradiso eum a meridie inambulasse? At enim hæc omnino locum non habent. Nam sacrorum ille Patrum cœtus supervenit, qui hujusmodi dicta enarraret, nosque doceret quo illa pacto sint accipienda, ne pro arbitro lubituque nostro oberrantes per præcipitia collaberemur ac procul a via recta deflecteremus.

Sic ergo de arbore cognitionis existimare te par C est, licet opinionum diversitas quædam incidat. Divinus quidem ille vir, Isidorus Pelusiensis, ita de hac re disserit. Christus ficum exsecratur, ut Judæis ostenderet se etiam afficere supplicio posse. Subest autem huic rei quædam arcana ratio, quam a sanctis sapientissimis accepimus, nimirum illud transgressionis lignum fuisse, cujus foliis transgressores pro tegumento utebantur. Hoc lignum benigna quadam ex affectione Christus exsecrabatur, ne videlicet ampliorem fructum, qui foret deliciis causa, ferret. Joannes autem Damascenus, rerum ille divinarum peritissimus, cibum paradisi vocat agnitionem divinam. Largitur enim Deus quidem Adamo potestatem in omnes paradisi arbores, verum non cibi causa, sed uti hoc modo D ad ipsum opificem deduceretur. Quippe de magnitudine ac venustate creaturarum, ut Sapiens ait [80], opifex earum agnosci consuevit. Ac vide mihi, obsecro, qui divinus hic Joannes dicta de paradiso accipiat, et quid de iis tradat. Aiunt sacræ litteræ : « Omnibus paradisi arboribus vesceris. » Per omnia creata scilicet ad me opificem conscendes, unumque de omnibus fructum percipies, nimirum me, qui reapse vita sum. Omnia tibi vitæ fructum proferant, adeoque quod exsistis nihil esse putabis aliud quam mei fruitionem. Atque hæc illi tradide-

Οὐκ ἐστιν· ἔφθασε γὰρ ὁ τῶν ἁγίων Πατέρων χορὸς ἐπελθεῖν τὰ τοιαῦτα θεῖα ῥητὰ, καὶ διδάξαι ἡμᾶς ὅπως ἐκλαμβάνειν αὐτὰ χρὴ, καὶ μὴ τῷ οἰκείῳ θελήματι παραφυρομένους ἄλλεσθαί τε κατὰ κρημνῶν καὶ τῆς εὐθείας πόρρω που φέρεσθαι.

Οὕτω μὲν οὖν καὶ περὶ τοῦ φυτοῦ ἐκείνου, τοῦ ξύλου δηλονότι τῆς γνώσεως, διανοεῖσθαί σε ἄξιον, εἴγε καὶ διαφωνίαν ἐπί τούτοις τινὰ παρεμπίπτουσαν ἔχομεν. Αὐτίκα γὰρ ὁ θειότατος Ἡσίδωρος ὁ Πηλουσιώτης οὕτως εὕρηται περὶ τούτου διεξιών. « Καταρᾶται μὲν τὴν συκῆν ὁ Χριστὸς, ἵνα δείξῃ τοῖς Ἰουδαίοις ὅτι καὶ κολάζειν δύναται. Ἅμα δέ τις τούτῳ καὶ ἀπόῤῥητος συμπέπλεκται λόγος, παρὰ γερόντων σοφῶν εἰς ἡμᾶς διαφοιτήσας, ὅτι τὸ ξύλον τῆς παραβάσεως τοῦτο ἦν, οὗ καὶ τοῖς φύλλοις οἱ παραβάντες εἰς σκέπην ἐχρήσαντο. Καὶ κατηράθη παρὰ Χριστοῦ φιλανθρώπως μηκέτι ἐνεγκεῖν αἴτιον ἁμαρτίας. » Ὁ δὲ τὰ θεῖα σοφὸς Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς βρῶσιν ἐπὶ παραδείσου τὴν θείαν εἶπεν ἐπίγνωσιν. Δίδωσι γὰρ ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ ἐξουσίαν πάντων τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ φυτῶν, πλὴν οὐ βρώσεως ἕνεκεν, ἀλλ' ἵνα πρὸς αὐτὸν ἐντεῦθεν τὸν δημιουργὸν ἐπανάγηται· ἀπὸ γὰρ μεγέθους γὰρ καὶ καλλονῆς κτισμάτων, ὡς που φησι Σολομών, ὁ δημιουργὸς αὐτῶν ἐπιγινώσκεσθαι εἴωθεν. Καὶ ὅρα πῶς, ἐκλαμβάνει περὶ παραδείσου ὁ θεῖος οὗτος Ἰωάννης, καὶ τί φησιν ἐπ' αὐτοῖς. « Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγῃς. Διὰ πάντων, λέγω, τῶν κτισμάτων ἐπ' ἐμὲ τὸν ποιητὴν ἀναβιβάσθητι, καὶ ἕνα καρπὸν ἐκ πάντων κάρπωσαι, ἐμὲ τὴν ὄντως ζωήν. Πάντα σοι ζωὴν καρποφορείτω, καὶ τὴν ἐμὴν μέθεξιν τοιοῦτος τῆς οἰκείας ὑπάρξεως σύστασιν. » Καὶ

[78] Gen. II, 7. [79] Gen. III, 8. [80] Sap. XIII, 5.

(22) Ὁ τοῦ ὀρθοδόξου . . . . . λέξεσιν. Ex F.

οὗτοι μὲν οὕτως, ὁ δὲ θειότατος Γρηγόριος ὁ Νύσσης A οὕτω κατὰ ῥῆμα διέξεισιν, ὅτι τὸ ἀπηγορευμένον ἐκεῖνο τῇ βρώσει ξύλον οὔτε συκῆν, ὡς τινές φασιν, οὔτε τι τῶν ἀκροδρύων ἕτερον εἶναι πεπείσμεθα. Εἰ γὰρ καὶ περὶ βρώσεως αἰσθητῆς ἐνταῦθα δοκεῖ λέγειν ὁ θεόπτης Μωσῆς, ἀλλ' ἐγὼ, φησὶ, τῆς ἁγίας ἀκούων Γραφῆς οὐ μόνον σωματικὴν ἐπίσταμαι βρῶσιν, ἀλλά τινα καὶ ἑτέραν οἶδα τροφὴν, ἧς ἡ ἀπόλαυσις ἐπὶ μόνην τὴν ψυχὴν διαβαίνει. Φάγετε καὶ γὰρ τὸν ἐμὸν ἄρτον, ἡ σοφία τοῖς πεινῶσι παρακελεύεται, καὶ πίετε οἶνον ὃν κεκέρακα ὑμῖν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Κύριος τὴν Σαμαρειτῶν ὑπεμφαίνων σωτηρίαν ἔλεγε « Βρῶσιν ἔχω φαγεῖν ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, » καὶ ἀλλαχοῦ « Ὁ διψῶν ἐρχέσθω πρός με καὶ πινέτω. » Οὐκοῦν τῆς φυσείας τῆς ἐν Ἐδὲμ (τρυφὴ δὲ ἡ Ἐδὲμ ἑρμηνεύεται) ἄξιόν τινα καρπὸν ἐννοῆσαι προσήκει, B καὶ τρέφεσθαι διὰ τούτου μὴ ἀμφιβάλλειν τὸν ἄνθρωπον, καὶ μὴ πάντως τὴν παροδικὴν καὶ ἐπίῤῥυτον ταύτην τροφὴν ἐπὶ τῆς τοῦ παραδείσου διαγωγῆς ἐννοεῖν. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ θειότατος Ἀναστάσιος νοερὰν εἶναι βούλεται τὴν βρῶσιν ἐκείνην, οὐ μὴν αἰσθητήν τε καὶ σαρκικήν. Εἰ γὰρ τοιαύτην ἐσήμανε βρῶσιν τὰ θεῖα ῥητὰ, καὶ σαρκικῶς ἀπέθνησκον οἱ ταύτης ἀπογευόμενοι· νοερῶς δ' οὖν ἡμαρτηκότες τὸν τῆς ψυχῆς αὐτίκα δέχονται θάνατον. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος τὸ φυτὸν ἐκεῖνο, τὸ ξύλον δηλονότι τῆς γνώσεως, θεωρίαν εἶναι ἔφησεν, τουτέστι γνῶσιν τελεωτέραν τινὰ, ἧς ἐπιβαίνειν οὐκ ἀσφαλὲς τοῖς γε λιχνοτέροις τὴν ἔφεσιν. Πρόσεχε οὖν. Δέδεικται γὰρ ἐκ πολλῶν ὅτι βρώσεως αἰσθητῆς ἐν τῷ παραδείσῳ οὐκ ἦν ἐνδεὴς ὁ Ἀδάμ· ἀθάνατος γὰρ ὑπὸ Θεοῦ παραχθεὶς οὐκ ἦν οὐδενὸς ἐνδεής. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; εἰ καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀγγέλων ἐν τῇ ἀναστάσει ζήσεται ὁ ἄνθρωπος (« καὶ ἔσονται, » γάρ φησι « πάντες ὡς ἄγγελοι Θεοῦ »), ἡ δὲ τῆς ἀναστάσεως χάρις οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν κατά γε τοὺς θείους Πατέρας ἢ πρὸς τὸ ἀρχαῖον τῶν πεπτωκότων ἀποκατάστασις, εὔδηλον πάντως ὅτι πρὸ τῆς παραβάσεως ἰσάγγελον εἶχε τὴν ζωὴν ὁ Ἀδάμ, μήτε βρώσει μήτε πόσει, καθάπερ εἴρηται, χρώμενος, ὅτι μηδὲ παρὰ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῖς τοιοῦτόν τι τεθεώρηται. Μὴ τοίνυν ἐν παραδείσῳ τὸν ἄνθρωπον αἰσθητῆς ἐμφορεῖσθαι νόμιζε βρώσεως, ὅτι μηδὲ χρείαν εἶχε ταύτης ἐκεῖσε διά γε τὴν αὐτῷ τηνικαῦτα προσοῦσαν ἀπάθειαν. Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις ἀμφιβάλλειν οὐκ ἔπρεπεν. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ φυσικὰ ταῦτα πάθη, πεῖνα λέγω καὶ δίψα κόπος ὕπνος ὀδύνη λύπη καὶ τὰ λοιπὰ, μετὰ τὴν παράβασιν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον εἰσήλθοσαν, ὡς ὁ λόγος ἤδη φθάσας ἐγνώρισεν, φαίνεται πάντως ὅτι πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος οὐκ εἶχε τὸ καταναγκάζον αὐτὸν αἰσθητῆς ἅπτεσθαι βρώσεως. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; εἴ γε τροφῆς ἦν ἐνδεὴς ὁ ἄνθρωπος ἀπ' ἀρχῆς, ὥς τινες ὑπειλήφασι, καὶ πεινῶν ἂν ἐξ ἀνάγκης ἦν καὶ διψῶν καὶ κοιμώμενος. Εἰ δὲ τοιοῦτος ἐκεῖνος ἦν, εὔδηλον πάντως ὅτι θνητὸς ἦν ἀπ' ἀρχῆς καὶ φθαρτός· ἀδύνατον γὰρ ἄφθαρτον διαμένειν, ὡς ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησὶ, τὸν αἰ-

runt. Nysseni autem Gregorii leguntur hæc ipsa verba. Lignum illud de quo ne vesceretur interdictum erat, nec ficum fuisse, quod quidam volunt, nec aliam fructiferam arborem persuasi sumus. Quanquam enim spectator ille Dei Moses de sensili cibo hic loqui videtur, ego tamen dum sacras Litteras audio, non tantum corpoream quamdam escam agnosco, sed etiam nutrimentum aliud esse scio, cujus fruitio solam ad animam pertinet. Hortatur enim hisce verbis esurientes Sapientia : « Vescimini nec pane, vinumque bibite, quod vobis miscui [81]. » Quin etiam dominus Samaritanorum salutem indicans : « Cibum, inquit, habeo quo vescar, vobis haud cognitum [82]. » Item alibi : « Qui sitit, ad me veniat ac bibat [83]. » Quamobrem consitori Edenis (quæ vox delicias denotat) B conveniens quidam fructus accommodandus est, quo pasci 99 hominem non dubitemus : nequaquam vero cogitandum in paradisi vita fuisse nutrimentum aliquod transitorium, quoque per vices ingeretur. Eodem modo divinus vir Anastasius cibum illum vult intellectilem fuisse, non sensilem atque carnalem. Nam si cibum ejusmodi Litteræ sacræ designarent, etiam carnaliter primi homines illo degustato mortem obiissent. At vero mentis ratione cum deliquerint, ideirco mox animæ mortem oppetunt. Eodem modo Gregorius etiam theologus arborem illam, scientiæ videlicet lignum, contemplationem ait esse, hoc est perfectionem C quamdam cognitionem, ad quam contendere velle non tutum est iis, quorum cupiditas plus æquo est avida. Igitur animadvertas esse probatum complurium auctoritate, non egisse Adamum in paradiso cibo quodam sensili. Quippe cum immortalis a Deo conditus esset, rei nullius indigebat. Et quid hæc ego prolixius tracto? Si ad angelorum similitudinem in resurrectione victurus est homo, quemadmodum perscriptum legimus : « Erunt omnes tanquam angeli Dei [83a], » et vere si resurrectionis beneficium de sententia divinorum Patrum nihil est aliud quam lapsorum ad conditionem pristinam restitutio, intelligi perspicue potest Adamum ante transgressionem vitam angelicæ parem egisse, nec cibo nec potu, ceu diximus, D usum, quando quid ejusmodi nec in angelis locum habet. Quapropter existimare noli hominem in paradiso sensili nutrimento se satiasse, quandoquidem istic eo non indigebat propterea quod omnis tum affectionis esset expers. Enimvero neminem hac in parte ambigere conveniebat. Nam cum affectiones illæ naturales, fames, inquam, et sitis et fatigatio et somnus et dolor et mœror, et cætera, post transgressionem primum vitam humanam invaserint, ut superiori oratione docuimus, patet omnino ante peccatum hominem causæ nihil habuisse, quæ ipsum ad sumendum sensilem quemdam cibum cogeret. Quid prolixa indicatione opus

[81] Prov. ix, 5. [82] Joan. iv, 32. [83] Joan. vii, 37. [83a] Matth. xxii, 30.

est? Si homo ab initio nutrimenti egebat de quorumdam opinione, nimirum necessario sequitur etiam ipsum esuriisse, frigus pertulisse, dormiisse. Si talis erat, manifestum est etiam ab initio fuisse mortalem et interitui obnoxium; nequit enim fieri, quemadmodum Joannes Damascenus ait, ut expers interitus maneat qui cibo sensili fruitur. Missos igitur illos facies, quando superius indicata synodus ita nos de homine sentire non patitur, cujus hæc expressa verba sunt: « Si quis dicit Adamum a Deo conditum esse mortalem, ac non post peccatum prolapsum esse in interitum, exsecrabilis esto. » Ac de his quidem in hunc modum disputatum esto.

A σθητῆς βρώσεως ἐν μετουσίᾳ γενόμενον. Ἀλλ' ἄφες αὐτούς· ἡ γὰρ ἀναγεγραμμένη ἁγία σύνοδος οὕτω περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου φρονεῖν οὐδαμοῦ συγχωρεῖ. Διέξεισι γὰρ οὕτω κατὰ λέξιν, « εἴ τις λέγει τὸν Ἀδὰμ θνητὸν πλασθῆναι παρὰ Θεοῦ, καὶ μὴ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐλθεῖν εἰς φθοράν, ἤτω ἀνάθεμα. » Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

100 Cæterum nihilominus sevit ejusmodi arborem Deus in paradiso, de qua vesci Adamum vetuit. Quamobrem istuc? ut hinc tantorum bonorum suppeditatorem agnosceret, seque Domino subjectum sciret (libet enim cum Chrysostomo loqui), neu quid ei tale accideret cujusmodi lapso Lucifero usuvenit, qui concessam sibi gloriam ac splendorem ferre non potuit. At enim quid secundum hæc factum? mandatum transgreditur Adamus, ex arbore decerpit, illico nudus efficitur, interitui fit obnoxius, paradiso ejicitur, cum Eva cubat, tres filios gignit, Cainum, Abelum, Sethum.

Φυτεύεται δὲ ὕμως ἐν παραδείσῳ καὶ τοιοῦτον φυτὸν, ἀφ' οὗ κεκώλυται μὴ φαγεῖν ὁ Ἀδάμ. Τίνος ἕνεκεν; Ὡς ἐντεῦθεν ἐπιγινώσκειν τὸν τοσούτων ἀγαθῶν παροχέα, καὶ ὡς ὑπὸ Δεσπότην αὐτός ἐστι, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, καὶ μὴ τοιοῦτον παθεῖν ἐξ ἀπονοίας ὁποῖον ἔπαθεν ὁ πεσὼν Ἑωσφόρος, τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ λαμπρότητα μὴ δυνηθεὶς ἐνεγκεῖν. Ἀλλὰ γὰρ τίνα τὰ μετὰ ταῦτα; Παραβαίνει τὴν ἐντολὴν, ἅπτεται τοῦ φυτοῦ, γυμνοῦται τηνικαῦτα, φθορᾷ περιπίπτει, τοῦ παραδείσου ἐκβάλλεται, γινώσκει τὴν Εὔαν, γεννᾷ τρεῖς υἱοὺς, τὸν Κάϊν τὸν Ἄβελ καὶ τὸν Σήθ.

Atque hic mihi prudenter animum advertito, dilecte fili, neve transversum agi te ab iis patitor qui hujusmodi proferunt: Si norat Deus Adamum mandato non pariturum ideoque paradiso ejiciendum, quamobrem ipsum condidit? Etenim vel eum condere non debebat, vel prohibere ne conditus cibum illum vetitum attingeret. Has opiniones qui sequuntur, missos facito, ac Gregorio potius Nyssæ præsuli fidem adhibeto, cujus hæc verba sunt. Deus ille qui omnia novit, haud ignorabat e bono exorbitaturum hominem; neque tamen hoc impedivit. Quemadmodum enim exorbitationem prospiciebat, sic et revocationem ejus ad bonum cognitam habebat. Quid ergo? præstabatne prorsus naturam nostram in ortum non producere, quando norat hominem Deus a bono aberraturum: an conditum et in morbum prolapsum rursus ad primam gratiam per pœnitentiam revocare? Præferendum omnino hoc alterum, præsertim cum constet Deum voluisse suæ bonitatis causa genus humanum in ortum producere, quamvis in confesso sit eum deflexionem quoque hominis a cursu recto prævidisse. Quodsi hanc ob causam hominem condidit, sequitur de Joannis Damasceni sententia bonitatem divinam a pravitate nostra victam esse. Quippe Deus omnia, quæ facit, bona facit, cum nostrum quilibet arbitratu et electione propria vel ad bonum vel ad malum deflectat. Quanquam enim Dominus dicat: « Præstabat illi homini non esse natum [84], » non tamen hoc ita profert, quasi proprium opificium vituperet, sed indicare vult eam vitiositatem, quæ opificio divino deinceps ipsiusmet voluntate accessit. Quippe in hoc homine propriæ voluntatis nequitia fecerat ut ei beneficium opifi-

B

C

D

Ἀλλὰ γὰρ τίνα τὰ μετὰ ταῦτα; Παραβαίνει τὴν ἐντολήν τε παραβαίνοντα καὶ τοῦ παραδείσου τηνικαῦτα ἐκπίπτοντα, τί δήποτε παρήγαγεν αὐτόν; Ἢ γὰρ ἔδει μὴ παραγαγεῖν αὐτὸν, ἢ παραχθέντα κωλῦσαι τῆς ἀπηγορευμένης ἐκείνης βρώσεως. » Ἄφες αὐτούς, εἶγε τὰ τοιαῦτα φρονοῦσι, πείθου δὲ μᾶλλον τῷ θειοτάτῳ Γρηγορίῳ τῷ Νύσσης οὕτω λέγοντι. « Ὅτι μὲν ἐκτραπήσεται τοῦ ἀγαθοῦ τὸ ἀνθρώπινον, οὐκ ἠγνόησεν ὁ τὰ πάντα εἰδὼς Θεός. Οὐκ ἐκώλυσε δέ· ὥσπερ γὰρ τὴν παρατροπὴν ἐθεάσατο, οὕτω τὴν ἀνάκλησιν αὐτοῦ πάλιν τὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν κατενόησε. Τί οὖν; Ἄμεινον ἦν καθόλου μὴ ἀγαγεῖν τὴν φύσιν ἡμῶν εἰς γένεσιν, ἐπειδὴ τοῦ καλοῦ διαμαρτόντα προέγνω τὸν ἄνθρωπον, ἢ παραχθέντα καὶ νενοσηκότα πάλιν πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς χάριν διὰ μετανοίας ἐπανακαλέσασθαι; Πάντως τὸ δεύτερον. Ἄλλως τε διὰ τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα παραγαγεῖν ὁ Θεὸς ἠθέλησε τὸ ἀνθρώπινον, ὁμολογουμένως δὲ προεῖδε καὶ τὴν γενησομένην αὐτοῦ παρεκτροπήν. Εἴπερ οὖν οὐ παρήγαγε διὰ τοῦτο τὸν ἄνθρωπον, ἕνεκα δὲ λοιπὸν ἡ κακία ἡμῶν, ὡς ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησὶ, τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ. Πάντα μὲν οὖν καλὰ ποιεῖ ὁ Θεὸς, ὅσα δὴ καὶ ποιεῖ, ἕκαστος δὲ ἡμῶν ἐξ οἰκείας προαιρέσεως ἐκκλίνει πρός γε τὸ καλὸν ἢ τὸ κακόν. Εἰ γὰρ καὶ « συνέφερε τῷ ἀνθρώπῳ εἰ οὐκ ἐγεννήθη » φησὶν ὁ Κύριος, ἀλλ' οὐ τὴν οἰκείαν δημιουργίαν κακίζων ἔλεγεν, ἀλλὰ τὴν ἐξ οἰκείας προαιρέσεως ἐπιγενομένην τῷ κτίσματι αὐτοῦ κακίαν. Ἡ γὰρ τῆς οἰκείας γνώμης ῥᾳθυμία ἄχρηστον αὐτῷ τὴν τοῦ δημιουργοῦ εὐεργεσίαν ἐποίησε, ὥσπερ οὖν καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἔστιν ἰδεῖν. Καὶ πρόσχες, εἰ βούλει, τοῖς λεγομένοις. Εὐεργετῆσαι θέλων ὁ βασιλεὺς τῶν ὑπὸ χεῖρά τινα

[84] Matth. xxvi. 24.

μεγίστην αὐτῷ ἐγχειρίζει ἀρχήν. Καὶ ὃς αὐτίκα πρὸς τὸ ὕψος ἀπιδὼν τῆς ἀρχῆς, καὶ μὴ δυνάμενος ἐνεγκεῖν, ἐπαίρεται καθ' ἑαυτὸν, ἡσυχῇ καθῆσθαι οὐκ ἀνέχεται, φαντάζεται τὰ ὑπὲρ αὐτὸν, τυραννίδι κέχρηται καὶ εἰς ἀποστασίαν χωρεῖ. Τί τὸ ἐπὶ τούτοις; Ἄχθεται ὁ βασιλεὺς οὐ μικρῶς ἐπὶ τῷ πράγματι, δυσχεραίνει. Τί τοῦτο; Λέγει· πῶς ὁ ἀχάριστος τὴν ἐπελθοῦσαν αὐτῷ δόξαν εἰς ἀδοξίαν μετέτρεψε; Καὶ θέλει μὲν μὴ καθελεῖν τὸν ἀγνώμονα, καταφρονῆσαι δὲ ὅμως τῆς τυραννίδος οὐ δύναται. Χειροῦται τὸν ἀποστάτην λοιπὸν, τῆς ἀξίας ἀπογυμνοῖ καὶ δριμείαις ὑποβάλλει ποιναῖς, ἐνίοτε δὲ καὶ τῆς παρούσης ὑπεξάγει ζωῆς. Συνέφερε λοιπὸν αὐτῷ μὴ δέξασθαι παρὰ βασιλέως ἀρχὴν, εἴπερ ἀπονοίας αὐτοῦ τοιαῦτα παθεῖν ἐκινδύνευσε. Πρόσεχε οὖν, ἀγαπητὲ, καὶ μὴ συναρπάζου τοῖς ἐπιχειροῦσι τὰς θείας οἰκονομίας πολυπραγμονεῖν. Οὐ γὰρ ἡ εὐεργεσία τοῦ Θεοῦ πρόξενος ἡμῖν γίνεται τῶν δεινῶν, ἀλλ' ἡ ῥᾳθυμία πάντως ἡμῶν καὶ ἡ κατὰ γνώμην ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁρμή.

A cis non prodesset Licet id etiam in nostris rebus conspicere, ac siquidem libebit, animum exemplo, quod indicabimus, advertito. Fac esse regem quemdam, qui aliquem e subditis beneficentia singulari cohonestare volens **101** magistratum ei maximum tradat. Ille mox ad præfecturæ suæ sublimitatem respiciendo, cum ejus molem sustinere nequeat, apud semetipsum animo efferri, quiete vivere non posse, majora se cogitatione concipere, tyrannidem usurpare, ad defectionem progredi. Quid secundum hæc? rex indignari, rem non parum moleste ferre, secum ipse dicere: quid hoc? itane homo ingratus gloriam, quam a nobis est consecutus, cum infamia commutavit? Simul eo præditus est animo ut immemorem beneficii perdere B nolit; neque tamen usurpationem tyrannidis omnino negligere possit. Quapropter desertorem suam in potestatem redigit, dignitate spoliat, pœnis gravibus subjicit, nonnunquam et vitam ei adimit. Ejusmodi homini expediat magistratum potius a rege non accepisse, quam insania propria talibus se malis et periculis exponere. Fac igitur considerate agas, dilecte fili, nec abripi te cum illis patere qui consilia divina curiose perscrutari conantur. Nam Dei beneficentia nequaquam mala nobis conciliat, sed omnino secordia nostra spontaneaque ad vitium inclinatio.

Ἀλλ' οὐδὲ κωλῦσαι τὸν ἄνθρωπον ἔπρεπεν, ἡνίκα τὸ φυτὸν ἐπεχείρει φαγεῖν. Πῶς γὰρ, εἴπερ αὐτεξούσιος ἦν; Εἰ γὰρ ἀναστέλλειν ἔμελλε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, ἡνίκα τοῦτον ἑώρα τῆς εὐθείας ὁδοῦ πόρρω φερόμενον, ποῦ λοιπὸν ἐθεωρεῖτο τὸ πρόσον αὐτῷ λογικόν; Ποῦ δὲ τὸ αὐτεξούσιον, εἴ γε τῆς ἀλόγου φύσεώς ἐστι τὸ ἀβουλήτως ὧδε κἀκεῖσε περιάγεσθαί τε καὶ μεταφέρεσθαι; Εἴπερ ἐκωλύετο μὴ ἁμαρτάνειν ὁ ἄνθρωπος, ποῦ λοιπὸν ἡ ἀρετή; Ποῦ δὲ καὶ οἱ διὰ ταύτην διδόμενοι στέφανοι; Κατὰ τί δὲ καὶ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἔπαθλον αὐτῷ πρόκειται, εἴγε μὴ σπουδῇ καὶ βίᾳ καὶ ἀγαθῇ προαιρέσει τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο μέτοχος; Οὐκ ἔδει κωλύειν αὐτὸν, ἵνα μὴ τοῖς ἀλόγοις ὁ λογικὸς ἐναρίθμιος γένηται, ἅτε δὴ μὴ κεκτημένος τὴν χάριν τῆς αὐτεξουσιότητος. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ μέγας Βασίλειος οὕτω φησίν· « Ὁ λέγων, ἵνα τί μὴ κατεσκεύασεν ἀναμαρτήτους ἡμᾶς ὁ Θεὸς, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν ἄλογον φύσιν τῆς λογικῆς προτιμᾷ καὶ τὴν ἀκίνητον καὶ ἀνόρμητον τῆς προαιρετικῆς καὶ ἐμπράκτου. »

Nec conveniebat Deum hominem impedire, cum vesci de arbore conabatur. Cur enim id faceret, qui hominem libertate voluntatis præditum creaverat? quippe si retrahere decreverat hominem, quamprimum cerneret eum de via recta deflectere, quanam re vis rationis inditæ homini declarare se potuisset? Qua item libera voluntatis facultas? præsertim cum naturæ brutæ sit ac ratione carentis, præter animi voluntatem huc et illuc circumduci et transferri. Consimiliter si homo fuisset impeditus quominus delinqueret, quis virtuti locus fuisset reliquus? Quis coronis quæ propter hanc conceduntur? Cur regnum cœleste homini ceu præmium propositum sit, siquidem necesse non habet ut ejus studio suo, vi, præclaro animi proposito particeps fiat? Impediendus scilicet homo non erat, ne qui rationis erat compos, brutorum in numerum referretur, cum libertatis in agendo beneficium possideret. Eamdem sententiam magnus Basilius verbis hisce disserit: « Quicumque rogat cur nos Deus non ita condiderit ut peccare non possemus, is nihil facit aliud quam quod naturam brutam rationis participi et ex præscripto virtutis agenti præfert. »

Παραχωρεῖται λοιπὸν ὁ Ἀδὰμ, ἅπτεται τοῦ φυτοῦ, γυμνοῦται, παραχρῆμα παραδείσου ἐξόριστος γίνεται. Τί τὸ ἐπὶ τούτοις; Οἱ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ διανοίγονται ὀφθαλμοὶ, κἀντεῦθεν ὁρᾷ καθαρῶς οἷον ἀγαθόν ἐστιν ἡ τῆν ἐντολῆς φυλακὴ καὶ ὅσον αὖθις κακὸν ἡ ταύτης παράβασις. Οὐδὲ γὰρ τὸ φυτὸν ἐκεῖνο, καθά φησιν Ἰώσηπος καὶ Νεμέσιος ὁ Ἐμέσης ἐπίσκοπος, τοιαύτην εἶχε φύσιν ὥστε τοῖς ἁπτομένοις αὐτοῦ φρόνησιν ἐνιέναι τοῦ τὸ καλὸν εἰδέναι καὶ πονηρόν. Εἰ γὰρ ξύλον αὐτὸ γνώσεως ἡ ἁγία κατονομάζει Γραφὴ, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο καὶ τοιαύτην

Quamobrem Adamus arbitrio suo relinquitur, arborem attingit, continuo nudus efficitur, deque paradiso expellitur. Quid inde sequitur? aperiuntur animi ejus oculi, quo facto quantum bonum esset observatio mandati perspicit, quantumque contra **102** malum ejusdem violatio. Nec enim arbor illa, quemadmodum Josephus et Nemesius antistes Emesenus declarant, ejusmodi naturam habebat ut ex se decerpentibus inderet prudentiam, qua bonum ac malum agnoscerent. Tametsi nimirum Litteræ sacræ illam scientiæ lignum nun-

cupant, non idcirco dicendum nobis est talem ei vim affuisse : sed quia mandati transgressio in eo facta est, de quo consecuta porro est peccati agnitio atque pudor, idcirco nomen hoc meruit. Consueverunt enim Litteræ sacræ de rerum eventis nomina etiam indere. Audi quid hac in parte Chrysostomus dicat. Unus quidam in solitudine fons adversationis aqua est nuncupata [88], non quod ejusmodi naturam haberet ut ex se hauricntes in mutuas adversationes excitaret ; nam si res ita comparata fuisset, etiam ipse Moses hausta fontis hujus aqua Deo contradixisset. Quemadmodum ergo fons ille non sua natura, sed propter diffidentiam populi, quam erga Deum declaraverat, adversationis aqua nuncupatus est, sic et arbor illa cognitionis mali atque boni vocatur, non quod ipsa scientiam habuerit, sed quia quicunque peccat, cognitionem assequitur intelligendi, quod obtemperare Deo bonum sit, delinquere malum. Hinc appellationem hanc habuit, ab eventu nimirum posteriore.

A αὐτὸ κεκτῆσθαι δύναμιν εἴπωμεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ αὐτὸ γέγονε τῆς ἐντολῆς ἡ παράβασις, καὶ ἐξ ἐκείνου λοιπὸν ἐπεισῆλθε τῆς ἁμαρτίας ἡ γνῶσις καὶ αἰσχύνη, διὰ τοῦτο τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην ἐδέξατο. Ἔθος γὰρ τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ ἐκ τῶν συμβαινόντων πραγμάτων ἐπιτιθέναι καὶ τὰ ὀνόματα. Καὶ ἄκουε τί φησιν ἐπὶ τούτοις ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης. « Ἐν ἐρήμῳ μία πηγὴ ὕδωρ ἀντιλογίας ἐκλήθη, οὐχ ὅτι τοιαύτην εἶχε φύσιν, ὥστε τοὺς ἐξ αὐτῆς ἀρυομένους εἰς ἀντιλογίας εὐθὺς μετατρέπεσθαι· εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, καὶ αὐτὸς Μωσῆς ἐξ ἐκείνης πιὼν ἀντεῖπεν ἂν τῷ Θεῷ. Καθάπερ οὖν ἡ πηγὴ ἐκείνη οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, παρὰ δὲ τὴν ἐπ' αὐτῇ γενομένην ἀπείθειαν τοῦ λαοῦ ὕδωρ ἀντιλογίας ἐκλήθη, οὕτω καὶ τὸ φυτὸν ἐκεῖνο τὸ γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ οὐ γνῶσιν εἶχεν, ἀλλ' ὅτι πᾶς ἁμαρτάνων εἰς γνῶσιν ἔρχεται τοῦ εἰδέναι ὅτι καλὸν μὲν τὸ ὑπακούειν, κακὸν δὲ τὸ παραβαίνειν ἐστίν. Ὅθεν καὶ τοιαύτην ἐπωνυμίαν, ὡς ἔφημεν, ἐκ τῶν ἐν αὐτῷ συμβεβηκότων ἔσχηκεν ὕστερον.

B

Caterum posteaquam Adamus post transgressionem jam interitui ac mortalitati factus erat obnoxius, ait Deus : « En factus est Adamus quasi unus de nobis. » Hic animum, dilecte fili, advertito. Nonnulli tradunt Deum hæc per ironiam protulisse : quippe divinitatis desiderio flagrans Adamus etiam iis bonis quorum erat particeps, misere exciderat, et immortalis antea mortalis jam factus erat. Alii dictum intelligi volunt per præceptionem temporis, quæ sacris Litteris est familiaris. Ea factus est Adamus quasi unus de nobis, hoc est, tandem aliquando de nobis unus homo fiet, Adamo similis. Consueverunt enim Litteræ sacræ peculiari quodam modo ea quæ futura sunt sic efferre, quasi si præsentia forent aut jam accidissent. Consimile quiddam proferri de matre hominum illa primæva videmus : nam cum ipsa necdum creata foret, hæc nihilominus dicuntur : « Fecit hominem deus, et quidem marem ac feminam eos fecit. » Divinus autem vir Anastasius dictum hoc alio quoque sensu cepit. Nam in oratione de Resurrectione verba ipsius hæc reperiuntur : « Duplex est naturæ nostræ structura, prior ad Numinis similitudinem conformata, et altera sexuum discrimine distincta, quæ quidem opificio nostro postremum accessit. » **103** Neque tantum hæc Anastasius profert, sed etiam litteras sacras allegat, quo doctrinam hanc clariorem efficiat. Sic enim ait : Fecit hominem Deus, et quidem eum ad imaginem Dei fecit. Hæc prima nostri est creatio, simplex, uniformis, expers societatis, discrimen nullum habens ; quippe ad imaginem Dei fecit eum. Succedit altera formatio : Marem ac feminam fecit eos. Quæ quidem ita se omnino habere de verbis ipsis est perspicuum : nam istic ait numero unitatis : « Ad imaginem Dei fecit eum, »

Τοῦ Ἀδὰμ δὲ φθορᾷ καὶ θνητότητι περιπεσόντος μετὰ τὴν παράβασιν, εἶπεν ὁ Θεὸς « Ἰδοὺ γέγονεν Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. » Πρόσεχε δὲ, ἀγαπητέ. Ἄλλοι μὲν εἰρωνικῶς ἔφασαν τουτονὶ τὸν λόγον εἰπεῖν τὸν Θεόν· θεώσεως γὰρ ἔρωτα σχὼν ὁ Ἀδὰμ, καὶ ὧν ἀγαθῶν μέτοχος ἦν ἀθλίως ἐξέπεσε καὶ θνητὸς ὁ ἀθάνατος γέγονεν. Ἕτεροι δὲ προληπτικῶς τὸ τοιοῦτον ῥητὸν κατὰ τὸ ἰδίωμα τῆς Γραφῆς ἐξέλαβον, λέγοντες « Ἰδοὺ γέγονεν Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, » τουτέστιν ὄψέ ποτε γενήσεται εἷς ἐξ ἡμῶν ἄνθρωπος ὅμοιος τῷ Ἀδάμ. Τοῦτο προληπτικῶς, ὡς ἔφημεν, εἴρηται κατὰ τὸ ἰδίωμα τῆς Γραφῆς, ἥτις εἴωθε τὰ μέλλοντα γενέσθαι ὡς ἤδη παρόντα ἢ καὶ γεγονότα διαγορεύειν, καθὰ καὶ ἐπὶ τῆς προμήτορος εἰρημένον εὑρίσκομεν. Μήπω καὶ γὰρ αὐτῆς παραχθείσης λέγει ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς, εἰ καὶ καθ' ἕτερον νοῦν ὁ θειότατος Ἀναστάσιος τὸ τοιοῦτον ἐνόησε θεῖον ῥητόν. Ἐν γὰρ τῷ περὶ ἀναστάσεως λόγῳ αὐτοῦ καὶ τάδε περὶ τούτων λέγων εὕρηται· « Διπλῆ τίς ἐστιν ἡ τῆς φύσεως ἡμῶν κατασκευή, ἥ τε πρὸς τὸ θεῖον ὡμοιωμένη καὶ ἡ πρὸς τὴν διαφορὰν ταύτην τῶν σχημάτων διῃρημένη τελευταῖον κατασκευασθεῖσα. » Καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἁγίαν ἐπιφέρει Γραφὴν ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ, ὥστε τὸ δόγμα τοῦτο γενέσθαι σαφέστερον. Λέγει γὰρ « καὶ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Πρώτη ποίησις αὕτη, ἁπλῆ, μονότροπος, ἄζυγος, μὴ ἔχουσά τινα διαφοράν. Καὶ κατ' εἰκόνα γὰρ Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Δευτέρα δὲ ποίησις, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. » Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, δῆλον ἐκ τῶν ῥημάτων αὐτῶν. Ἐκεῖ μὲν εἶπεν αὐτόν, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· ἐνταῦθα δὲ εἶπεν αὐτούς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Πρόσεχε δέ. Ἐπειδὴ ἡ ἁγία Γραφὴ προλαβοῦσα εἶπε « κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν

C

D

[88] Num. xx, 13.

αὐτὸν, » εἶτα, μετὰ τὴν αὐτοῦ δηλαδὴ ποίησιν, ἐπήγαγεν « Ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς, » ἔδειξε προφανῶς ὅτι ἄλλη ποίησις ἐκείνη καὶ ἑτέρα ποίησις αὕτη, ἡ μὲν τὸ τοῦ Δημιουργοῦ παριστῶσα φιλότιμον (κατ' εἰκόνα γὰρ Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν), ἡ δὲ τὴν τῶν σχημάτων ὑπεμφαίνουσα διαφοράν (ἄρσεν γὰρ καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς). Δοκεῖ μὲν οὖν ὁ λόγος οὗτος φορτικὸς, ἀλλὰ τοῖς ἑπομένοις τῷ ἰδίῳ λογισμῷ. Τοῖς γὰρ ἐκζητοῦσι τὰς ἱερὰς τῶν Πατέρων γραφὰς καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι καὶ σαφὴς ὁ τοιοῦτός ἐστι. Καὶ ἄκουε τί φησιν ὁ τὰ θεῖα σοφὸς Ἀναστάσιος. Τοῖς γὰρ προειρημένοις καὶ τάδε προσέθετο, σαφηνίσαι θέλων ἐκ πολλῶν τὸ λεγόμενον. « Δευτέρα κτίσις ἐστὶ τοῦ τε ἄῤῥενος καὶ τοῦ θήλεος προυσκατασκευασθεῖσα τῷ πλάσματι, τῷ κατὰ τὴν πρώτην δηλονότι γεγενημένῳ κατ' εἰκόνα Θεοῦ, ἐν ᾧ διαφορὰ σχημάτων οὐκ ἦν, ὅτι μηδὲ ἐν τῇ θείᾳ καὶ μακρίᾳ εἰκόνι τοιοῦτόν τι ἐπινενόηται. » Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, λέγειν οὖν εὔλογον ὅτι ἐκ προγνώσεως ὁ Θεὸς τοιαύτην ἀπ' ἀρχῆς κατασκευὴν δέδωκε τῷ Ἀδάμ, εἴ γε τῆς δευτέρας ἐστὶ κτίσεως ἡ τοιαύτη τῶν σχημάτων διαφορὰ, ἣν δὴ καὶ ἀναγκαίως ἐπήγαγε μετὰ τὴν πρώτην, ὡς εἴρηται, ποίησιν· οὐδὲ γὰρ ἠγνόει τὸ συμβησόμενον. Καὶ πρόσχες, εἰ βούλει, τῷ Δαμασκηνῷ Ἰωάννῃ περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου λέγοντι « Εἰδὼς δὲ ὁ προγνώστης Θεὸς ὅτι ἐν παραβάσει γενήσεται καὶ ὅτι φθορᾷ ὑποπεσεῖται, διὰ τοῦτο παράγει τὸ θῆλυ ἐξ αὐτοῦ. » Ὥστε εἰ μὴ τῆς ἀγγελικῆς ἐξέπιπτε βιοτῆς, οὐκ ἂν ἡ τῶν σχημάτων αὕτη προσκατεσκεύαστο διαφορὰ, ὅτι μηδὲ χρείαν εἶχε ταύτης ὁ κατ' εἰκόνα γεγενημένος Θεοῦ πρός γε τὴν ἐκ διαδοχῆς τοῦ γένους σύστασιν, ὅτε κατὰ τοὺς ἀγγέλους, ὡς ἄνω διείληπται, μέλλων πληθύνεσθαι. Ἀλλ' ἐπαναληπτέον κἂν αὖθις τὸν λόγον.

A hic vero numerus multitudinis usurpatur. Considéres igitur quod cum Litteræ sacræ prius dixissent : « Ad imaginem Dei fecit eum, » deinde subjecerit, post hominis nimirum formationem : « Marem ac feminam fecit eos. » Quibus verbis clarissime ostendit aliam esse formationem illam priorem, aliam hanc posteriorem. Nam illa dignitatem Opificis repræsentat, de qua scilicet dicitur : « Ad imaginem Dei fecit eum; » hæc sexuum discrimen denotat, hisce verbis comprehensum : « Marem ac feminam fecit eos. » Videtur autem hæc oratio parum tolerabilis, sed iis qui rationem propriam sequuntur. Nam cæteris, sacra Patrum scripta pervestigantibus, omnino digna existimatur quæ recipi debeat, præsertim cum aperta sit atque plana. Quid idem Anastasius dicat audi. Nam hactenus expositis hæc etiam adjecit, pluribus id quod protulerat declarare volens. Secunda creatio est maris ac feminæ formatio, quæ figmento Dei accessit, quod ratione creationis primæ ad imaginem Dei factum erat, nec sexuum discrimen habebat, quando nec in divina illa beataque imagine quid ejusmodi exsistit. Quæ cum ita sint, a ratione non abhorret, dicere Deum ex præscientia talem ab initio structuram Adamo concessisse, cum hoc sexus discrimen a secunda creatione profectum fuerit, quam necessario priori, ceu dictum est, adjecit. Nec enim quid futurum esset ignorabat. Et animum, si libet, adverte Joannis Damasceni de homine primo verbis. Quia Deus futurorum præscius norat hominem mandato non pariturum ac interitui futurum obnoxium, ideirco feminam ex eo producit. Adeoque si homo vita angelica non excidisset, sexuum discrimen nullum factum fuisset, quippe cujus haud eguisset ad generis propagationem is qui ad imaginem Dei factus erat. Nam more angelorum, ut indicatum est supra, semet amplificaturus fuerat. Sed enim ad institutam orationem redeundum est.

B

C

Περὶ τοῦ ὄφεως.

Θεία μετὰ τὴν παράβασιν πρὸς τὸν ὄφιν ἀπόφασις « ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ πορεύσῃ. » Ἐπειδὴ καρδίαν ἠπάτησας καὶ κοιλίαν ἔπεισας ἅψασθαι βρωμάτων, ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ πορεύσῃ. Οὐδὲ γὰρ ὡς πόδας κεκτημένου τὸ πρότερον, καθά Ἰώσηπός τέ φησι καὶ ἡ λεγομένη Ἀπτὴ Γένεσις, νῦν ἀποφαίνεται τὸν ἐπὶ τῇ κοιλίᾳ περίπατον. Ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ τὸν χρυσορρήμονα Ἰωάννην ἀπὸ τοῦ ὀρθίου σχήματος τοιαύτην ἄδειαν ἔσχεν ὥστε πρὸς τὸ οὖς τῇ Εὔᾳ πλησιάσαι καὶ περὶ τοιούτων διαλεχθῆναι, τῇ γῇ καὶ πάνυ δικαίως ἐπισύρεσθαι κατεδικάσθη. Εἰ γὰρ καὶ ἄπους ἐξ ἀρχῆς διεπέπλαστο, ἀλλὰ κύκλοις τινῶν κάτωθεν ἑλιγμῶν ἐνορθούμενος τεταμένοις τοῖς στήθεσιν ἵπτευσε. Διὸ καὶ νῦν ὁ ὄφις πολλάκις θυμούμενος ἀνίστησιν ἑαυτὸν καὶ κυκλικῶς ἑλισσόμενος τρέχει. Προβὰς δὲ ὅσον δεῖξαι τοῦ παλαιοῦ βαδίσματος τὴν μνήμην, πάλιν τῷ τῆς ἀποφάσεως καταβάλλεται νόμῳ, Ὅρα δὲ νουνεχῶς ὅτι τοσοῦτόν ἐστι βαρὺ τό τινα καθ' ἑαυ-

D

De serpente.

Hæc est illa Dei ad serpentem post hominis lapsum oratio : **104** « In pectus ac ventrem ambulabis [84]. » Hoc est quandoquidem cor decepisti, et ventri persuasisti ut cibum illum decerperet, ideirco in pectus ac ventrem ambulabis. Non enim propterea Deus inambulaturum ventri serpentem pronuntiat, quasi prius ille pedes habuisset, ut Josephus et parvus ille de rerum ortu liber aiunt : sed quia de sententia Chrysostomi prius facultatem habens erecto corpore conveniendi Evam et cum ea colloquendi, nunc damnatus fuerit, ac merito quidem, ut humi serperet. Nam tametsi ab initio serpens ita conditus erat a Deo, pedibus uti careret, tamen orbibus quibusdam factarum inferius convolutionum erectus iis ipsis extenso pectore velut incedebat. Ideireo videmus et hodie serpentem iratum semet erigere ac in orbes convolutum progredi. Quo facto, quasi veteris incessus memoria nobis in mentem revocata, rursum juxta

[84] Gen. III, 14.

divini pronuntiati legem semet demittit. Cæterum prudenter observabis æque grave esse quemp'am alios ad peccandum impellere, ac si deliquat ipse. Propterea gravior serpentis pœna fuit quam Evæ, rursumque gravior Evæ quam Adami, quod Adamum Eva decepisset, Evam serpens.

Existimarunt autem Manichæi, hac narratione moti, bruta quoque prædita esse anima mentis ac intelligentiæ vi participe. Nam absque illo sit, inquiunt, Deus supplicio serpentem non affecisset. At enim hoc minime verum esse, de verbis hisce Davidicis perspicue patet « Nolite consimiles equis et mulis fieri, quæ intelligentia carent [87]. » Alioqui si propterea putant brutas bestias animæ intelligentiæ vi prædilæ participes esse, quia supplicio serpens affectus fuerit, nihil est omnino quod impediat quominus eadem in arboribus quoque valeat opinio, quando ficum exsecrationi Christus subjecit, cum esuriens fructum in ea nullum reperiret. Dejicit ergo serpentem in terram Deus, ut tametsi quis haud cernat quid diabolo acciderit, nihilominus serpentem, qui de sententia Chrysostomi olim erectus stabat, humi repentem intuens secum ad animum revocet, quod cum facinoris hujus administer multetur, multo magis existimandum sit principem mali auctorem puniri. Cæterum supplicio serpentem afficiens Deus, ejusmodi quid facit quale liberum amans pater. Non tantum enim is **105** de interfectore filii sui supplicium sumit, sed ipsum etiam cædis instrumentum confringit ac multas in partes lacerat. Secundum hæc Deus ait : « Observabit ille caput tuum [88]. » Non jam amplius, inquit, audebis tu serpens hominibus insidias struere, quod hactenus fecisti, sed tantus erit metus tantaque formido tua ut ambulantibus illis temet in latebras tuas sis abditurus.

Tradit enim suis in epistolis magnus ille Macarius de diabolo, futurum fuisse ut statim a lapsu gehennæ traderetur, sed ei concessisse Deum ut humanum genus oppugnaret, quo Christi milites sese probarent ac declararent. Eamdem ob causam magis etiam damnabilis supplicio graviori multabitur. Basilius in Isaiæ vatis enarratione hujusmodi quædam de diabolo protulit. Fortassis ante creationem hominis diabolo quoque pœnitentiæ locus relictus fuisset, ac potuisset superbus ille, quanquam malum inveteratum foret, per pœnitentiam adhibito sibi remedio pristinam ad conditionem seipsum restituere. Verum posteaquam secuta est mundi creatio itemque paradisi, ac homo in paradiso exsistere cœpit, et mandatum et invidia diaboli accessit et hominis ornati a Deo cædes, ex eo scilicet tempore modus ei pœnitentiæ nullus est relictus. Quippe si Esaus pœnitentiæ locum non invenit, cum primigeniorum jura vendidisset, quis ei relictus sit pœnitentiæ locus, qui

[87] Psal. xxxi, 8. [88] Gen. iii, 16.

τὸν ἁμαρτάνειν, ὅσον ἄρα τὸ καὶ ἑτέρους ἐνάγειν εἰς ἁμαρτίαν. Κατὰ τοῦτο καὶ βαρυτέραν ὑπέστη τῆς Εὔας τὴν κόλασιν. Ἡ Εὔα πάλιν τοῦ Ἀδάμ, ὅτι τὸν Ἀδὰμ ἠπάτησεν ἡ Εὔα, καὶ τὴν Εὔαν ὁ ὄφις.

Ἀλλ' ἐκ τούτου νοερᾶς μετέχειν ψυχῆς καὶ τὰ ἄλογα οἱ Μανιχαῖοι ἐνόμισαν· εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, ὡς ἐκεῖνοί φασιν, οὐκ ἂν ἐτιμώρησε τὸν ὄφιν ὁ Θεὸς, οὐκ ἂν ἀρᾷ καθυπέβαλεν. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι. Καὶ ὅῆλον ἐξ ὧν ὁ προφήτης λέγει Δαβὶδ « Μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις. » Ἄλλος τε εἰ διὰ τὸ τιμωρηθῆναι τὸν ὄφιν δοκοῦσι καὶ τὰ ἄλογα νοερᾶς μετέχειν ψυχῆς, τὸ κωλύον πάντως οὐδὲν μὴ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν φυτῶν τὸ τοιοῦτον δόγμα κρατεῖν, εἴ γε τὴν συκῆν ἀρᾷ καθυπέβαλεν ὁ Χριστὸς, ἡνίκα πεινάσας οὐχ εὗρεν καρπὸν ἐν αὐτῇ. Ὑποβάλλει τοίνυν ὁ Θεὸς τὸν ὄφιν κατάρᾳ, ἵνα κἂν τὸν διάβολον οὐ βλέπῃ τις τί ἔπαθε, τὸν ὄφιν ἀεὶ βλέπων συρόμενον τόν ποτε διανεστηκότα, ὡς ὁ Χρυσορρήμων φησὶν, ὑπόμνησιν λάβῃ ὅτι εἰ ὁ ὑπουργὸς τῆς κακίας ἐπὶ τοσοῦτον κολάζεται, περὶ τοῦ πρωταιτίου τί χρὴ καὶ λέγειν. Τιμωρεῖται τὸν ὄφιν ὁ Θεὸς τοιοῦτόν τι ποιῶν ὁποῖον δὴ καὶ φιλόστοργος πατήρ. Οὐ μόνον γὰρ τὸν φονέα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ τιμωρεῖται, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ φόνου ὄργανον συνθλάττει τε καὶ εἰς πολλὰ κατατέμνει. « Αὐτός σου τηρήσει τὴν κεφαλήν. » Οὐκέτι, φησὶ, πρὸς ἐπιβουλὰς, ὦ ὄφι, ἀνθρώπων παῤῥησιάσῃ καθὰ δὴ καὶ τὸ πρότερον, ἀλλὰ σὺ μὲν τοσοῦτον ἔξεις τῶν ἀνθρώπων τὸν φόβον ὥστε περιπατούντων καὶ ἐκείνων ἀκούων φωλεοῖς ἐγκαταχρύπτειν ἑαυτόν.

Ὁ μὲν οὖν μέγας Μακάριος ἐν ἐπιστολαῖς αὐτοῦ (23) περὶ τοῦ διαβόλου φησὶν ὅτι ἅμα τῷ ἐκπεσεῖν τῇ γεέννῃ παραδοθῆναι ἔμελλεν, ἀλλ' εἰάθη πολεμεῖν, ἵνα φανῶσιν οἱ τοῦ Χριστοῦ στρατιῶται· ἀντιδίκου γὰρ μὴ προκειμένου οἱ γνήσιοι στρατιῶται τοῦ βασιλέως οὐ φανεροῦνται. Ὅθεν ὡς καταδικώτερος σφοδροτέραν εὑρήσει τὴν κόλασιν. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ἑρμηνείᾳ καὶ τάδε περὶ τοῦ διαβόλου διέξεισι. « Τάχα γὰρ πρὸ τοῦ κτισθῆναι τὸν ἄνθρωπον τόπος τῆς μετανοίας καὶ τῷ διαβόλῳ ὑπελείπετο, καὶ ἠδύνατο ὁ τῦφος, εἰ καὶ ἀρχαιότερον νόσημα ἦν, ὅμως διὰ τῆς μετανοίας ἑαυτὸν ἐξιασάμενος ἀποκαταστῆσαι αὐτὸν εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς. Ἀφ' οὗ δὲ τοῦ κόσμου ἡ κατασκευὴ καὶ τοῦ παραδείσου, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἐν αὐτῷ, καὶ ἐντολὴ καὶ φθόνος τοῦ διαβόλου καὶ φόνος τοῦ τετιμημένου, ἀποκέκλεισται αὐτῷ καὶ ὁ τόπος τῆς μετανοίας. Εἰ γὰρ ὁ Ἡσαῦ μετανοίας τόπον οὐχ εὗρε τὰ πρωτοτόκια ἀποδόμενος, τίς τόπος ὑπολέλειπται μετανοίας τῷ τὸν πρω-

(23) Quod de Macarii Magni epistolis habet interpres in codice Fontisebr. referuntur ad apostolum gentilium S. Paulum bis verbis : Ὁ μὲν οὖν μέγας μακάριος Παῦλος ἐν ἐπιστολαῖς.

τόπλαστον ἀποκτείναντι Ἀδὰμ καὶ ἐκείνου τὸν θάνατον εἰσενεγκόντι; » Ἀλλὰ καὶ ὁ Σιναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος εἰς ἐπιστροφήν, ὡς ἔοικεν, ἕλκων καὶ τοὺς λίαν ἀπεγνωσμένους, καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα φησίν· « Εἰ Μανασσῆν ὁ Θεὸς διὰ μετανοίας ἐδέξατο, τάχα τολμῶ εἰπεῖν ὅτι καὶ τὸν διάβολον μετανοοῦντα ὁλοψύχως δέξεται. » Καλῶς δὲ εἶπεν ὅτι τολμῶ εἰπεῖν· ἆρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης οὐ δίδωτι τῷ διαβόλῳ μετάνοιαν. Λέγει καὶ γὰρ ὅτι ὅπερ ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ὁ θάνατος, τοῦτο τοῖς ἀγγέλοις ἡ ἔκπτωσις· μετὰ γὰρ τὴν ἔκπτωσιν οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μετάνοια, ὥσπερ οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις μετὰ θάνατον. Οὐκ ἐνεδόθη δὲ καὶ τοῖς ἐκπεσοῦσιν ἀγγέλοις μετάνοια, ὡς ὁ Νεμέσιός φησιν, ὅτι καὶ ἀσώματος ἡ φύσις αὐτῶν· ὁ γὰρ ἄνθρωπος διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν τῆς μετανοίας ἔτυχεν. Ἀλλ' ἔμοιγε τέως ὁ λόγος οὗτος ὃς ἐπὶ τῷ Ἀδὰμ οὐκ ἔστιν ἀποδοχῆς ἄξιος. Οὐδὲ γὰρ ὑπὸ σωματικῶν ἐπιθυμιῶν ἡττηθεὶς ὁ Ἀδὰμ εὑρέθη παραβάτης τῆς ἐντολῆς (ἄπαγε τῆς Ὠριγένους φρενοβλαβείας) ὅτι μηδὲ χώραν εἶχον αὗται πρὸ τῆς παραβάσεως ἐν αὐτῷ. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Αὐτὸς ὁ Ἀδὰμ ἐκβληθεὶς τοῦ παραδείσου καὶ ἀπέναντι καθίσας αὐτοῦ παρ' ὅλην ἐθρήνει τὴν ζωὴν αὐτοῦ. Ἐφ' ᾧ κάμπτεται ὁ Θεὸς, καὶ πάντα ποιεῖ καὶ πάσχει δι' αὐτόν. Ὁ δὲ διάβολος ἐκπεσὼν οὐ μόνον οὐκ ἐθρήνησεν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ πλάσματος ἐλύττησε Θεοῦ, καὶ τὸν Θεὸν αὐτὸν διέβαλε πρὸς τὸν Ἀδάμ. Λοιπὸν μετὰ τὴν ἁμαρτίαν οὕτω διατεθέντα μετανοίας ἐπιτυχεῖν πάντως ἀμήχανον.

A Adamum illum principem humani generis interfecit ejusque morti causam præbuit? Divinus autem vir, Anastasius ille Sinaites, quo vehementer desperatos homines, uti quidem videtur, ad conversionem invitet, hæc ad verbum profert: « Si Manassem Deus per pœnitentiam recepit, ausim dicere quod etiam diabolum toto pectore atque animo resipiscentem in gratiam recepturus fuerit. » Quibus verbis recte illud inservit, « Audeam dicere. » Nam et Damascenus ille Joannes diabolo pœnitentiam nullam tribuit, cujus hæc verba sunt: « Quod mors est hominibus, hoc angelis est lapsus: quippe post lapsum nulla restat eis pœnitentia, quemadmodum nec post mortem hominibus. » Et quidem pœnitentia lapsis angelis propterea non est concessa, sicut Nemesius ait, quia corporis expers est eorum natura. Homo enim propter imbecillitatem corporis pœnitentiam consecutus est. Quæ tamen extrema verba, quod Adamum attinet, equidem admittenda non puto. Nec enim ille corporeis a cupiditatibus victus mandati violator factus est. Apagesis cum ixtac Origenica insania. Quippe nullum illæ locum habebant in ipso ante transgressionem. Quid multis hæc verbis indicemus? Adamus paradiso ejectus et ejus ex adverso collocatus **106** omnem vitam plorando exigit. Quapropter Deus flectitur, ejusque causa nihil non facit ac patitur. Diabolus autem lapsus non modo non casum suum deploravit, verum etiam Dei figmentum furenter aggressus, Deum ipsum adversus Adamum criminatus fuerit, nequit omnino accidere particeps ut pœnitentiæ fiat.

B

Ἄκουε δὲ καὶ τί φησιν ὁ Θεοδώρητος ἐν τῇ Θεραπευτικῇ αὐτοῦ περὶ τούτου. Ἐπαρθεὶς ὁ διάβολος λέγεται πεπτωκέναι, εἶτα κατὰ τῶν ἀνθρώπων ὡς εἰκόνι Θεοῦ τετιμημένων λυττῆσαι, καὶ τὸν κατὰ τούτων ἀναδέξασθαι πόλεμον, τὸν δὲ ποιητὴν τῇ τῶν ἀγγέλων ἐπιστασίᾳ φρουρῆσαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὅπως μὴ βίᾳ καὶ τυραννίδι χρώμενος, ἀοράτως ἐπιὼν, ἀδεῶς διαφθείρῃ οὓς διὰ φθόνον ἐμίσησεν. Οὐκοῦν ὁ φθόνος οὗτος, μάλιστα δὲ ἡ ἔπαρσις αὐτοῦ καὶ ἀπόνοια (καὶ νῦν γὰρ ὑπ' αὐτὸν ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι, ὡς ὁ Παῦλος φησὶ), πρὸς τούτοις δὲ ἡ ἀπόγνωσις (εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἔλεγον ὅτι πρὸ καιροῦ ἦλθες βασανίσαι ἡμᾶς;) μετανοεῖν τὸν ἀποστάτην οὐκ ἐᾷ.

A **117** Secundum hæc Adamus Cainum, Abelum Sethumque genuit, et filias duas, uti Georgius memoriæ prodidit, Azuram videlicet, quæ cum Caino nupta fuit, et Asuam, quam Sethus uxorem accepit : etenim Abelus per invidiam a Caino necatus exsors conjugii ac virgo decessit. Causa, quamobrem Abelo Cainus invideret, hæc erat, quod sacrificiis ejus magis Deus esset propitius quam Cainicis, quæ omnino aversabatur, non quia terræ fructus ille offerret, quemadmodum vesanus ille Julianus scripsit, animalium mactationes hoc argumento comprobare volens, sed quod inutilia prorsus essent. Ita nempe Deus Abeli sacrificia respiciebat, quæ ille de pecorum suorum, et quidem eximiorum, primigenis offerebat : hoc est, ut Chrysostomi verbis utar, institutum animi vel probat vel improbat, non res ipsas quæ offerruntur.

Ἀλλὰ πόθεν ὁ Κάϊν εἰς τοιαύτην ἦλθεν ἔννοιαν, ὥστε θυσίαν προσενεγκεῖν τῷ Θεῷ; ἢ πάντως ἐκ τῆς ἐν τῷ συνειδότι αὐτοῦ γνώσεως, ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησί. Καὶ πόθεν ὁ Κάϊν ἐπέγνω ὅτι οὐ προσέσχε τοῖς αὐτοῦ δώροις ὁ Θεός; Ἀπὸ τοῦ μὴ κατελθεῖν ἄνωθεν πῦρ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ, καθάπερ ἐπὶ ταῖς τοῦ Ἄβελ γέγονεν· ἐπὶ γὰρ ταύταις κατῆλθε πῦρ καὶ ἠνάλωσεν αὐτάς, τὴν ἀποδοχὴν ἐντεῦθεν τοῦ Θεοῦ παριστῶν. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο ζητοῦσιν ἐνταῦθα, διά τί κατ' ἀρχὰς πῦρ μὲν ἐξ οὐρανοῦ κατῆρχετο καὶ τὰς προσαγομένας τῷ Θεῷ θυσίας ἐπεβόσκετο, νυνὶ δὲ τοῦτο οὐ γίνεται. Μὴ ταῖς τῶν ζώων θυσίαις ὁ Θεὸς ἔχαιρεν; Οὐχί· κατὰ γὰρ τὸν θειότατον Κύριλλον τύπος ἦν ἐκεῖνο τὸ πῦρ καὶ προεικόνισμα τοῦ παναγίου Πνεύματος τοῦ κατιόντος μὲν ἀοράτως καὶ τὰς πνευματικὰς ἡμῶν θυσίας προσδεχομένου, καθὰ δὴ καὶ ἐπὶ τὸν Χριστὸν αὐτὸν κατῆλθεν ἐν Ἰορδάνῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐχ ὡς δεόμενον Πνεύματος, ἀλλ' ἵνα μάθωμεν ὅτι καὶ ἐπὶ παντὶ βαπτιζομένῳ ἀοράτως τὸ Πνεῦμα κάτεισι καὶ ἁγιάζει αὐτόν. Εἰ δὲ καὶ νῦν, ἀγαπητὲ, σημεῖα τοιαῦτα οὐχ ὁρᾷς, μὴ ἀπίστει· εἰ γὰρ καὶ ὄψεις ἐγένοντο κατ' ἀρχὰς αἰσθηταὶ διά γε τοὺς ἀνοητοτέρως ἐπικειμένους, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶ, καὶ μηδεμίαν ἔννοιαν ἀσωμάτου φύσεως δυναμένους λαβεῖν, ἀλλ' ἡμῖν αἰσθητῶν ὄψεων οὐκ ἔστι χρεία λοιπὸν, ἀντὶ πάντων ἀρκούσης τῆς πίστεως· τὰ γὰρ σημεῖα, φησὶ, τοῖς ἀπίστοις, οὐ μὴν αὐτοῖς τοῖς πιστεύουσι.

B **118** Sed enim unde Caino ad animum accidit ut Deo sacrificium offerendum esse statueret? num ex conscientiæ notitia quadam, ut Chrysostomus ait? Et unde tandem Cainus idem intellexit Deum munera sua non respicere? Nimirum ex eo quod in ejus hostias ignis e cœlo non delaberetur, quemadmodum in Abeli sacrificiis fieri consueverat. Nam ejus hostias ignis superne delatus absumebat, quo ipso declarabatur Deum eas acceptas et gratas habere. Solet illud etiam hoc loco quæri, quamobrem initio de cœlo delapsus ignis oblatas hostias Deo depascebatur, cum id modo non fiat? Num victimis animalium Deus oblectabatur? Nequaquam, sed uti Cyrillus inquit, ignis ille typus et imago sancti Spiritus erat, qui descendit inaspectabiliter et spirituales victimas nostras accepta; quemadmodum in ipsum quoque Christum in Jordane descendebat, non quod ille Spiritus egeret, sed uti nos disceremus Spiritum in quemvis hominem, qui baptizatur, inaspectabiliter descendere ac eum sanctificare. Cæterum nequaquam tibi nunc abjicienda est fides propterea, quod talia prodigia modo nulla videas. Quamvis enim spectacula quædam sensilia tunc oculis exhibebantur eorum causa qui paulo rudiores animis erant, ut Chrysostomi verbis utar, nec incorpoream naturam cogitatione complecti poterant, non tamen ideirco necesse est nobis offerri spectanda consimilia, cum illorum omnium loco fides nobis sufficiat. Nam prodigia, ut illo ait [97], infidelibus serviunt, non fidem habentibus.

C

D

Καὶ ὁ μὲν Κάϊν, ἀγαπητὲ, μεῖζον ἥμαρτεν ἢ ὁ Ἀδάμ. Καὶ δῆλον ἐκ τῆς γεγονυίας πρὸς αὐτοὺς κατάρας τοῦ Θεοῦ. Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ Ἀδάμ, « Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου· » ἐπὶ δὲ τοῦ Κάϊν, ὀλεθρίου ὄντος τοῦ πλημμελήματος, αὐτὸς ὁ Κάϊν τὴν κατάραν ἐδέξατο. Καὶ τούτου χάριν οὐδὲ ταχέως ἐπάγεται τούτῳ ὁ θάνατος, ἵνα καὶ τοῖς λοιποῖς διδάσκαλος γένηται.

Nec ignores, dilecte fili, gravius Cainum deliquisse quam Adamum; id quod ex utriusque potest intelligi exsecratione, cui divinitus subjecti sunt. Nam de Adamo dicitur : « Exsecratione infelix erit humus propter ea quæ designasti; » at vero quia Caini delictum erat exitiale, propterea Cainus ipsemet exsecrationem commeruit. Eamdem ob causam nec celeriter moritur, quo nimirum et alios exemplo suo edoctos faceret se erudiret.

[97] I Cor. XIV.

« Quisquis me repererit, occidet, » inquit de A semetipso Cainus, et quidem ad membrorum suorum luxationem respiciens. Verum Deus e diverso, « Ne tibi formidaveris, » ait : « nam qui te necaverit, septupli vindictam sustinebit [98], » hoc est septem pœnis seipsum obnoxium faciet. In hunc modum hæc perscripta legimus. Georgius autem memoriæ prodit Cainum miserabili morte per ignorationem fuisse peremptum, uti quem Lamechus ab oculis destitutus occiderit; quod sane fidem **119** mereri nequit. Nam quis, obsecro, scire potest num Cainus adhuc Lamechi temporibus superstes fuerit? Certi nihil statui de hoc potest, cum annos posterorum Caini Moses ita memoriæ non prodiderit, ut oriundorum a Setho : ne dicam Deum Caino quamdam apposuisse notam, ne a quoquam necaretur. Per hanc vero notam vel ipsa Dei de Caino sententia debet intelligi vel membrorum ejus trepidatio. Quonam igitur pacto dici potest esse interemptus?

« Πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με. » Τοῦτο δὲ ἔλεγεν εἰς αὐτὴν ἀφορῶν τὴν πάρεσιν τῶν μελῶν. Ἀλλὰ μὴ δείδιθι, ἔφη ὁ Κύριος· ὁ γὰρ ἀποκτείνας σε ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει, τουτέστιν ἑπτὰ τιμωρίαις ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καταστήσει. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως· ὁ δὲ Γεώργιος οἰκτρῷ θανάτῳ τελευτῆσαι τὸν Κάϊν φησίν. Ὁ δὲ ἱερὸς Μεθόδιος Πατάρων φησὶν, ὅτι ὁ Λάμεχ φονεύσας τὸν Κάϊν κατ' ἄγνοιαν (τυφλὸς γὰρ ἦν) θανάτῳ παρέδωκεν. Ὅπερ ἀπίθανον· τίς γὰρ εἶδεν ὅτι ὁ Κάϊν διετέλει ζῶν κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ Λάμεχ; Ἄδηλον τοῦτο ἦν, ὅτι τῶν ἀπὸ τοῦ Κάϊν οὐκ ἀναγράφει Μωσῆς ὥσπερ δὴ τῶν ἀπὸ τοῦ Σήθ. Ἄλλως τε καὶ σημεῖον τοῦ Θεοῦ δόντος τῷ Κάϊν τοῦ μὴ ἀναιρεθῆναι (σημεῖον δὲ νοητέον ἢ τὸν ὅρον αὐτὸν τοῦ Θεοῦ ἢ τὸν τῶν μελῶν αὐτοῦ κλόνον), πῶς ἀνῃρέθη λοιπόν;

Jam si quæras quamobrem Moses Caini posterorum annos non recensuerit, magnus ille tibi Cyrillus in Glaphyris sive varietatibus suis respondebit. Non hoc factum est, inquit, ex ignoratione quadam Dei, sed quia peccatorum annos totamque adeo vitam libro viventium contineri nolit. Idem Cyrillus refert Cainum et Abelum fuisse figuram primigeni populi Judaici et Christi Christoque fidentium. Quemadmodum enim Cainus invidia flagrans profuso fratris sanguine non solum a Dei conspectu profugit, verum etiam in ejusmodi exsecrationem incidit ut vagabundus in terris gemeret atque tremeret, sic etiam Judaica natio propter invidiam qua flagravit, et profusum ipsius Christi sanguinem, e Dei conspectu excessit, jamque adeo tremens et gemens obvagatur.

Εἰ δὲ ζητεῖς, πῶς τὰ ἔτη τῶν ἀπὸ τοῦ Κάϊν οὐκ ἀναγράφει Μωσῆς, ὁ μέγας Κύριλλος ἐν τοῖς Γλαφυροῖς αὐτοῦ διδάξει σε λέγων ὅτι οὐ κατ' ἄγνοιαν τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὅτι τῶν ἁμαρτωλῶν τὰ ἔτη καὶ ἁπλῶς καὶ τὴν ζωὴν αὐτῶν ἐν βίβλῳ ζώντων γεγραμμένην ἔχειν οὐ θέλει. Καθὰ δὲ τῷ διωληφθέντι Πατρὶ τύπος ἦν ὁ Κάϊν καὶ ὁ Ἄβελ τοῦ πρωτοτόκου λαοῦ τοῦ Χριστοῦ τε καὶ τῶν εἰς αὐτὸν πιστευσάντων. Ὥσπερ γὰρ ὁ Κάϊν διὰ φθόνον καὶ τὸ τοῦ ἀδελφοῦ αἷμα ἐξέβη ἀπὸ προσώπου Θεοῦ, ναὶ μὴν καὶ κατηρᾶτο στένειν καὶ τρέμειν ἐπὶ τῆς γῆς περιπατῶν, οὕτω; ἆρα καὶ ὁ Ἰουδαϊκὸς διὰ φθόνον καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ αἷμα ἐξέβη ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ καὶ περιπατεῖ στένων καὶ τρέμων.

Hoc modo notam Caino Deus apposuit, ne ab aliquo perimeretur, id quod futurum existimarat. Etenim ipse dixerat : « Accidet ut qui me cunque repererit occidat. » Josephus tradit Cainum obsecrasse Deum, ne in obvagatione sua forte in bestias incideret; eoque pacto periisse hominem refert. Quodsi etiam scire desideras, unde Cainus modum occidendi fratris acceperit, qui neminem sciret adhuc a quoquam interfectum, licet hoc de magno illo Athanasio cognoscas, qui diabolum ait Caino per quietem necandi fratris rationem ostendisse.

Σημεῖον οὖν δέδωκε τῷ Κάϊν ὁ Θεὸς, ὥστε μὴ φονευθῆ παρά τινος, ὡς ἐκεῖνος ὑπώπτευε· καὶ, « Ἔσται, » γάρ φησι, « πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με. » Ὁ δὲ Ἰώσηπός φησιν ὅτι τὸν Θεὸν ὁ Κάϊν ἱκέτευε, μήποτε θηρίοις ἁλώμενος περιπέσῃ καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀπόληται. Εἰ δὲ ζητεῖς πόθεν ἔγνωκε τρόπον ὁ Κάϊν δι' οὗ τῆς ζωῆς ταύτης ὑπεξαγάγῃ τὸν Ἄβελ, ἐπείπερ οὐκ εἶδεν ἕτερόν τινα παρά τινος ἀναιρούμενον, ὁ μέγας Ἀθανάσιος διδάξει σε λέγων, ὅτι κατ' ὄναρ ὑπέδειξεν ὁ διάβολος αὐτῷ τὸν τρόπον τῆς ἀναιρέσεως.

Invidia quidem certe, ceu diximus, in Caini corde quodam quasi domicilio constituto, Abeli cædem peperit. Nam ejusmodi affectionibus mortalium animi facti sunt obnoxii, posteaquam e statu perturbationum experte ipsaque adeo perfectione exciderunt. Nihilominus animi quidam affectiones hasce superant, cum e diverso alii nolentes iis semet opponere quibuslibet occasionibus, etiam levissimis, quasi prostrati succumbant; cujusmodi quiddam in ipsis etiam corporibus est videre. Nam

Φθόνος μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, τῇ τοῦ Κάϊν ἐγκαθιδρύσας ψυχῇ τὸν τοῦ Ἄβελ φόνον ἀπέτεκεν. Τοιούτοις γὰρ πάθεσιν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ γεγόνασι κάτοχοι μετὰ τὴν τῆς ἀπαθείας ἐκείνην καὶ τελειότητος ἔκπτωσιν. Ἀλλ' ἔνιαι μὲν τῶν ψυχῶν κρείττους εὑρίσκονται τῶν τοιούτων παθῶν, ἔνιαι δὲ πάλιν ἀντιβαίνειν μὴ θέλουσαι καὶ παῖς τυχούσαις ἀφορμαῖς καταβέβληνται. Καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων ἔστιν ἰδεῖν (ἔνια μὲν γὰρ αὐτῶν εὐεξίᾳ δι' ὅλου μετέχουσιν, ἐν οὐδενὶ τῶν ἐμπιπτόντων ἔξωθεν

[98] Gen. iv, 14.

περιτρεπόμενα, ἕνια δὲ τοσοῦτόν εἰσιν ἀῤῥωστηματικὰ ταῖς ἐκ γενετῆς κατασκευαῖς ὥστε μὴ πρὸς οὐδὲν ἀντιπράττειν τῶν ἔξωθεν αἰτίων, ἀλλὰ κἂν θαλφθῇ βραχὺ, κἂν ψυχθῇ, κἂν ἀγρυπνήσῃ, κἂν κοιμηθῇ πλέον τοῦ δέοντος, εὐθέως νοσεῖ), οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν διανοεῖσθαί σε ἄξιον.

A quædam eorum optime prorsus affecta sunt, nec a rebus extrinsecus accidentibus ullo modo læduntur, cum alia tantopere debilitati ac morbis obnoxia sint ex constitutione quadam naturali, ut causis extrinsecus accidentibus resistere vel tantillum nequeant. Nimirum si paulo plus æquo vel incalescant, vel frigeant, vel vigilent, vel dormiant, continuo morbus subsequitur. Idem in animis etiam usuvenire cogitabis.

Μετὰ δὲ ταῦτα παραμυθούμενος τὸν Ἀδὰμ ὁ Θεὸς τῇ ἀπὸ τοῦ παραδείσου τε ἀδημονοῦντα ἐκπτώσει καὶ τῷ τοῦ Ἄβελ θανάτῳ, ἔδωκεν αὐτῷ τὸν ἐνάρετον Σήθ. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἡ Εὔα ἔλεγεν· « Ἐξανέστησέ μοι ὁ Θεὸς σπέρμα ἕτερον ἀντὶ τοῦ Ἄβελ ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν. »

120 Secundum hæc ut Adamum Deus consolaretur, qui tum propter amissionem paradisi tum Abeli cædem magnopere afflictaretur, præstantem ei virtute filium Sethum dedit. Quamobrem his Eva verbis est usa : « Deus mihi sobolem alteram in locum Abeli a Caino perempti reposuit [99]. »

Γίνωσκε δὲ ὅτι πρὸς ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι καὶ τὴν λεγομένην τῶν Καϊανιτῶν αἵρεσιν ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἔγραφεν. Οὗτοι μὲν οὖν Κάϊν ἐτίμων ὡς δύναμίν τινα, ἔλεγον δὲ ὅτι τὸ καλὸν καὶ τὸ κακὸν μὴ κατὰ γνώμην εἶναι ἀνθρώποις, ἀλλὰ κατὰ φύσιν. Τιμῶσι δὲ καὶ τὸν Ἰούδαν· διὰ γὰρ τοῦ προδοῦναι τὸν Κύριον ἔργον καλὸν, ἦγουν τὴν ἡμῶν σωτηρίαν εἰργάσατο. Καὶ βιβλίον δὲ παρ' αὐτοῖς Ἀναβατικὸν λεγόμενον, περιέχον ἃ εἶδεν ὁ Παῦλος καθ' ὃν ἀνέβη καιρὸν εἰς τρίτον οὐρανόν. Βιβλίον δὲ, τὸ τοιοῦτόν ἐστι παρ' αὐτοῖς, ὅτι οὐ προσέσχον τῷ μεγάλῳ Παύλῳ, ῥήματα μὲν ἀκοῦσαι λέγοντι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, μὴ ἐξεῖναι δὲ ταυτα γλώσσαις ἀνθρώπων λαλῆσαι. Ὅτι δὲ τὰ ῥήματα ἐκεῖνα οὔτε ἐλαλήθησαν οὔτε τινὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐγνώσθησαν, καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ περὶ θεολογίας λόγῳ αὐτοῦ δείκνυσιν οὕτως εἰπών· « Εἰ μὲν οὖν ἔκφορα γέγονεν ἃ τῷ Παύλῳ παρέσχεν ὁ τρίτος οὐρανὸς καὶ ἡ μέχρι ἐκείνου πρόοδος, τάχα ἂν περὶ Θεοῦ πλέον ἔγνωμεν. » Ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐν ταῖς εἰς τὴν Ἑξαήμερον αὐτοῦ ὁμιλίαις οὕτω φησίν· « Εἰ ὁ μέγας Παῦλος ὁ τῶν ἀῤῥήτων ἐκείνων ῥημάτων ἀκοῦσαι καταξιωθείς, ὧν μέχρι τῆς σήμερον οὐδεὶς ἄλλος ἤκουσε, γράφων ἔλεγεν, Ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς; » Καὶ περὶ τούτων οὕτως.

Scire debes magnum illum Epiphanium inter B cæteras Caianitarum quoque sectam commemorare. Colebant illi Cainum ceu quamdam potestatem, aiebantque bonum et malum in hominibus a voluntate non pendere ac proficisci, sed a natura. Iidem et Judam honore prosequuntur, ut qui Servatorem prodendo præclari operis, nostræ nimirum salutis, auctor exstiterit. Circumfertur apud eosdem liber quem Anabaticum (ab ascensu) vocant. Continentur hoc ea quæ Paulus id temporis conspexerit quo in cœlum tertium ascendit. Retinent hunc illi librum, non animadvertentes Paulum C profiteri se tum verba quædam audisse quæ linguis humanis efferri sit nefas. Atque illa certe verba nec prolata fuisse unquam, nec a mortalium quoquam cognita, Gregorius etiam Theologus in oratione quæ est de recta disserendi de Deo ratione, verbis hisce demonstrat : « Quodsi Paulo licuisset effari ea quorum ipsi cognitionem cœlum tertium et usque ad illud progressio suppeditavit, fortasse de Deo nobis aliquid amplius constaret. » Consimiliter Joannes ille Chrysostomus in orationibus illis quibus opera sex dierum enarravit, his verbis utitur : « Si magnus ille Paulus, quem eo dignatus est honore Deus ut audiret ineffabilia verba nulli ad hunc usque diem alii mortalium audita, dicere non dubitavit[1] se corpus suum contundere ac subigere, quid nos tandem de nobis dicere par est? » Ac de his quidem hactenus.

Ὁ δὲ Ἀδὰμ μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου (τηνικαῦτα γὰρ ἄρχεται ἡ χρονογραφία), ζήσας ἐνακόσια ἔτη πρὸς τοῖς τριάκοντα τελευτᾷ ἐν Ἰουδαίᾳ, κἀκεῖ τέθαπται. Καὶ πῶς ἄκουε. Ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἐν τοῖς *Παναρίοις*, ὡσαύτως καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ἑρμηνείᾳ λέγει ἄγραφον παράδοσιν περισώζεσθαι τῇ Ἐκκλησίᾳ περὶ τοῦ Ἀδὰμ, ὡς εὐθὺς μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐλθεῖν χάριν παρηγορίας ὧν ἀπώλεσεν· αὕτη καὶ γὰρ γῆ πίων καλεῖται. Ἐκεῖσε λοιπὸν ἐνδιατρίβει, ἐκεῖσε καὶ τέθαπται. Θαῦμα μὲν οὖν ἐδόκει τοῖς ὁρῶσιν ἡ ἐκείνου κεφαλὴ τῆς σαρκὸς διαῤῥυείσης, ὅτι καὶ πρῶτον ἐκεῖνον Ἰουδαία νεκρὸν ἐδέξατο. Ἐν τόπῳ λοιπόν τινι καταθέμενοι τὸ τοιοῦτον κρανίον, τόπον

Adamus autem ejectus e paradiso (hinc enim temporum adnotatio inchoatur), cum annos 930 vivendo explesset, in Judæa mortuus est, ibidemque sepultus. Unde id constet, audi. Epiphanius in *Panariis* et Basilius in Isaiæ vatis enarratione tradunt traditionem quamdam non scriptam in Ecclesia retineri, Adamum de paradiso ejectum mox in Judæam pervenisse, quo damni facti solatium aliquod haberet. Nam ejus terræ solum pingue sacris in Litteris appellatur, in qua deinceps cum vixisset ibidem sepultus fuit. Et videbatur ejus caput, ubi jam carnes defluxissent, mirum quoddam intuentibus esse spectaculum, præsertim cum **121** Judæa primum omnium cadaver ipsius excepisset. Itaque loco quodam hac ipsius calvaria con-

[99] Gen. IV, 25. [1] 1 Cor. IX, 27.

dita, locum ipsum Calvariæ locum dixere; quo loco A deinceps in crucem Dominus agitur, ut in ligno eum restitueret vitæ, qui per lignum mortalitati factus fuerat obnoxius. Qua de causa nugas agere Tatianos est necesse, cum Adamum salutem consecutam negant. Eumdem, ceu diximus, in Judæam delatum ibidem terræ mandatum esse, Josephus etiam, de Hebraica perceptum historia, memoriæ prodidit.

Cæterum in adnotatione temporum scriptores hoc loco dissentiunt. Nam ex Septuaginta interpretum auctoritate reperiuntur in decem ab Adamo ad Noam ætatibus anni 2242. Judæorum Hebraica lectio tradit in iisdem ætatibus annos 1656. Libri Samaritanorum Hebraici annos 1307 habent. Perhibetur etiam divinum angelum Uriclum, cujus B est inter astra statio, descendisse ad Sethum et Enochum, eosque de temporum, anni, mensium, conversionum, ipsorumque annorum adeo discriminibus erudiisse. Georgius tradit Sethum primum invenisse litteras Hebraicas, signa cœlestia, conversiones annorum, menses, septimanas; eumdem sideribus et stellis septem erraticis indidisse nomina, de quibus agnoscerentur.

Hic Sethus cum annos 912 vixisset, fato functus est, tum propter virtutem pro deo habitus, tum quod Hebraicas litteras et appellationes siderum primus invenisset. Procreavit autem Enosum, qui et ipse pro deo virtutis nomine haberi meruit. Cum annos vixisset 905, rebus humanis exemptus C est. Filium habuit Cainam, qui cum annos ætatis 910 explesset, obiit relicto filio Maleleelo, qui annis vitæ 895 exactis mortuus est. Filium is habuit Jaredum, qui post annum vitæ 962 terras reliquit. Genuit autem Enochum, ex quo Mathusalas natus est; cumque vixisset Enochus annos 365, sublatus a Deo nusquam exstitit.

His autem Litteræ sacræ tradunt Enochum Mathusalam procreasse. Propterea Chrysostomus hæc ita declarans inquit: « Conjugium illis qui grati et accepti esse Deo volunt, nihil impedimenti affert. Nam ea de causa semel atque iterum indicant Litteræ sacræ Enochum Deo fuisse gratum, postquam Mathusalam genuisset, » ideoque sublatum e medio fuisse. Atque hic mihi bonitatem Dei nostri D adspice. Nam homine reperto qui summa virtute præditus esset, noluit eum illius dignitatis expertem esse, qua principe loco formatum hominem ante violationem edicti ornaverat. Et vero propterea de medio sublatum Enochum fuisse **122** divinitus, ut homines mortalitati propter peccatum factos obnoxios Deus consolaretur, magnus ille Athanasius in oratione sua de Assumptione verbis his aperte significat: « Propter inobedientiam quidem ingressa mors est, verum nihilominus extremam illam comminationis suæ severitatem mitigans Deus humano generi spem immortalitatis illustrem ostentat, Enocho de medio mortalium sublato. Quo ipso facto nos docuit naturam mortalem fines im-

κρανίου τὸν τόπον ἐκεῖνον ὠνόμασαν. Ἐκεῖσε οὖν σταυροῦται ὁ Κύριος, ἵνα διὰ ξύλου ζωώσῃ τὸν διὰ ξύλου σχόντα τὴν νέκρωσιν. Φλυαροῦσι λοιπὸν οἱ Τατιανοὶ μὴ σωθῆναι τὸν Ἀδὰμ λέγοντες. Περὶ μέντοι τοῦ ἐλθεῖν τὸν Ἀδὰμ ἐν γῇ τῇ Ἰουδαίᾳ κἀκεῖσε ταφῆναι διαλαμβάνει ὁ Ἰώσηπος ἀπὸ Ἑβραϊκῆς ἱστορίας τοῦτο μαθών.

Διαφωνοῦσι δὲ κατὰ τοὺς χρόνους οἱ τὰ τοιαῦτα συγγραφόμενοι. Κατὰ γὰρ τοὺς ἑβδομήκοντα εὑρηνται ἐν ταῖς ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ Νῶε δέκα γενεαῖς ἔτη ,βσμβ', κατὰ δὲ τὸ παρὰ Ἰουδαίοις Ἑβραϊκὸν ἐπὶ ταύταις ταῖς ι' γενεαῖς ἔτη ,αχνς', κατὰ δὲ τὸ παρὰ Σαμαρείταις ἔτη ,ατζ'. Λέγεται δὲ ὅτι ὁ ἐν τοῖς ἀστράσι τεταγμένος ἄγγελος, ὁ θειότατος δηλαδὴ Οὐριὴλ, πρός γε τὸν Σὴθ καὶ τὸν Ἐνὼχ κατιών, ἐδίδαξεν αὐτοὺς ὡρῶν, μηνῶν, τροπῶν καὶ ἐνιαυτῶν διαφοράς. Κατὰ δὲ τὸν Γεώργιον πρῶτος ἐξεῦρεν ὁ Σὴθ γράμματα Ἑβραϊκὰ, καὶ τὰ σημεῖα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὰς τροπὰς τῶν ἐνιαυτῶν, καὶ τοὺς μῆνας, καὶ τὰς ἑβδομάδας. καὶ τοῖς ἄστροις καὶ τοῖς πέντε πλανήταις ἐπέθηκεν ὀνόματα ὥστε γνωρίζεσθαι.

Ὁ μέντοι Σὴθ ἔτη ζήσας ἐννακόσια δώδεκα τελευτᾷ, θεὸς εἶναι διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ νομιζόμενος καὶ διὰ τὸ πρῶτος εὑρηκέναι τὰ Ἑβραϊκὰ γράμματα καὶ τὰς τῶν ἀστέρων ὀνομασίας. Οὗτος ὁ Σὴθ γεννᾷ τὸν Ἐνώς, θεὸν καὶ αὐτὸν διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ νομιζόμενον. Οὗτος ζήσας ἔτη ἐννακόσια πέντε τελευτᾷ. Ἐγέννησε δὲ τὸν Καϊνᾶν. Οὗτος ἔτη ζήσας ἐννακόσια δέκα τελευτᾷ. Ἐγέννησε δὲ τὸν Μαλελεήλ. Οὗτος ζήσας ωϛε' τελευτᾷ. Ἐγέννησε δὲ τὸν Ἰάρεδ. Οὗτος ἔτη ζήσας ἐννακόσια ἑξήκοντα δύο τελευτᾷ. Ἐγέννησε δὲ τὸν Ἐνώχ. Οὗτος γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα. Ζήσας δὲ ἔτη τξε' οὐχ ηὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός.

Διὸς δέ φησιν ἡ Γραφὴ ὅτι ἐγέννησεν Ἐνὼχ τὸν Μαθουσάλα. Ταύτῃ τοι καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐπὶ τούτοις οὕτω διέξεισιν· « Οὐκ ἔστι γάμος ἐμποδὼν τοῖς εὐαρεστεῖν ἐθέλουσι τῷ Θεῷ· διὰ γὰρ τοῦτο ἅπαξ καὶ δὶς ἡ Θεία λέγει Γραφὴ ὅτι μετὰ τὸ γεννῆσαι τὸν Μαθουσάλα εὐηρέστησεν Ἐνὼχ τῷ Θεῷ, » ἐφ' ᾧ καὶ μετετέθη. Καὶ ὅρα Δεσπότου ἀγαθότητα· εὑρὼν γὰρ ἄνδρα κατωρθωκότα τὴν ἀρετὴν, οὐκ ἀπεστέρησεν αὐτὸν τῆς ἀξίας ἣν τῷ πρωτοπλάστῳ ἐχαρίσατο πρὸ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς. Ὅτι δὲ τοὺς θνητότητι διὰ τὴν ἁμαρτίαν πεσόντας παραμυθούμενος ὁ Θεὸς τὸν Ἐνὼχ μετέθηκεν, ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ εἰς τὴν ἀνάληψιν λόγῳ αὐτοῦ σαφῶς οὕτω διεξῆλθε· « Θάνατος μὲν εἰσῆλθε διὰ τὴν παρακοήν. Λύων δὲ ὅμως τὴν τῆς ἀπειλῆς ἀκμὴν ὁ Θεὸς, ἐλπίδα εὐθὺς ἀθανασίας ἀνατέλλει τῷ γένει καὶ τὸν Ἐνὼχ ἐκ μέσου ἁρπάζει. Κἀντεῦθεν τὴν θνητὴν φύσιν ἐδίδαξεν ὅρους ἀθανασίας ἐκδέχεσθαι, καὶ ἡ τοῦ δικαίου κατάστασις θανάτου στάσις ἐγένετο. » Ὁ δὲ Γεώργιός φησιν ὅτι τοῦ Λάμεχ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τοῦ Ἐνὼχ δηλαδὴ, φονεύσαντος καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν λαβόν-

τος προσηύξατο μετατεθῆναι ὁ δίκαιος, ὡς μηκέτι τοιοῦτόν τι θεάσηται.

A mortalitatis excipere. Adeoque justi hominis hæc conditio nihil erat aliud quam mortis velut insistere jussæ inhibitio. Georgius scribit interfectis Enochi fratribus a Lamecho, qui deinde conjuges eorum sibi matrimonio junxerit, justum hunc virum precatum esse ne quid ejusmodi amplius spectaret.

Ἔγνω δὲ Κάϊν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὸν Ἐνώς. Τούτῳ τῷ Ἐνὼς γεννᾶται Γαϊδᾶν, Γαϊδᾶν δὲ γεννᾷ τὸν Μαλελεήλ, Μαλελεὴλ δὲ γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα, καὶ Μαθουσάλα ἐγέννησε τὸν Λάμεχ. Ἔλαβε δὲ ἑαυτῷ ὁ Λάμεχ δύο γυναῖκας, Ἀδᾶ καὶ Σελᾶ, καὶ ἔφη πρὸς αὐτάς· « Ἀκούσατε τῆς φωνῆς μου, γυναῖκες Λάμεχ, ἐνωτίσασθέ μου τοὺς λόγους, ὅτι ἄνδρα ἀπέκτεινα εἰς τραῦμα ἐμοὶ καὶ νεανίσκον εἰς μώλωπα ἐμοί, ὅτι ἑπτάκις ἐκδεδίκηται ἐκ Κάϊν, ἐκ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. » Καὶ ζητοῦσιν ἐνταῦθα διὰ τί ἐκ μὲν Κάϊν ἑπτάκις ἐκδεδίκηται, καὶ ταῦτα τὸν οἰκεῖον ἀδελφὸν ἔργον φόνου ποιήσαντος; ἐκ δὲ Λαμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. Καὶ λέγομεν ὅτι ὁ μὲν Κάϊν οὔπω ἔγνω ὁποῖόν ἐστιν ὁ φόνος κακὸν, οὔπω εἶδε φονέα τιμωρούμενον, οὔπω εἶδε τὸν Θεὸν ἐπ' αὐτῷ ἀγανακτοῦντα· ἐφ' ᾧ καὶ τιμωρίας οὐ τοσοῦτον βαρείας μετέσχηκεν. Ὁ δὲ Λάμεχ βαρύνεται τῇ κολάσει, ὅτι φονεὺς ἦν μετὰ τὸν νόμον καὶ τὸ κατάκριμα, ὅτι τοῦ Κάϊν ἑαυτὸν οὐκ ἐσωφρόνισεν ὑποδείγματι· ὅθεν καὶ βαρυτέραν ἐκείνου τὴν κόλασιν δέχεται. Ἀλλ' ὁ μὲν Κάϊν ἐπὶ τῷ φόνῳ συγγνώμης οὐκ ἔτυχεν, ὅτι καὶ παρὰ Θεοῦ ἐλεγχόμενος κρύπτειν ἔσπευδε τὸ ἁμάρτημα· ὁ δὲ Λάμεχ τῆς μιαιφονίας ἀπαλλάττεται, ὅτι τὴν καθ' ἑαυτοῦ ψῆφον καὶ μόνος ἐξήνεγκεν, ὅτι μείζονος ἑαυτὸν ἔδειξε κολάσεως ἄξιον, οὕτως εἰπών· « Ἐκ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. »

Cainus etiam cum uxore cum liberis operam dedisset, concepto illa fetu Henosum enixa est, Henosus Gaidanem procreavit, Gaidan Maleleelum, Maleleelus Mathusalam, Mathusalas Lamechum. Is duabus uxoribus Ada Selaque ductis, sic eas est allocutus: « Audite meam orationem, uxores Lamechi, et quæ dicam attendite. Occidi hominem cum vulnere meo, juvenem non sine plagis meis. In Caino septupli pœna fuit, in Lamecho septuagecupli septupli erit[a]. » Quæri solet hoc loco quamobrem in Caino quidem septupli pœna statuatur, B cum is proprium fratrem occiderit, in Lamecho autem septuagecupli septupli? Respondemus Cainum necdum scivisse cujusmodi malum cædes foret; necdum quemquam homicidam punitum novisse; necdum indignationem Dei compertam habuisse: quamobrem pœna non usque adeo gravi fuisse affectum. Lamechi vero supplicium eo fuisse gravius, quod homicidium post legem latam et condemnationem promulgatam commisisset, nec Caini exemplo monitus frugi factus fuisset. Idcirco gravius punitur. Rursum Cainus veniam cædis non est consecutus, idque propterea quod Deo ipsum redarguente delictum occultare conatus fuerit. At eodem a piaculo Lamechus absolvitur, quod ipse suo se calculo damnaverit, seque majori supplicio dignum verbis hisce pronuntiaverit: « In Caino septupli pœna fuit, in Lamecho septuagecupli septupli erit. »

Εἰ δὲ κἀκεῖνο πολυπραγμονεῖς, ἀγαπητὲ, ὅπερ πρὸς Κάϊν εἶπεν ὁ Θεὸς, ὅτι πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει, ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐν τῷ κατ' Ἰουδαίων ἕκτῳ λόγῳ διδάξει σε κατὰ ῥῆμα δεξιῶν οὑτωσί· « Μὴ φοβοῦ, φησί· βιώσῃ βίον μακρόν· κἂν ἀνέλῃ σέ τις, πολλαῖς ἔσται τιμωρίαις ὑπεύθυνος. Ὁ γὰρ ἑπτὰ ἀριθμὸς παρὰ τῇ Γραφῇ ἀδιορίστου πλήθους ἐστὶ σημαντικός. Ὁ ἀνελών σε, φησὶ, καὶ τῶν ἐπικειμένων σοι ἀπαλλάξει κολάσεων, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτὸν ἐπισπάσεται τὴν τιμωρίαν. Καὶ ἴσχει μὲν εἶναι βραχὺ τὸ λεγόμενον, πολλῆς δὲ ὅμως κηδεμονίας ἐστί. Καὶ γὰρ τοὺς μετὰ ταῦτα σωφρονίσαι βουλόμενος, τοιοῦτον ἐπενόησε κολάσεως τρόπον, ὃς ἀπαλλάξαι κἀκεῖνον τῆς τιμωρίας ἠδύνατο. Εἰ μὲν γὰρ εὐθέως αὐτὸν ἀνεῖλεν, ἀπῆλθεν ἂν ἔχων τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα οὐκ ἂν ἐγένετο γνώριμος. Νυνὶ ἀφεθεὶς πολὺν χρόνον ζῆσαι ἐν ἐκείνῳ τῷ τρόμῳ, διδάσκαλος τοῖς ἅπασιν καθίστατο πᾶσι διὰ τῆς ὄψεως. Ἀλλὰ τί δή ποτε τὴν ἁμαρτίαν ὁμολογήσας, καὶ εἰπὼν μείζονα συγγνώμης ἡμαρτηκέναι, οὐκ ἂν ἴσχυσεν ἀπονίψασθαι τὸ ἁμάρτημα; Καίτοι γε ὁ Προφήτης φησὶν, « Λέγε σὺ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιω-

Quodsi, dilecte fili, curiose tibi libet etiam de hoc inquirere quod ad Cainum a Deo profertur: « Quicumque Cainum necaverit, septupli vindictam sustinebit, » licet ex Joannis Chrysostomi oratione in Judæos septima discas, ubi hæc verba ipsius exstant: « Dicere voluit Deus, Ne metuas tibi, Caine; vitam longævam exiges. Quodsi quis te necaverit, multarum pœnarum se reum faciet. Septenarius enim **123** numerus sacris in Litteris indefinitæ multitudinis significationem habere solet. Qui ergo te interfecerit, iisque pœnis exemerit quæ te nunc premunt, D is supplicium in semetipsum transferet. Quod quidem dictum perquam esse grave videtur, verum a providentia singulari proficiscitur. Cum enim Deus posteriores efficere frugi vellet, hujusmodi pœnæ modum reperit, qui ei ipsum liberare supplicio posset. Nam si mox eum sustulisset, suo cum delicto periisset nec posteris innotuisset. Nunc cum facta fuerit ei potestas in illa trepidatione diu vivendi, vel ipso intuitu sibi occurrentes eruditebat. Enimvero qui factum est ut cum delictum suum fassus ipse verbis his esset: « Major est mea culpa quam ut remittatur[b], » peccatum abluere

[a] Gen. iv, 23. [b] Ibid. 13.

nequiverit? Atqui vates ait: « Iniquitates tuas Domino prior exponito, ut justificeris. » Nimirum propterea damnatus est, quod sic delictum suum fassus non fuerit quemadmodum vates præcipit. Hoc enim requiritur non ut simpliciter proliteare, sed ut prior hoc facias, nec coarguentem exspectes. At vero Cainus prior non exposuit, sed tantisper exspectavit, donec a Deo coargueretur; quo facto delictum suum exposuit, id quod esse confessio nequit. Nam priorem esse in fatendo, id vere justificat »

A θῇς » Ἀλλὰ διὰ τοῦτο κατεκρίθη, ὅτι οὐκ εἶπεν ὡς ὁ Προφήτης ἐκέλευσε. Τὸ γὰρ ζητούμενον τοῦτό ἐστιν, οὐ τὸ εἰπεῖν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ πρῶτος εἰπεῖν, τὸ μὴ ἀναμεῖναι τὸν ἐλέγχοντα. Οὗτος δὲ οὐκ εἶπε πρῶτος, ἀλλ' ἀνέμεινεν ἐλεγχθῆναι παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὕτως εἶπε τὴν ἁμαρτίαν. Ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐξομολόγησις. Τὸ γὰρ πρῶτος εἰπεῖν, ἐκεῖνο πάντως καὶ δικαιοῖ. »

Hujusmodi Chrysostomus verbis his indicavit: « Cæterum Mathusalas Enochum est subsecutus, Mathusalam Lamechus, a quo Noa procreatus fuit, cui tres fuere filii, Semus, Chamus, Japhetus. Accidit autem ut jam hominum multitudo per orbem crescere inciperet, quibus cum filiæ nascerentur, filii Dei animadverso filias hominum venustas esse, de omni numero eligebant quas uxores ducerent. Tum Dominus dixit: « Non permanebit Spiritus meus in hisce mortalibus, cum caro sint. Itaque reliquos eis faciam 120 annos [4]. » Erant ea tempestate in terris gigantes, qua quidem et diluvium Deus immisit, cujus nota est admodum causa. » Quid præter alios Josephus tradiderit, audi. « Septem ætatibus in eo statu perstitere mortales, ut Deum pro rerum Domino agnoscerent solamque virtutem in omnibus respicerent. Ab eo deinceps tempore mutati sunt in pejus. Nam complures ex Dei filiis cum mulieribus consuescentes, liberos ex iis contumaces et omnis honesti contemptores propter potentiæ fiduciam progenuere. Quapropter visum est Deo cum iis universam nationem mortalium exscindere, genusque purum ab omni flagitio facere, resectis ipsis etiam annis vitæ longævæ quam prius degebant. » Consimiliter et eximius ille Cyrillus disserit. **124** Filii Dei, ait, hoc est a Setho prognati (eam illum virtutis causa sui deum appellavere), animadverso filias hominum, id est ortas ex posteritate Caini, forma venustas esse, matrimonio sibi eas junxerunt, natique sunt ex eis gigantes, homines informes omnemque pravitatem referentes, indente turpem eis hanc speciem Deo propter nefandam et exsecrabilem generis utrinsque commistionem. Easdem ob causas diluvio sunt exstincti. Significavit idem magnus etiam Petrus, in Epistolarum suarum catholicarum altera verbis hisce disserens: « Impiorum generi diluvium invexit [5]. » Cur hic vocat impios, qui unum Deum religiose colendo venerabantur? Quia tantopere in libidinem exarserunt ut viginti viri una cum femina consuescerent. Hoc enim pacto Dei quoque filii, nimirum a Setho prognati, ad concubitus vagos invitati sunt; qui quidem virtutis etiam nomine Dei sunt appellati filii, quemadmodum Israelus vocatur filius primogenitus [6]. Tradit hæc divinus ille vir Ephraemus. Et Chrysostomus affirmat alia nulla de causa quam ob hanc utriusque generis commistionem cœli meatus reclusos fuisse. Itidem non impietatis Deum negantis

B

Καὶ τὰ μὲν τοῦ Χρυσοστόμου τοιαῦτα· « Μετὰ τὸν Ἐνὼχ ὁ Μαθουσάλα, μετὰ δὲ τοῦτον ὁ Λάμεχ. ἐκ δὲ τούτου ὁ Νῶε. Οὗτος γεννᾷ τρεῖς υἱούς, Σήμ, Χάμ, Ἰάφεθ. Καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι πολλοὶ γενέσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, θυγατέρες ἐγεννήθησαν αὐτοῖς. Ἰδόντες δὲ οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων ὅτι καλαί εἰσιν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀπὸ πασῶν ὧν ἐξελέξαντο. Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεός· « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. Ἔσονται δὲ αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἑκατὸν εἴκοσι ἔτη. » Οἱ δὲ γίγαντες ἦσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Τηνικαῦτα καὶ τὸν κατακλυσμὸν ἐπάγει ὁ Θεός. » Ἡ δὲ αἰτία καὶ πάνυ σαφής. Καὶ ἄκουε πρὸ τῶν ἄλλων αὐτοῦ τοῦ Ἰωσήπου λέγοντος· « Ἑπτὰ γενεαῖς οἱ ἄνθρωποι διέμειναν Θεὸν ἡγούμενοι Δεσπότην καὶ πάντα πρὸς ἀρετὴν βλέποντες. Μετὰ δὲ ταῦτα μεταβάλλονται πρὸς τὸ χεῖρον. Πολλοὶ γὰρ ἄγγελοι Θεοῦ γυναιξὶ συμμιγέντες ὑβριστὰς ἐγέννησαν παῖδας καὶ παντὸς ὑπερόπτας κακοῦ διὰ τὴν ἐπὶ τῇ δυνάμει πεποίθησιν. Ὅθεν διανοεῖται ὁ Θεὸς καὶ πᾶν ὅσον ἦν ἀνθρώπινον διαφθεῖραι σὺν αὐτοῖς, καὶ ποιῆσαι γένος ἕτερον πονηρίας καθαρόν, ἐπιτεμνόμενος καὶ αὐτὰ τὰ ἔτη ἅπερ πρότερον ἔζων. » Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Κύριλλος λέγει ὅτι ἰδόντες οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν οἱ ἀπὸ τοῦ Σὴθ καταγόμενοι (ἐκεῖνον γὰρ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ Θεὸν ἔλεγον), τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ἤγουν τὰς ἀπὸ τοῦ Κάϊν, ὅτι καλαὶ τῷ εἴδει εἰσίν, ἔλαβον αὐτὰς εἰς γυναῖκας. Ὅθεν καὶ ἐγεννῶντο οἱ γίγαντες, ἄνδρες δυσσεβεῖς καὶ πᾶν εἴ τι κάκιστον ὄντες, τοῦ Θεοῦ παραχαράξαντος αὐτοὺς διὰ τὴν μυσαρὰν αὐτῶν μῖξιν. Ὅθεν καὶ κατακλύζει αὐτούς, καθὼς καὶ ὁ κορυφαῖος ἐνέφηνε Πέτρος ἐν τῇ καθολικῇ αὐτοῦ δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ οὕτως εἰπών· « Κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας. » Διὰ τί δὲ τοὺς ἕνα Θεὸν προσκυνοῦντας ἀσεβεῖς ἐκάλεσε; Διότι τοσοῦτον ἐξεμάνησαν εἰς συνουσίας ὡς ἐπὶ εἴκοσι ἀνδράσι τὴν γυναῖκα περιφέρεσθαι. Ἐκ τούτου γὰρ καὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ Θεοῦ, τοὺς ἐκ Θεοῦ Σὴθ δηλαδή, πρὸς μῖξιν εἵλκυσαν. Υἱοὶ δὲ τοῦ Θεοῦ λέγονται καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ὥσπερ υἱὸς πρωτότοκος ὁ Ἰσραήλ, κτθὼς ὁ θεῖος Ἔφη Ἐφραΐμ. Καὶ ὁ χρυσοῦς δὲ τὴν γλῶτταν οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκα, τῆς δὲ τῶν γενῶν ἐπιμιξίας ἀποιχθῆναι λέγει τοὺς καταράκτας τοῦ οὐρανοῦ. Ὅτι δὲ διὰ φιληδονίαν καὶ τὴν μυσαρὰν ἐκείνην μῖξιν, ὧν ἕνεκεν ἀσεβεῖς ἐκάλεσε τοὺς γίγαντας ὁ κορυ-

C

D

[4] Gen. VI, 3. [5] II Petr. II, 5. [6] Exod. IV, 22.

φαῖος Πέτρος, ἐπήγαγε τὸν κατακλυσμὸν ὁ Θεὸς, καὶ οὐ δι' ἀθεΐαν ἢ ἄλλην κακίαν τινὰ, ὁ θειότατος Κύριλλος ἐν τῇ κατὰ Ἰουλιανοῦ βίβλῳ παρίστησι τοῦτο σαφέστατα λέγων· « Οἱ ἐξ Ἀδὰμ καὶ μέχρι τοῦ Νῶε γεγονότες ἄνθρωποι Θεὸν ἕνα τὸν ἀληθινὸν τετιμήκασι, μετὰ δὲ τὴν τοῦ πύργου κατασκευὴν καὶ τὴν τῶν γλωσσῶν διαφορὰν, ἀσύμβατον καὶ αὐτὴν ἐσχήκασι τὴν περὶ Θεοῦ δόξαν· πανταχοῦ γὰρ διασκεδασθέντες καὶ τὴν πολύθεον πλάνην ἐσχήκασιν. » Ὅτι δὲ δι' ἀσωτίαν ἀμφοτέρων τῶν μερῶν ὁ παγκόσμιος ἐκεῖνος γέγονε κατακλυσμὸς, αὐτὸς ὁ Θεὸς ἐδήλωσεν οὕτως εἰπών· « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας, » ἤγουν διὰ τὸ ζῆν αὐτοὺς ἐμπαθῶς τε καὶ σαρκικῶς. Οὕτω μὲν οὖν ὁ μέγας Παῦλος τοὺς ἐγκρατῶς ζῶντας ἀσάρκους καλεῖ, λέγων· « Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί. » Σάρκας μὲν οὖν, ὥσπερ δὴ καὶ ἀσεβεῖς, εἰώθασι καλεῖν ἡ Γραφὴ τοὺς βίον ἔχοντας ἄσωτον· ἀσέβεια γὰρ οὐ μόνον ἡ τῶν εἰδώλων προσκύνησις, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ ἀσελγὴς βίος καὶ ἄσωτος. Καὶ τοῦτο δηλοῖ ὁ μακάριος Δαβὶδ λέγων· « Ἐγὼ εἶπα, Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ, καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου. » Μὴ γὰρ ἀλλόπιστος ἦν ὁ Δαβίδ; Μὴ τὸν Θεὸν ἐξωμόσατο πάντως; Οὐχὶ, ἀλλὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἥτις ἔτεκε τὴν μοιχείαν, ἀσέβειαν ἐκεῖνος ἐκάλεσε. Παγκόσμιον δὲ τὸν κατακλυσμὸν ἐκεῖνον ἐπήνεγκεν ὁ Θεὸς, ὅτι καὶ πάντες ἐκεῖνοι καθάρσεως ἔχρῃζον. Καὶ τοῦτο παρίστησιν ἡ Γραφὴ λέγουσα· « Καὶ εἶδε Κύριος ὁ Θεὸς τὴν γῆν, καὶ ἦν κατεφθαρμένη, ὅτι κατέφθειρε πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτῆς ἐπὶ τῆς γῆς. »

A vel alia quapiam causa diluvium fuisse invectum, extra solam hanc voluptariæ vitæ libidinem et commistionem exsecrandam, quo nomine gigantes impios summus ille Petrus appellavit, præclarissimus ille Cyrillus in scripto adversus Julianum libro perspicue verbis hisce demonstrat: « Homines ab Adamo ad Noam usque prognati Deum unum et verum coluere. Post exstructionem vero turris illius linguarumque divisionem cœperunt etiam opinionibus de Deo dissidere mortales. Nam in omnes dispersi partes deûm quoque multitudinis errorem imbuerunt. » Denique propter utriusque partis luxuriam diluvium illud orbem universum invasisse Deus ipse denotat, cum ait: « Non permanebit Spiritus meus in hisce mortalibus, cum caro sint, » hoc est pro affectionum et carnis libidine vivant. Sic enim et Paulus homines temperanter viventes carnis expertes in his verbis vocat: « Vos in carne non estis [7]. » Nimirum Litteræ sacræ carnem et impios appellare consueverunt eos quorum vita luxuriæ dedita est. Nam impietas non deastrorum modo cultus est, sed significat etiam lasciviæ luxuriæque vitam obnoxiam. Patet hoc ex beati viri Davidis hac oratione: « Dixi apud me, Improbitatem meam adversus me ipsum Domino fatebor; et tu mei cordis impietatem mihi condonasti [8]. » Quæso te, num fidem quamdam extraneam Davides sectabatur? Num Deum abjuraverat? Nequaquam certe. Nimirum impietatis vocabulo **125** cupiditatem illam, quæ adulterium pepererat, innuit. Et universale diluvium invexit proptorea Deus, quod omnes illi homines repurgationis egerent. Significatur hoc sacris in Litteris per hæc verba: « Vidit Deus orbem terrarum esse corruptissimum et omnium mortalium mores depravatos [9]. »

B

C

Πρόσεχε δὲ, ἀγαπητέ. Εἰ γὰρ οὐκ ἐφείσατο τότε τινὸς ὁ Θεὸς, ἀλλὰ πάντας ὁρδὴν κατέκλυσε, μηδὲν ὠφεληθέντας ἐκ τοῦ λόγῳ μόνῳ σέβεσθαι τὸν Θεὸν, εὔδηλον πάντως ὡς οὐδὲ ἡμῶν ἐν ἐκείνῃ φείσεται τῇ ἡμέρᾳ, εἰ-καὶ τὸ τῶν Χριστιανῶν ἐπιφερόμεθα ὄνομα. Ἐρεῖ γὰρ ἀληθῶς ὁ Δεσπότης πάντων Χριστὸς καὶ ἡμῖν, ὅπερ εἶπε τοῖς Ἰουδαίοις, ἡνίκα καυχώμενοι ἔλεγον· « Ἡμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν τοῦ Ἀβραάμ ἐσμεν. » Καθάπερ γὰρ ἐκείνοις ἔλεγεν· « Εἰ ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα ἂν ἐποιεῖτε τοῦ Ἀβραάμ, » οὕτως ἐρεῖ καὶ ἡμῖν· « Εἰ Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς εἴχετε, τὰ ἔργα ἂν ἐποιεῖτε τὰ τοῖς Χριστιανοῖς ἁρμόζοντα. » Μὴ οὖν ἐπὶ τούτοις ἀμφίβαλλε· διὰ γὰρ τοῦ παγκοσμίου ἐκείνου κατακλυσμοῦ καὶ τοῦ ἐν Σοδόμοις ἐμπρησμοῦ σαφῶς ἔδειξεν ὁ Θεὸς, ποῖον ἅπασι τέλος τοῖς ἐν ἀσωτίᾳ τὸν βίον καταλύουσιν.

Hic animum mihi, dilecte fili, advertito. Nam si Deus id temporis nemini pepercit, sed diluvio funditus omnes obruit, nihil adjutos ex eo quod verbis Deum religiose venerarentur, intelligi perspicue potest futurum, ut ne nobis quidem in illo die parcat, tametsi nomen Christianorum habeamus. Revera enim Christus ille Dominus omnium verbo nos illo compellabit, quo Judæos affatus est, cum jactabundi dicerent: « Nos ex Abrahamo patre nostro sumus orti [10]. » Nimirum ut illis respondit: « Si Abrahami nati essetis, Abrahamo digna faceretis; » ita nobis etiam dicturus est: « Si pro Christianis vos gerere volebatis, ea præstare conveniebat quæ Christianos omnino decerent. » Atque hac in parte minime tibi est ambigendum. Nam per orbis universi diluvium et Sodomorum incendium Deus manifesto declaravit, qualis immineat iis exitus qui vitam in luxuria prodigunt.

D

Ὁ μέντοι Νῶε πεντακοσίων ἐτῶν γεγονὼς γεννᾷ τὸν Σὴμ, τὸν Χὰμ, τὸν Ἰάφεθ. Ἐφ' ᾧ καὶ ἄξιος θαυμασμῶν ὁ ἀνὴρ, ὅτι τοσοῦτος παρίππευσε χρόνος, καὶ μίξεσι νομίμοις ὁποκύτειν οὐκ ἤθελε. Καὶ ὡς ὁ Χρυσόῤῥήμων φησὶν, εἰ μὴ θεία τις ἦν οἰκονομία,

Cum Noe quingentos esset annos natus, Semum genuit, indeque Chamum et Japhetum [11]. Meretur in illo viro magnam hoc admirationem, quod cum tot annos vivendo explesset, ne legitimos quidem amplexus desideraverit. Chrysostomus certe ait, ni

[7] Rom. VIII, 9. [8] Psal. XXXI, 5. [9] Gen. VI, 12. [10] Joan. VIII, 33. [11] Gen. V, 31.

divino decretum fuisset consilio per ipsum genus humanum instaurandum esse, nunquam omnino carnalibus eum cupiditatibus se submissurum fuisse. Propter hanc causam Deus eum vocat hominem ætatis suæ integrum, quæ plane perversa erat. Hic Dei tolerantiam mihi considerato. Diluvium subito non invehit, sed totis centum annis arca construitur. Interim homines stolidi Noam voluntati divinæ obsequentem irridebant. Imo tametsi cernerent universas belluas coire, quemadmodum divinus ille vir Ephraemus ait, elephantos ab India Persideque advenire, leones ac pardalides inter oves atque capras promiscue accedere, reptiles bestias cum avibus eodem se persequente nemine conferre ac circum arcam commorari, nihilo tamen magis pœnitentiæ stimulos sentiebant. Idem ne nobis incidat, nunquam non vigilemus.

126 Sed enim unde Noe didicerat quæ animalia munda, quæ immunda essent, cum nondum id temporis ea Moses segregasset? Hanc enim quæstionem Chrysostomus movet. Num proficiscebatur hoc a naturali quadam cognitione, quam habebat, an a sapientia divinitus ei concessa? Præclara profecto res virtus est. Hæc Enochum transtulit, hæc Noam conservavit. Nam vide mihi, quæso, quid fiat. Omnes id temporis homines Deus exitio destinans solum ad Noam inquit: « Ingredere tu una cum omni familia tua in arcam, quoniam quidem te animadverti esse omnium hujus perversi pravique sæculi meo in conspectu facile justissimum [12]. » Simul tempus cæteris definitum ad resipiscendum tribuens inquit: « Reliquos eis faciam annos 120. » Quanquam ne hos quidem universos vixerunt propter insignem perversitatem. Nam qui prius durante 100 annorum intervallo non resipuerant, intra viginti annos pœnitentiam acturi non erant. Atque hoc loco mihi observa Deum nonnunquam nobis resipiscentibus eam vitam præcidere quam prius pollicebatur, ut hic fieri videmus, nonnunquam minatum se perditurum re ipse minas non exsequi, nobis resipiscentibus; id quod Ninevitis videmus usuvenisse.

Cæterum aqua supra ipsos montes excrevit ad 15 usque cubitos, ut eveniret quod futurum Deus minatus fuerat: « Quidquid ortum est delebo, non homines solum, sed etiam pecora et reptilia, et volucres, quæ sub cœlo sunt [13]. » Quippe si tantam ad altitudinem non excrevisset, volucres haudquaquam periissent. Et quidem aquam hujusce diluvii montes etiam sublimissimos operuisse, vel hinc colligere licet. Quidam cum e Libani cacuminibus ad structuras ædificiorum saxa congererent, asseruerunt se intra Libani concavitates reperisse pisces induratos in limo defixos, uti Josephus etiam memoriæ prodidit.

Cum diluvium desiisset, Noe Deo sacrificium obtulit. Quamobrem istuc? Ut iis qui aliquando futuri essent infirmiores, Deum benignum ac propitium redderet, sicut eximius ille Cyrillus ait, ne

ὥστε δι' αὐτὸν αὖθις τὸ τῶν ἀνθρώπων συστῆσαι γένος, οὐκ ἂν οὐδ' ὅλως σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις ὑπέκυψε· κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ τέλειον αὐτὸν ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ καλεῖ ὁ Θεὸς, τῇ διεστραμμένῃ δηλαδή. Ἀλλ' ὅρα μακροθυμίαν τοῦ Θεοῦ. Οὐκ εὐθέως ἐπάγει τὸν κατακλυσμὸν, ἀλλ' ἔτη μὲν ἑκατὸν ἑτοιμάζει τὴν κιβωτὸν, κἂν οἱ ἄφρονες τὸν Νῶε θελήματι θείῳ ὑπηρετούμενον ἐξεμυκτήριζον. Ἀλλὰ καὶ συναγόμενα ὁρῶντες τὰ θηρία πάντα, καθά φησιν ὁ θεῖος Ἐφραΐμ, ἐλέφαντας μὲν ἀπὸ Ἰνδικῆς καὶ Περσίδος ἐρχόμενα, λέοντας καὶ παρδάλεις μετὰ προβάτων καὶ αἰγῶν μιγάδας, ἑρπετὰ καὶ πετεινὰ ἄνευ τινὸς διώκοντος ἐρχόμενα καὶ κύκλῳ τῆς κιβωτοῦ αὐλιζόμενα, οὐδαμῶς κατενύγησαν. Ἀλλὰ μὴ καὶ ἡμεῖς τοῦτο πάθοιμεν, γρηγοροῦντες ἀεί.

Πόθεν δὲ οἶδεν ὁ Νῶε τὰ καθαρὰ καὶ ἀκάθαρτα, μήπω τῆς αὐτῶν διαιρέσεως παρὰ Μωσέως γεγονυίας. ὡς ὁ Χρυσορρήμων φησίν; Ἐκ τῆς ἐναποκειμένης αὐτῷ φυσικῆς γνώσεως, ἢ ἐκ τῆς δοθείσης αὐτῷ παρὰ Θεοῦ σοφίας. Ὡς καλὸν ἡ ἀρετή! Αὕτη τὸν Ἐνὼχ μετέθηκεν, αὕτη τὸν Νῶε διεσώσατο. Ὅρα γὰρ ὅτι πάντας ἐκείνους ἀπωλείᾳ παραδιδοὺς ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Νῶε ἔλεγεν· « Εἴσελθε σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου εἰς τὴν κιβωτὸν, ὅτι σε εἶδον δίκαιον ἐναντίον ἐμοῦ ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ καὶ διεστραμμένῃ. » Ἀλλὰ καιρὸν δοὺς αὐτοῖς ἐμπρόθεσμον εἰς μετάνοιαν, φησίν· « Ἔσονται δὲ αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἔτη ρκ', » εἰ καὶ ταῦτα πάντα οὐκ ἔζησαν διὰ τὴν κακίαν αὐτῶν· οἱ γὰρ μὴ φθάσαντες διὰ μέσου τῶν ἑκατὸν μετανοῆσαι, οὐδὲ ἐν τοῖς εἴκοσι μετενόησαν ἄν. Πρόσεχε δὲ ὅτι ποτὲ μὲν ἡν ὑπισχνεῖται δοῦναι ζωὴν ὑποτέμνει, ὡς ἐνταῦθα, ἐὰν μὴ μετανοήσωμεν, ποτὲ δὲ ἀπειλῶν ἀπολέσαι τοῦτο οὐ ποιεῖ μετανοησάντων ἡμῶν, ὡς ἐπὶ τῶν Νινευϊτῶν ἔστιν ἰδεῖν.

Τὸ δὲ ὕδωρ ὑψώθη ἐπάνω τῶν ὀρέων ἐπὶ πήχεσι πεντεκαίδεκα, ἵνα τὰ τῆς θείας πληρωθῇ ἀποφάσεως. « Ἐξαλείψω, γάρ φησι, πᾶσαν τὴν ἐξανάστασιν ἣν ἐποίησα, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, καὶ ἀπὸ ἑρπετῶν ἕως πετεινῶν ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ. » Εἰ μὴ γὰρ ὑψώθη τοσοῦτον, οὐκ ἂν τὸ τῶν πετεινῶν ἀπώλετο γένος. Ὅτι δὲ ὑπεράνω τῶν ὑψηλοτέρων ὀρέων ἐπῆρθη τὸ ὕδωρ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, κἀντεῦθεν πιστοῦται. Λίθους γάρ τινες ἐκ τῶν τοῦ Λιβάνου ἀκρωρειῶν εἰς οἰκοδομὰς μεταχομίζοντες, διεβεβαιοῦντο ὡς εὗρον ἐν τοῖς κοιλώμασι τοῦ Λιβάνου ἰχθύας τεταριχευμένους καὶ τῇ ἰλύϊ πεπηγότας, καθά φησι καὶ Ἰώσηπος.

Μετὰ δὲ τὴν τοῦ κατακλυσμοῦ παῦλαν θυσίαν ὁ Νῶε τῷ Θεῷ ἀνήνεγκε. Τίνος ἕνεκεν; Ἵνα τοῖς ἐσομένοις ἐν ἀσθενείᾳ συγγνώμονά τε καὶ γαληνὸν προσαπεργάσηται τὸν Θεὸν, ὡς ὁ μέγας διέξεισι

[12] Gen. vii, 1. [13] Gen. vi, 7.

Κύριλλος, ἵνα μὴ πάλιν μία κατὰ πάντων ἐλεύσεται ψῆφος, δευτέρῳ κατακλυσμῷ τὸ ἀνθρώπιον ὑποτιθεῖσα γένος. Ἐφ' ᾧ καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός· « Διανοηθεὶς οὐκέτι προσθήσω τοῦ καταράσασθαι τὴν γῆν διὰ τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων, ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ πονηρὰ ἐκ νεότητος. » Τούτου χάριν, ὡς εἴρηται, θυσίαν ἀνήνεγκε τῷ Θεῷ. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἑπτὰ ἑπτὰ ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν καθαρῶν εἰσαχθῆναι ἐν τῇ κιβωτῷ, δύο δύο δὲ ἀπὸ τῶν ἀκαθάρτων. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε συγχωρεῖν τοῖς ἀνθρώποις μεταλαβεῖν κρεῶν, ἔμελλον δὲ καὶ θυσίας προσφέρειν αὐτῷ τῆς εὐσεβείας οἱ τρόφιμοι, πλείονα τὰ καθαρὰ φυλαχθῆναι προσέταξε, τὰς μὲν τρεῖς συζυγίας εἰς τὴν αὔξησιν τοῦ γένους, τὸ δὲ περιττὸν ἓν εἰς θυσίαν. Ὃ δὴ καὶ πεποίηκε μετὰ τὸν κατακλυσμόν, ἀπὸ πάντων τῶν καθαρῶν προσαγαγὼν τῷ Θεῷ, ὡς εἶναι δῆλον ὅτι γε τούτου χάριν ἀνὰ ἑπτὰ προσέταξεν ἐξ ἑκάστου γένους τῶν καθαρῶν ἐν τῇ κιβωτῷ εἰσαχθῆναι, ἵνα τὸ ἓν ζῷον ἐξ ἑκάστου γένους ὁ Νῶε προσφέρων μὴ διαφθείρῃ τὰς συζυγίας. Τοσοῦτον δὲ τὴν τοῦ Νῶε προαίρεσιν ἐπὶ τῇ προσαγωγῇ τῆς θυσίας ἀπεδέξατο ὁ Θεὸς, ὡς καὶ τὴν Γραφὴν οὕτως εἰπεῖν· « Καὶ ὠσφράνθη Κύριος ὀσμὴν εὐωδίας. » Μετὰ γνώμης λοιπὸν ὑγιοῦς καὶ ἡμᾶς τὸ πᾶν ἐργάζεσθαι χρή. Εἰ δὲ μὴ, κἂν ὁτιοῦν πρασσόμεν, ἀποστραφήσεται αὐτὸ ὁ Θεός. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ἐνταῦθα ἡ τοῦ δικαίου ἀρετὴ τὸν καπνὸν καὶ τὴν κνίσσαν ὀσμὴν εὐωδίας εἰργάσατο. Ἀλλ' ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων ἡ τῶν προσαγόντων πονηρία τὸ θυμίαμα τὸ εὐῶδες βδέλυγμα ὀφθῆναι παρεσκεύασεν.

Ὁ μὲν οὖν Ἰώσηπος καὶ κατ' αὐτὸν τὸν κόρακα τὸν ἀπολυθέντα παρὰ τοῦ Νῶε τοῦ ἰδεῖν εἰ τὸ ὕδωρ ἐκόπασεν, ἐναντιούμενος φαίνεται τῇ τοῦ Μωσέως ἱστορίᾳ. Ὑποστρέψαι καὶ γὰρ πρὸς τὴν κιβωτὸν λέγει τὸν κόρακα, ὡς ἐπὶ πάσῃ τῇ γῇ τοῦ ὕδατος ἔτι λιμνάζοντος. Ὁ δὲ Μωσῆς περὶ τούτων οὕτω φησίν· « Καὶ οὐχ ὑπέστρεψεν ὁ κόραξ ἕως οὗ ἐξηράνθη ἡ γῆ. » Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ περιστερὰν ἀπέστειλεν ὕστερον, ἅτε δὴ παλινοστῆσαι τοῦ κόρακος πρὸς αὐτὸν μὴ θελήσαντος. Ἀλλὰ καὶ ἱστορικοὺς εἰσάγει τινὰς ὁ Ἰώσηπος, περί τι λέγοντας ὄρος τῆς Ἀρμενίας ὑψηλότατον ἐν τῷ τοῦ κατακλυσμοῦ πεφευγέναι καιρῷ τῶν ἀνθρώπων τινὰς, κἀκεῖσε σωτηρίας διὰ τὸ ὕψος τυχεῖν. Ἀλλ' ἔξω βάλλουσιν ἐκεῖνοι τοῦ σκοποῦ, καὶ τῆς εὐθείας πόρρω που φέρονται. Εἰ γὰρ ὑψώθη τότε τὸ ὕδωρ ἐπάνω τῶν ὑψηλοτάτων ὀρέων ἐπὶ πήχεσι πεντεκαίδεκα, καθὰ Μωσῆς ἱστορεῖ, οὐκ ἂν ὁτιοῦν ὑπελείφθη τηνικαῦτα ὄρος, ὡς οἶμαι, τοὺς ἐν αὐτῷ πεφευγότας ἰσχύος ἀβλαβεῖς διασώσασθαι.

Ἡ μέντοι κιβωτὸς τριακοσίων μὲν πηχέων τὸ μῆκος ἦν, πεντήκοντα δὲ τὸ πλάτος, τὸ ὕψος τριάκοντα. Πῆχυν δὲ ἀκούων μὴ τοιαύτην εἶναι νόμιζε ἡμῖν οἵα τίς ἐστι παρ' ἡμῖν. ἀλλὰ γεωμετρικήν. Ὁ γὰρ Μωσῆς, γεωμέτρης ἐξ Αἰγύπτου ὤν, τοιαύτην

A rursum aliquando unus adversus omnes ferretur calculus, quo genus mortalium alteri diluvio subjiceretur. Idcirco Deus his cum verbis compellat : « Statui cum animo meo nunquam deinceps terram tanta diritate prosequi propter hominum facinora, quorum cogitationes et studia inde usque a pueris ad prava quæque proclivia sunt [14]. » Hanc igitur ob causam sacrificium illud obtulit, cujus etiam respectu mandaverat Deus ut ex mundis animalibus in arcam septena, ex immundis bina reciperentur. Nam qui a carnibus vescendi potestatem mortalibus facturus erat, atque etiam litaturos sibi religiosos **127** homines sciebat, idcirco mundorum animalium major numerus servatus est, quorum tria paria generis incremento, reliquum sacrificio destinatum esset ; id quod a diluvio Noe non neglexit, de omni mundorum pecorum genere Deo victimas offerens. Ex quo perspicue licet intelligere propterea fuisse præceptum, ut septena in arcam animalia sumerentur, ne Noe unum animal ex quovis genere Deo mactans ipsa paria distraheret atque corrumperet. Cæterum usque adeo Deus in oblatione hujus sacrificii Noæ studium ac voluntatem probavit, ut his uti verbis Litteræ sacræ non dubitaverint : « Delectatus est Deus odoris illius suavitate [15]. » Quapropter nos quoque nihil non animo sano et puro faciamus, absque quo fuerit, omnino Deus aversabitur quodcunque tandem a nobis offeratur. Nam vides hic virtutem justi hominis de ipso fumo ac nidore suavissimum odorem effecisse, cum apud Judæos pravitas offerentium faceret ut suffitus etiam fragrantissimus a Deo piaculi loco duceretur.

Cæterum in narratione de corvo, qui a Noa dimissus fuit ut exploraret an aqua defecisset, Josephus historiæ Mosis aperte refragatur. Commemorat enim corvum illum ad arcam revertisse, quasi aqua per omnem terrarum orbem adhuc restagnaret. At Moses hæc in hunc modum narrat : « Non revertit corvus, donec ab aquis exsiccata terra foret. » Nam illa ipsa de causa columbam deinceps emisit, quod corvus redire noluisset. Idem Josephus probat auctoritate quorumdam historicorum, quos citat, diluvii tempore quosdam homines in altissimum Armeniæ montem confugisse, atque ibi saluti suæ per ipsius montis sublimitatem consuluisse. Verum hi a scopo, quod dicitur, aberrarunt et a semita recta longe deflexerunt. Nam si aqua id temporis supra montes quosque sublimissimos ad 15 usque cubitos excrevit, quemadmodum Moses memoriæ prodidit, nullus mea quidem sententia mons reliquus esse potuit, qui a periculo servaret immunes quotquot in eum confugissent.

Arcæ ipsius longitudo 300 cubitos habebat, latitudo 50, altitudo 30. Cum autem cubiti vocabulum audis, non talem intelligi putato, qualis apud nos est in usu, sed geometricum. Moses enim, qui apud Ægyptios artem geometriæ didicisset, in hac de

[14] Gen. VIII, 21. [15] Ibid.

arca narratione cubitum ejusmodi intelligit qui maximam ulnam efficeret. Nam Ægyptii primi, referente Cyrillo, geometriam propter amplitudinem terræ suæ ejusque divisionem repererunt, cum motus siderum consideratio sit a Græcis perfecta, quorum observationes **128** primæ apud Babylonios exstiterant. Itidem doctrina numerorum a Phœnicum mercatoribus est profecta. De his hactenus.

Post annos a diluvio 536 turris est ædificata, hominibus in ea perficienda totis 40 annis incassum laborantibus. Cohortabantur enim, ceu Moses narrat [15], invicem ut lateres facerent coquerentque, quibus urbem turrimque sibi exstruerent, quæ fastigio cœlum attingeret. Quamobrem? Ut si alterum diluvium ingrueret, ad ejus se verticem conferrent eoque pacto imminens ab aquis exitium effugerent. Vanum hunc laborem et conatum eorum Deus per confusionem linguarum inhibuit. Verba quidem sacris in Litteris hæc leguntur : « En una est mortalium natio, qui cuncti eodem sermone utuntur. Age descendamus, et ibi eorum sermonem ita confundamus, ut alii aliorum orationem non intelligant. Itaque illinc eos per omnes terras Dominus, qui Deus est, dissipavit [17]. » Et appellari cœperunt homines ab eo tempore Meropes a sermonis linguarum terræque divisione. Furiosus ille Julianus hoc etiam inter alia scripsit, Deum conspicientem homines in altum ope turris sublatos, eaque de causa non mediocriter perturbatum, commoda quadam ratione ac via, linguis inter se confusis ulteriorem ascensum prohibuisse.

Cæterum turris ipsa 72 præfectorum opera fuit exstructa, quorum ad numerum linguæ quoque divisæ sunt, cum antea sermone linguaque una, ceu dictum est, omnes uterentur. Solus Heberus reliquorum studio conatui non assensus linguam suam retinuit ; de quo colligitur ab initio mortales usos Hebraica lingua fuisse. Adami certe posteros hac usos locutos, inde quoque colligitur, quod et Abrahami familia eamdem usurparit et Adamus ille secundus, qui Christus est, Deus ille noster. Idem animadvertitur ex inscriptione crucis, et hisce Christi verbis cum ait *Ephatha*, hoc est *Aperitor* [18]. Item quod alibi ait : « Talita cumi, » hoc est : « Puella, surge [19]. » Eadem de re magnus Epiphanius ille sic disserit : « Post diluvium ædificata turris est. Vixit id temporis Heberus, auctor et propagator Hebraicæ gentis, quem perhibent propterea quod cum turrim exstruentibus commercii nihil habuisset, linguam suam retinuisse. Fuit ejus ex posteris Abrahamus, et Hebræa lingua nomen ab eodem **129** accepit. » Assentitur huic et Josephus. Theodoretus vero posteros Adami linguam Syriacam vult usos fuisse.

Sciri autem debet Chanaanem Chami filium animadverso terram Libano vicinam fertilem esse sua-

C Consimiliter angelus ille divinus, qui ad Cornelium centurionem missus fuit, eum compellat : « Corneli, tuæ preces ac benigna facta ad Deum, ceu tui monumentum quoddam, ascenderunt. Itaque Joppem mittens Petrum arcessito [41]. » Quæ cum ita sint, et cum quilibet homo, ceu demonstravimus, angelum habeat preces suas ad aures Dei Sabaoth deferentem, omnino necesse est angelos primum ascendere, atque una cum ipsis preces quoque nostras, deinde vero divina munera cœlitus ad nos pervenire. Nam idcirco beatus ille Jacobus angelos ascendentes et vicissim descendentes vidit, per quos tanquam spiritus administros, ceu divimus, res terrenæ gubernantur. Hoc modo de his responsum esto.

D Cæterum revertentem a Labane Jacobum, qui Esaum fratrem magnopere formidabat, rursum Deus consolatur, lucta cum ipso ad matutinum usque diluculum congressus ; quo quidem facto persuadere Jacobo voluit ne quid sibi metueret. Nam si adversus Deum sese robustum præstare poterat, multo magis robur adversus homines habebat. Significare voluit hoc ipse Jacobus, cum ait : « Præsens præsentem Deum conspexi, et incolumitatem anima mea consecuta est [42], » hoc est, quæ tantum non præ formidine mortua erat, fiducia repleta est. Tunc et nomine mutato Israeli appellationem accepit, ut qui Dei quamdam informatio-

[37] Hebr. I, 14. [38] Psal. XXXIII, 8. [39] Matth. XVIII, 10. [40] Tob. XII, 12. [41] Act. X, 4. [42] Gen XXXII, 30.

nem consecutus esset. Id quidem ex historia constat, Jacobum cum evigilasset, altero crure claudicasse. Ac ne post justi hujus viri mortem memoria curæ providentiæque Dei de ipso exstingueretur idcirco rationem invenit Deus qua factum hoc perpetuaretur. Inquit enim : Nepotes Israelici nervo femoris, qui emarcuit, non vescentur. Atque hinc animadvertere licet hujusmodi priscarum observationum magna ex parte causam illam fuisse, ne tam Dei quam beneficiorum ejus, tanquam ingrati, obliviscerentur. Idem Jacobus a Labane discedens, et jamjam Esao fratri occursurus, angelorum castra conspicit, ut ex hac re fiduciam conciperet nec advenientes eum Esao formidaret.

νεκῆ ὁ Θεὸς, καί φησιν· « Οὐ μὴ φάγωσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ νεῦρον τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ, ὃ ἐνάρκησε. » Καὶ ἔστιν ἐνταῦθα μαθεῖν ὅτι ἡ αἰτία τῶν πλειόνων παρατηρήσεων τοῦτό ἐστι τὸ μὴ ἐπιλανθάνεσθαι αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ εὐεργεσιῶν, καὶ ἅτε δὴ ὄντας ἀγνώμονας. Ἀλλὰ καὶ χωριζόμενος τοῦ Λάβαν ὁ Ἰακὼβ, καὶ μέλλων συναντᾶν τῷ Ἠσαῦ, παρεμβολὴν ἀγγέλων ἁρᾷ ὡς ἐντεῦθεν θαρρεῖν καὶ μὴ τοὺς συνόντας τῷ Ἠσαῦ δεδιέναι.

De Labane accepimus eum 20 annis exactis Jacobo pollicitum, se hominem data mercede dimissurum ; deinde quorumdam calumniis immutatum in dies rem extraxisse. Quapropter et Liam Rachelemque Jacobus in hunc modum allocutus est : « Video ego non esse eumdem vestri patris in me vultum, qui erat heri ac nudiustertius : at enim hactenus patrium mihi Deum præsentem habui[43].» Quod sane deinceps clarius animadvertere poterant. Nam Labanem Deus Jacobum persequentem noctu per somnium aggressus : « Cave, inquit, cum Jacobo durius agas[44].» Magnum certe **139** quiddam est præsentem alicubi virum justum habere, quemadmodum ex Jacobi ad Labanem verbis hisce perspicue intelligi potest : « Deus te me præsente beavit.» Uxorum nomine ad Labanem hæc uti purgatione poterat : non ego, sed insitus nuptis erga maritum amor eis persuasit ut terram patriam relinquerent. Georgius memoriæ prodit Jacobo a Labane redeunti rursum Bethele visum quondam oblatum fuisse ; eumque decumas omnium bonorum sacrum exhiberet Deo, tandem et liberos sitisse. Hos vero numerantem, a Benjamine facto vice versa initio delatumque ad Levium, quod illum invenisset decimum, Deo recta eum obtulisse, persolutis hoc modo decumis omnium quæ antehac consecutus erat. Atque hoc sane Jacobum vult ex voto id temporis concepto fecisse, cum fugam arriperet, ac verbis hisce Deum compellaret : « De cunctis rebus, quas mihi dederis, decumas tibi persolvam[45].» Hoc modo cum Levium sacerdotali veste induisset, ejus opera Bethele Deo rem sacram fecit. Hinc ortum ut sacerdotes illi prisci fœderis Levitæ vocarentur, cum novi clericos appellemus, illo sacrarum Litterarum verbo permoti : « Non habebunt Levitæ clerum, id est sortem, inter Israelicos : nam Dominus pars et sors eorum est[46].»

Ὁ Λάβαν μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν εἴκοσι ἐνιαυτῶν, ὑποσχεθεὶς ἀποστεῖλαι τὸν Ἰακὼβ μετὰ μισθοῦ, ἀνεβάλλετο, ὑπό τινων μεταβληθείς· ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς Λείαν καὶ Ῥαχὴλ ἔφη ὁ Ἰακώβ· « Ὁρῶ ἐγὼ τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς ὑμῶν ὅτι οὐκ ἔστι πρός με ὡς χθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν. Ὁ δὲ Θεὸς τοῦ πατρός μου ἦν μετ' ἐμοῦ. » Καὶ ἰδήλον ὅτι τῷ Λάβαν καταδιώκοντι τὸν Ἰακὼβ ἐπέστη ὄναρ λέγων· « Φύλαξον σεαυτὸν μήποτε λαλῆσαι μετὰ τοῦ Ἰακὼβ πονηρά. » Μέγα ὄφελος ἡ δικαίου τινὸς παρουσία. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ Ἰακὼβ πρὸς Λάβαν ἔλεγεν· « Εὐλόγησέ σε ὁ Θεὸς ἐπὶ τῷ ποδί μου. » Ἀλλὰ τῶν γυναικῶν αὐτοῦ ἕνεκα τοιαύτην ἐποίει πρὸς αὐτὸν ἀπολογίαν· Οὐκ ἐγὼ, τὸ δὲ προσὸν φίλτρον τοῖς γαμεταῖς γυναιξὶ παρέπεισεν αὐτὰς ἐκ τῆς αὐτῶν ἀπᾶραι γῆς. Κατὰ μέντοι τὸν Γεώργιον ὁ Ἰακὼβ ἀνερχόμενος ἀπὸ τοῦ Λάβαν εἶδε πάλιν ὁρασιν ἐν Βεθὴλ, καὶ πάντα ἀποδεκατώσας ἅπερ ἐκέκτητο, τελευταίους ὑποβάλλει τοὺς παῖδας. Καὶ ἀριθμήσας αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ Βενιαμὶν ἀρξάμενος ἀνάπαλιν, καὶ ἐπὶ τὸν Λευὶ ἐλθών, ἐπεὶ δέκατον εὗρεν αὐτὸν, τῷ Θεῷ τοῦτον προσήγαγεν, ἀποδεκατώσας· καὶ πάντα ὅσα φθάσας ἐκτήσατο, καθὰ δὴ καὶ προϋποσχόμενος εἶπε τῷ Θεῷ ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν· « Πάντα ὅσα ἄν μοι δῷς, δεκάτῃ ἀποδεκατώσω αὐτά σοι. » Καὶ εὐθὺς ἐνδύσας τὸν Λευὶ στολὴν ἱερατικὴν, δι' αὐτοῦ θυσίας τῷ Θεῷ προσήνεγκεν ἐν Βεθήλ. Κἀντεῦθεν οἱ μὲν τῆς παλαιᾶς Λευῖται λέγονται, οἱ δὲ τῆς νέας κληρικοὶ διὰ τὸ γεγράφθαι « Οὐκ ἔσται τοῖς Λευίταις κλῆρος ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ· ὁ γὰρ Κύριος μερὶς αὐτῶν καὶ κλῆρος. »

Cæterum in historia Mosaica reperimus Esaum et Jacobum inter se reconciliatos esse. Josephus autem huic narrationi tale quiddam adjecit. Isaacus, inquit, vivendi finem facturus de reconcilianda gratia inter Esaum et Jacobum egit. Cum autem rebus humanis exemptus esset, Esaus Jacobum nihilo secius persequebatur ; qui urbem quamdam ingressus et sublimi de loco prospectans paternas admonitiones homini ad animum revocabat. Iis cum nihil apud ipsum proficeret, contento arcu fratrem Esaum in pectore ad mamillam ferit. Tunc Isaaci

Καὶ κατὰ μὲν τὴν τοῦ Μωσέως ἱστορίαν ὅ τε Ἠσαῦ καὶ Ἰακὼβ πρὸς ἀλλήλους ἐσπείσαντο· ὁ δὲ Ἰώσηπος τῇ περὶ τούτων ἱστορίᾳ καὶ τάδε προστίθησιν. Ὁ Ἰσαὰκ τελευτῶν περὶ ὁμονοίας τῷ Ἰακὼβ καὶ τῷ Ἠσαῦ ὡμίλησε. Τούτου δὲ τελευτήσαντος ὁ Ἠσαῦ ἐδίωκε τὸν Ἰακώβ. Εἰσελθὼν δὲ ἔν τινι πόλει οὗτος, καὶ παρακύψας ἄνωθεν, ἀνεμίμνησκεν αὐτὸν τῶν πατρικῶν παραγγελιῶν. Ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο. Καὶ τείνας τόξον ἔβαλλε τὸν Ἠσαῦ κατὰ τοῦ μαζοῦ. Τότε οὖν ἐπληρώθη ἡ τοῦ Ἰσαὰκ προφητεία· « Νίκα ἂν καθέλῃς τὸν ζυγὸν τοῦ ἀδελφοῦ σου ἐκ

[43] Gen. xxxi, 5. [44] ibid. 24. [45] Gen. xxviii, 22. [46] Deut. x, 9.

τοῦ τραχήλου σου, πληγμέλωσιν πληγμελήσεις θανάτου. » Καὶ τὰ μὲν τοῦ Ἰωσήπου τοιαῦτα, πρασέχειν δὲ τούτοις ὡς ἀληθέσιν οὐκ ἄξιον. Τὸ γάρ· « Πληγμμέλειαν πληγμελήσεις θανάτου, » προσθήκη ἐστὶ τοῦ Ἰωσήπου· ἐν γὰρ τῇ προφητείᾳ τοιοῦτον ῥητὸν γεγραμμένον οὐχ εὑρηται. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

A vaticinium illud impletum est : «Cum jugum fratris tui de cervice tua excuties, peccatum morte multandum committes.» In hunc modum hæc Josephus commemorat, quæ tamen pro veris recipienda non sunt. Nam istæc verba : «Peccatum morte multandum committes,» ab Josepho auctoritate propria Mosaicis adjecta sunt, cum nullum hujusmodi verbum in ipso vaticinio reperiatur. De his hactenus.

Κρατεῖ δὲ μετὰ ταῦτα τῶν Ἀσσυρίων καὶ Σαρδανάπαλος, διάγων χαύνως πάντη καὶ τρυφηλῶς, εὐνούχοις ἔσω συγκεκλεισμένος καὶ γυναιξί, μή τινι τῶν ὑπ' αὐτὸν θεωρούμενος, χρώμασί τε καὶ βάμμασι καὶ τῇ τῶν γενείων ἐκκοπῇ θηλυδρίαν ποιῶν ἑαυτὸν, ὡς ἐντεῦθεν μισητὸν τοῖς πᾶσι γενέσθαι. Καί τις δὲ τῶν ὑπὸ χεῖρα θέλων ἰδεῖν αὐτὸν οὐκ ἐδύνατο. Ποτὲ οὖν ἐπιτυχὼν τοῦ ποθουμένου ξίφος ὥθει κατ' αὐτοῦ, καὶ τῆς ζωῆς αὐτὸν ἀθλίως ἀποστερεῖ. Μετὰ δὲ Σαρδανάπαλον κρατεῖ τῶν Ἀσσυρίων ὁ υἱὸς Πίκου τοῦ καὶ Διὸς Περσεὺς (27), ὃς νικήσας τοὺς Λυκάονας καὶ πόλιν κτίσας ἐκεῖ, καὶ τὴν ἑαυτοῦ στήλην στήσας, Ἰκόνιον αὐτὴν ἐκάλεσεν ἐκ τοῦ ἰδίου ἀπεικονίσματος. Εἶτα πρὸς Ἰσαυρίαν καὶ Κιλικίαν ἐλθών, καὶ ἀπὸ τοῦ ἵππου κατελθὼν καὶ πήξας τὸν ταρσὸν τοῦ ποδὸς ἐν τῇ γῇ καὶ πόλιν ἐκεῖ κτίσας, ἐπωνόμασεν αὐτὴν Ταρσόν. Ἐπ' ὀνόματι μὲν οὖν αὐτοῦ καὶ τοὺς Ἀσσυρίους Πέρσας ἐκάλεσεν. Ἐφ' οὗ πῦρ ἐξ οὐρανοῦ ἔπεσε, καὶ κτίσας ἐπ' αὐτῷ ναὸν πυρσολατρεῖν ἐδίδαξεν. Οὐκοῦν πρώτη μὲν βασιλεία ἡ τῶν Ἀσσυρίων ἤτοι Βαβυλωνίων, δευτέρα δὲ ἡ τῶν Περσῶν ὁμωνύμως καὶ αὐτῶν Βαβυλωνίων κληθέντων.

Secundum hæc et Sardanapalus Assyriis imperavit. Mollier is vivebat ac voluptarie, inter eunuchos et feminas occlusus; nec cuiquam subditorum hominis intuendi facultas erat. Præterea coloribus, tincturis, genarum rasura seipsum effeminabat. Quibus rebus factum est ut in se cunctorum odia concitaret. Inter alios imperio subjectos quidam erat qui omnino eum videre **140** cuperet, sed incassum. Tandem vero voti compos aliquando factus gladio tyrannum trucidat et vita spoliat. Post Sardanapalum Perseus Pici, cognomento Jovis filius, regnum apud Assyrios obtinuit. Is cum Lycaonas vicisset ac urbem in iis finibus exstruxisset, columnam erexit et ab simulacro imagineque sua urbi nomen Iconii dedit. Deinde versus Isauriam Ciliciamque profectus et delapsus ab equo, cum terræ calcem pedis allisisset, urbem id loci conditam ab hoc eventu Tarsum appellavit. Idem a nomine suo nuncupavit Assyrios Persas; eumque regnante ipso accideret ut ignis de cœlo laberetur, templo condito auctor fuit ut ignem sui religiose colerent. Primum ergo regnum fuit penes Assyrios sive Babylonios, alterum penes Persas, qui communi appellatione ipsi quoque Babyloniorum nomen habebant.

Γίνωσκε δὲ ὅτι ἐπὶ τῆς τοῦ Φοίνικος βασιλείας ἤκμαζεν Ἡρακλῆς ὁ Τύριος καὶ φιλόσοφος, ὁ τῆς κογχύλης εὑρετής. Τὸ γὰρ ἔριον τὸ ἀπὸ τοῦ ποιμενικοῦ κυνὸς ἁπομαχθὲν ἰδών, καὶ νοήσας ὡς οὐκ ἔστιν αἷμα, ἀλλὰ βάμματος ὑπόθεσις (ἔτυχε γὰρ ὁ κύων οὗτος παρ' αἰγιαλῷ κογχύλην εὑρὼν καὶ φαγών), προσῆξεν ὡς δῶρον τῷ βασιλεῖ. Πρῶτος οὖν ὁ Φοῖνιξ τὴν ἁλουργίδα ἐφόρεσε, κελεύσας μηδένα ἕτερον τὴν τοιαύτην χροιὰν φορεῖν, καὶ οὕτως ἐκ τῆς ἁλουργίδος τὸν βασιλέα γνωρίζεσθαι· πρὸ δὲ τούτου κοινὸς ὁ βασιλεὺς ἐδόκει. Ἐν δὲ Τύρῳ αὕτη εὑρέθη.

Scire autem debes regnante Phœnice fuisse quemdam Herculem Tyrium philosophum, qui purpuram invenit. Cum enim canis ovium, pilos hoc colore respersos videret, ac simul animadverteret non hunc sanguinem esse sed coloris ad tingendum apti materiam (nam canis ille forte fortuna purpuræ concham repertam in littore devoraverat), muneris cujusdam instar eam regi obtulit, qui sane primus per hanc occasionem purpuram gestavit, publicato edicto ne quis alius hoc colore vestium uteretur; quo de purpura scilicet rex agnosceretur, qui ante id temporis vestitu cum cæteris communi utebatur. Atque hæc Tyri est inventa.

Ὅτε ὁ Κροῖσος χρησμὸν λαβὼν τὸν Ἅλυν διεπέρασεν, εἰς φυγὴν ὁ Κῦρος ὥρμησεν, ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ συνεκράτησεν αὐτὸν λέγουσα τὸν αἰχμάλωτον Δανιὴλ ἀγαγεῖν καὶ δι' αὐτοῦ μαθεῖν τὸ πᾶν. Ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Καὶ οὕτω θάρσος ἐκεῖνος ἔλαβε. Μεταχαλεσάμενος δὲ τὸν Δανιὴλ μετὰ πάσης δορυφορίας, εἶπεν αὐτῷ· « Τάδε λέγει Κύριος περὶ τοῦ χρηστοῦ Κύρου· καὶ τὸν Κροῖσον νικήσεις. » Ὃ καὶ γέγονε·

Cæterum post illa tempora cum Crœsus oraculo accepto amnem Halym transjiceret, Cyrus in fugam se proripuisse perhibetur. Verum uxor eum ab hoc instituto retraxit, cum Danielem carceribus mancipatum adduci deque re tota consuli juberet. Id cum factum esset, resumpto Cyrus animo cameios in acie prima collocavit. Hoc modo equis oppositis in fugam versis, Crœsus in hostium potesta-

(27) Quam imperitus fuerit veteris historiæ Glycas, ex Perseo, quem post Sardanapali atque Arbacis tempora Assyriis imperasse somniat, facile quivis intelliget. Cætera non persequor hujus similiumque Græculorum in chronologicis rebus, peccata dixeris, an portenta.

tem venit, cæsis quadringentis hominum millibus, A cum annem, qui supra modum exundaverat, rursum transjicere non possent.

καμήλους γὰρ ἔμπροσθεν τῆς παρατάξεως (28) προτείναντος, καὶ τῶν ἀντιθέτων ἵππων εἰς φυγὴν τραπέντων, κρατεῖται μὲν ὁ Κροῖσος, ἀπώλοντο δὲ χιλιάδες υ'· οὐδὲ γὰρ ἴσχυον ἀντιπερᾶσαι τὸν ποταμὸν πλημμυροῦντα.

Cyro Darius filius successit, Dario Artaxerxes; quo regnante quidam in Italia Palas exstitit. Is domum exstructam ab se Palatium nuncupavit: unde mos inolevit ut ædes regiæ palatium dicantur. Hæc est Georgii sententia. Zonaras vero memoriæ prodidit domum imperatoriam palatium vocari propterea quod in monte Palatino, quem olim inhabitavit Faustulus is qui Romulum educavit, Cæsar domum habuerit. Qua de causa factum sit ut tametsi aliis etiam in locis imperator **141** divertit, nihilominus hospitium ejus palatium dicatur. Secundum hæc vixere Romus, qui Romam condidit, et frater ejus Remus. Hi cum Jovi templum exstruxissent, ei nomen Capitolii Romæ dederunt, hoc est totius urbis capitis sive verticis. Inde Romus interfecto Remo, cum populum seditionem concitare cerneret, primus ludos equestres in honorem Solis et quatuor elementorum instituit. Cum ne hac quidem ratione motus urbani sedari possent, perconctatus est oraculum quænam horum tumultuum causa foret. Responsum, ni fratrem secum eodem solio locaret, urbem minime conquieturam. Quapropter aureo fratris simulacro facto, id ipsum solio suo, quoties pro tribunali sederet, recepit. B

Μετὰ δὲ Κῦρον Δαρεῖος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, εἶτα Ἀρταξέρξης, ἐφ' οὗ ἦν τις ἐν Ἰταλίᾳ ὀνόματι Πάλας. Οὗτος κτίσας οἶκον Παλάτιον ὠνόμασεν, ὅθεν τὸ βασιλικὸν κατοικητήριον παλάτιον λέγεται. Καὶ ὁ μὲν Γεώργιος οὕτως, ὁ δὲ Ζωναρᾶς περὶ τούτου καὶ τάδε· « Ἡ δὲ τῶν αὐτοκρατόρων κατοικία παλάτιον ὠνομάσθη, ὅτι ἐν ὄρει τῷ καλουμένῳ Παλατίῳ, ἐν ᾧ Φαυστοῦλος διῆγεν ὁ τὸν Ῥωμύλον θρεψάμενος, ὁ Καῖσαρ ᾤκει, καὶ διὰ τοῦτο, κἂν ἀλλαχοῦ που καταλύῃ, τὴν τοῦ παλατίου κλῆσιν ἡ καταγωγὴ αὐτοῦ ἔχει. » Μετὰ δὲ ταῦτα Ῥῶμος ὁ κτίσας τὴν Ῥώμην καὶ Ῥῆμος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ. Οὗτοι κτίσαντες νεὼν τῷ Διὶ Καπετώλιον Ῥώμης ὠνόμασαν, τουτέστι κεφαλὴν τῆς πόλεως. Ὁ μέντοι Ῥῶμος τὸν Ῥῆμον φονεύσας, καὶ τὸν δῆμον ὁρῶν στασιάζοντα, πρῶτος ἱππικὸν ἀπετέλεσεν εἰς τιμὴν τοῦ ἡλίου καὶ τῶν τεσσάρων στοιχείων. Ἀλλὰ καὶ οὕτως ἡ πόλις ἐταράσσετο. Ἐρωτήσας οὖν εἰς τὸ μαντεῖον διά τί ἐς τοσοῦτον ἡ πόλις σείεται, ἤκουσεν· « Εἰ μὴ συγκαθίσει ὁ ἀδελφός σου μετὰ σοῦ, οὐκ ἂν ἡ πόλις ἡρεμήσει. » Ἐντύπωμα ποιήσας τοῦ ἀδελφοῦ χρυσοῦν συνεκάθιζε μετ' αὐτοῦ καὶ συνέκρινεν.

Quo tempore filius Artaxerxis Ochus Ægyptum occupavit, rex Ægyptius Nectenabo veste commutata, in Macedoniam aufugit, cum antea per vaticinationem, quæ pelvi solet fieri, futurum cognovisset ut Ægyptus in hostium potestatem veniret; cumque per quasdam præstigias Philippo regi et Olympiadi conjugi ejus innotuisset, occultis machinationibus furtivam cum ea consuetudinem habuit et Alexandrum procreavit. Philippus Macedonum regno potitus, Thessalia imperio adjecta, urbem in ea condidit, quam Thessalonicam appellavit. Ei successit Alexander, qui cum adversus Persas atque Medos expeditionem suscepisset, a Judæis petiit ut sibi copias auxiliares mitterent. Re non impetrata, quod illi dicerent se Dario fœdere conjunctos esse, quo contineretur ne bellum adversus ipsum gererent, recta in eos cum exercitu contendit. Tum vero pontifex maximus terroris causa vestem illam admirandam indutus occurrit Alexandro; qui formidine perculsus et ex equo delapsus ad pedes pontificis accidit. Ad hanc rem cum homines extranei magnopere obstupescerent, respondit Alexander non se congenulando sacerdotem venerari, C D

Ὅτε ὁ τοῦ Ἀρταξέρξου υἱὸς Ὦχος τὴν Αἴγυπτον κατέσχεν, ὁ βασιλεὺς αὐτῆς Νεκτεναβὼ ἀλλάξας τὴν ἐσθῆτα ἔφυγεν εἰς Μακεδονίαν, διὰ λεκανομαντείας προγνοὺς τὴν Αἰγύπτου κατάσχεσιν, καὶ διὰ τὰς αὐτοῦ μαγγανείας γνώριμος γίνεται Φιλίππῳ καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Ὀλυμπιάδι, ᾗ καὶ μιγνύμενος διὰ μηχανῶν ἔτεκε τὸν Ἀλέξανδρον. Ὁ μέντοι Φίλιππος Μακεδονίας βασιλεύσας καὶ Θεσσαλίαν ὑποτάξας πόλιν ἐν αὐτῇ κτίζει καὶ Θεσσαλονίκην καλεῖ. Μετὰ τοῦτον Ἀλέξανδρος. Ὅτε τοίνυν οὗτος κατὰ Περσῶν καὶ Μήδων ὥρμησε, συμμαχίαν τοὺς Ἰουδαίους ἐζήτησε. Καὶ μὴ λαβὼν (συνθήκας γὰρ εἶχον πρὸς Δαρεῖον μὴ πολεμεῖν αὐτὸν) ἐπῆλθε κατ' αὐτῶν. Ὁ γοῦν ἀρχιερεὺς πρὸς ἔκπληξιν τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην στολὴν ἐνδυσάμενος τῷ Ἀλεξάνδρῳ ὑπήντησε. Καὶ ὃς ἐκπλαγείς, κἀντεῦθεν τοῦ ἵππου καταβάς, τῷ ἀρχιερεῖ προσέπεσε. Τῶν γοῦν ἀλλοφύλων ἐκπλαγέντων ἔφη· « Οὐ τὸν ἱερέα προσκυνῶ, ἀλλὰ τὸν ὑπ' αὐτοῦ τιμώμενον Θεόν· τοιούτῳ γὰρ σχήματι καὶ τὸν Θεὸν εἶδον κατὰ Περσῶν θαῤῥύναντά με. » Ἐφ' ᾧ καὶ θυσίαν ἐκεῖσε τῷ Θεῷ προσήνεγκεν.

nei magnopere obstupescerent, respondit Alexander non se congenulando sacerdotem venerari,

(28) In F. ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Καὶ οὕτω θάρσος ἐκεῖνος ἔλαβεν. Ὅθεν καὶ καμήλους ἔμπροσθεν τῆς παρατάξεως et quæ sequuntur, omissis iis quæ ex nostro codice a quopiam ex longiori aliqua narratione decerpta cum aliis excudenda curavimus. Verum omnis hæc de Cyro et Daniele narratio fabulam olet, cum Babylone tum apud Darium Medum in pretio viveret Daniel, cum a Cyro devictus est Crœsus. Quis vero ferat ἀκριβοῦσιν Siculi nostri, qui Cyro filium Darium ac successorem, Dario vero Artaxerxem subjiciat: eoque regnante in Italia vixisse Palantem, a quo dictum sit Palatium: cum ducentis ac quinquaginta ante Darium et Artaxerxem annis Romulus vixerit, et Pallas Evandri filius ad Æneæ tempora referendus sit, aliquot ante Romulum sæculis.

sed cultum ab eo Deum, quem ejusmodi habitu conspexerit se contra Persas instigantem et animantem. Hanc ob causam Deo quoque rem sacram Hierosolymis fecit.

Οὗτος μὲν οὖν καὶ πάνυ σοφῶς καὶ εὐμηχάνως ἐχειροῦτο τὰ πάντα· μετενδυόμενος γὰρ εἰσήρχετο πανταχοῦ, καὶ κατασκοπεύων οὕτως ἐνίκα. Τοῦτο ποιεῖ καὶ ἐπὶ τῇ χήρᾳ Κανδάκῃ. Ἀλλ' ἐάλω· ἐκείνη γὰρ τὰ συστήματα αὐτοῦ μαθοῦσα (ἦν γὰρ τὸν μὲν τῶν ὀφθαλμῶν γλαυκὸς, τὸν δὲ μέλας) ἅμα τῷ ἰδεῖν αὐτὸν εἶπε· « Βασιλεῦ Ἀλέξανδρε, τὸν κόσμον ἔλαβες, καὶ γυνή σε παρέλαβεν. » Ἦν καὶ λαβὼν εἰς γυναῖκα, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀπελθὼν, καὶ τὴν μεγάλην Ἀλεξάνδρειαν κτίσας, καὶ ὑποστρέψας εἰς Βαβυλῶνα, τελευτᾷ ἐτῶν λβ', δώδεκα καὶ μόνα κρατήσας· ἦν δὲ φρονιμώτατος πάντων καὶ ἀνδρειότατος. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ πτηνὴν αὐτὸν πάρδαλιν ὁ προφήτης προεῖδε, τὸ ῥαγδαῖον αὐτοῦ καὶ ὀξὺ παριστῶσα καὶ τὸ ἄφνω διαπτῆναι μετὰ τροπαίων τὴν οἰκουμένην. Λέγεται δὲ ὅτι καὶ φιλοσόφου τινὸς ἤκουσεν εἰπόντος ἀπείρους εἶναι κόσμους, καὶ μέγα στενάξας ἔφη· « Ἀπείρων ὄντων μηδενὸς ἐγὼ κεκράτηκα. » Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ σωφροσύνῃ ἐθαυμάζετο· τὰς γὰρ Δαρείου θυγατέρας αἰχμαλώτους κρατήσας οὐδὲ ἰδεῖν ἠνέσχετο, ἁπρεπὲς εἶναι εἰπὼν τὸν ἄνδρας κρατήσαντα ὑπὸ γυναικῶν κρατηθῆναι. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ φιλοσοφίᾳ καὶ ἀγχινοίᾳ· τῷ γὰρ Ἀριστοτέλει παρηκολούθησε. Πολεμικώτατος δὲ καὶ τολμηρότατος ὤν, καὶ ἰδὼν ὁμώνυμον αὐτῷ νεανίσκον τινὰ δειλῶς μαχόμενον, εἶπεν· « Ἢ τὸν τρόπον ἄλλαξον ἢ τὴν κλῆσιν. »

A Itaque deinceps prudenter admodum ac solerter occupavit omnia; nam veste mutata se quævis ad loca conferebat, et cunctis exploratis victoria facili potiebatur. Eadem arte Candacen viduam agressurus interceptus est; nam cum ea notas ipsius indiciaque naturalia percepisset, quod alter scilicet oculus ei cæruleus alter niger esset, simul ac eum intuita est, dixit: « Mundum tu quidem, rex Alexander, occupasti, at te mulier cepit. » Igitur hac uxore ducta, in Ægyptum profectus magnam illam Alexandriam condidit. Inde Babylonem reversus, annos jam 32 natus, rebus humanis excedit, cum duodecim tantum **142** annos imperasset, vir haud dubie sapientissimus ac fortissimus omnium. Idcirco vates eum se conspexisse tradit in volucris pardalidis specie, volens hoc pacto impetum et celeritatem ipsius ostendere, quodque subito victoriis suis orbem terrarum pervolaverit. Perhibent aliquando eum inaudivisse de philosopho quodam, qui mundos infinitos esse diceret. Tum vero gemitu ingenti edito: « Itane, ait, infiniti sunt, cum ego ne unum quidem adhuc devicerim? » Etiam pudicitiæ castitatisque nomine magnam laudem meruit. Cum enim captivas Darii filias sua in potestate haberet, ne intueri quidem eas voluit, quod nequaquam decere diceret eum qui viros devicisset, a mulieribus vinci. Non minus ex philosophia et acumine ingenii laudes adeptus est, ut qui Aristotelem audivisset; cumque in præliis concitatissimus et audacissimus esset, forte conspicatus aliquando quemdam adolescentem sibi cognominem, qui tremide pugnaret: « Vel indolem, » inquit, « et animum hunc mutato, vel nomen. »

Οὗτος μὲν οὖν Ἀλέξανδρος καὶ μέχρι τῶν ἐνδοτάτων Ἰνδῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῆς μεγίστης νήσου τῶν Βραχμάνων φθάσας, ὧν καὶ τὸν θαυμάσιον βίον θαυμάσας καὶ τὴν εἰς Θεὸν εὐσέβειάν τε καὶ λατρείαν ἐξεπλάγη, ἐν ᾧ τόπῳ καὶ στήλην στήσας ὑπέγραψεν· « Ἐγὼ μέγας Ἀλέξανδρος βασιλεὺς ἔφθασα μέχρι τούτου. » Ἐν ἐκείνῃ τῇ νήσῳ κατοικοῦσιν οἱ λεγόμενοι Μακρόβιοι· ζῶσι γὰρ αὐτῶν οἱ πλείους περὶ τὰ ἑκατὸν πεντήκοντα ἔτη διὰ τὴν τοῦ ἀέρος εὐκρασίαν καὶ τὰ ἀνεξερεύνητα τοῦ Θεοῦ κρίματα. Ἐκεῖσε ὑπῶρα τὸν ἅπαντα χρόνον οὐ λείπει. Ἐκεῖ τὰ μέγιστα κάρυα καὶ τὰ εὐσπόριστα ἀρώματα καὶ ἡ Μαγνῆτις λίθος· παρ' οἷς οὐκ ἔστι τετράπουν, οὐκ οἶνος, οὐκ ἄρτος, οὐκ ἱμάτιον. Μικρᾷς δὲ ὑπώρας καὶ ὕδατος ἀπολαύουσι τὸν ποταμὸν παροικοῦντες καὶ τῷ Θεῷ γνησίως λατρεύοντες. Καὶ οἱ μὲν ἄνδρες εἰς ποταμὸν παροικοῦσιν, αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν ἐντεῦθέν εἰσι τοῦ ποταμοῦ Γάγγου τοῦ παραῤῥέοντος εἰς τὸν ὠκεανὸν ἐπὶ τὸ μέρος τῆς Ἰνδίας. Καὶ οἱ μὲν ἄνδρες περῶσι πρὸς τὰς γυναῖκας Ἰούλιον καὶ Αὔγουστον, παρ' οἷς ὑπάρχουσι ψυχρότεροι, τοῦ ἡλίου πρὸς ἡμᾶς ὑψωθέντος. Γηνικαῦτα γὰρ εὔκρατοι γενόμενοι πρὸς οἶστρον κινεῖσθαι λέγονται. Καὶ ποιήσαντες μετὰ τῶν γυναικῶν αὐτῶν ἡμέρας τεσσαράκοντα πάλιν ἀντιπερῶσι. Μετ' ὃ δὲ τέκῃ ἡ γυνὴ δύο παῖδας, οὐκέτι μίγνυνται. Ἐὰν δέ τις εὑρεθῇ στειρα[illegible]ντες-

C Cum ad Indos extremos ipsumque Oceanum et maximam Brachmanum insulam pervenisset, eorum erga Deum pietatem cultumque miratus columnam statuit cum inscriptione hujusmodi: « Alexander rex hucusque penetravi. » Ea in insula qui Macrobii vocantur a diuturna vita, degunt. Nam majori ex parte vivunt istic homines ad annos 150 propter aeris idoneum maxime temperamentum et imperscrutabilia Dei judicia. Nullo anni tempore fructus maturi desunt. Abundant et maximis nucibus et aromatis, quæ tanti nos redimimus, et lapide magnete. Quadrupedes bestias nullas habent, nec vinum nec panem nec vestes. Ad flumen habitantes exiguis fructibus et aqua contenti sunt, Deoque pura et integra religione serviunt. Viri ad fluminis ripas accolunt, feminæ ex altera Gangis fluvii parte degunt Indiam versus, qui quidem fluvius in Oceanum semet exonerat. Julio et Augusto mensibus ad uxores viri transjiciunt, quod iis frigidiores sint, sole nostrum ad finitorem sublimius assurgente. Tunc nimirum consecuti temperamentum corporis optimum æstro quodam concitari ferantur. Exactis autem apud uxores 40 diebus amnem vicissim transjiciunt. Feminæ posteaquam liberos duos in lucem edidere, rem cum viris amplius nullam habent. Quodsi qua totos quinque annos sterilis reperiatur, religione quadam a coitu

arcetur. Annis ipse non citra periculum ac difficultatem Odontotyranni causa transjicitur. Animal hoc quoddam est in terra perinde **143** ac aqua degens, idque maximum, uti quod elephantum quoque deglutiat, quanquam viris hisce trajicientibus haudquaquam noceat. In locis desertioribus sunt dracones 70 cubitos longi, scorpii cubitales, formicæ palmares. Propterea istæc loca nullos incolas habent. Gregatim ibidem elephanti pastum quærunt. In partibus adhuc penitioribus homines reperiuntur qui a carnibus humanis non abstinent. Apud Chaldæos lege concessum est ut matrem quis sibi matrimonio jungat, et tam sorores quam filias ineat. Apud Agilæos feminæ sua viros in potestate habent, proque libitu venerem exercent citra ullam maritorum æmulationem. Eædem agros colunt, ædes exstruunt, omnes operas viriles obeunt. In Britannia viri complures una cum muliere cubant, et contra multæ mulieres cum uno viro. Amazones viros nullos habent, sed brutorum in morem appetente verno tempore cum vicinis rem habent, quasique mercatu magno celebrato tandem domum mares tollunt, femellas educatas servant.

Hæc consuetudines apud varias locisque separatas nationes quasi per manus a majoribus acceptæ paulatim in leges abierunt, quemadmodum magnus ille Cæsarius scripsit. Post obitum Alexandri regnum ejus complures in dominatus et imperia divisum fuit. Principes ipsi non destitere seipsos alter alterum invadere, donec imperium Romanum particulares istos dominatus omnes e medio sustulit. Ac de his quidem hactenus.

Cæterum Jacobus patres illos familiarum principes 12 genuit, Rubenum, Symeonem, Levium, Judam et reliquos ordine subsequentes. Amabat autem plus cæteris Josephum, tum quod esset natu minimus, tum virtutis causa, qua singulari præditus erat. Itaque illi cæteri fratres invidebant, et quidem non has ob causas modo, verum etiam propter insomnia, quæ ei se noctu offerebant. Nam videre videbatur aliquando stellas undecim cum ipso sole ac luna se congenulando venerantes. Ac stellæ quidem ipsæ fratres significabant, sol patrem, luna matrem. Quodsi quis roget quo pacto dicatur mater cum venerata esse, quæ multo ante diem in terris supremum obierat, is quid dicturi simus audiat. Cum Jacobus in Ægyptum profectus Josephum submisse veneratus est, eumdem ei venerationis honorem et uxor exhibuisse dicitur, uti quæ corpus unum cum ipso exsisteret. Atque hanc ob causam fratres cum invidia persequebantur, qua quidem impulsi eo quoque progrediuntur ut insidias ei manifestas struerent; eumque morte mulctaturi hominem esset, periculosam in voraginem abjiciunt. Sed **144** unius cujusdam e fratribus consilio, qui Rubenus erat, vir propenso ac benevolo in Josephum animo, de voragine rursus eum extrahunt, ac viginti minis (sic enim Josephus in historia sua memoriæ prodidit) quibusdam mercatoribus ven-

τίας, ἔκτοτε ἀμιγής ἐστι δι' εὐλάβειαν. Ὁ μέντοι ποταμὸς ὢν δυσπέρατος διὰ τὸ ὀδοντοτύραννον ζῶον· καὶ γὰρ οὗτος ἀμφίβιον μέγιστον, ὥστε καὶ ἐλέφαντας καταπίνειν, εἰ καὶ τοὺς ἄνδρας τούτους οὐ βλάπτει διαπερωσουμένους. Ἐν δὲ τοῖς ἐρημοτέροις τόποις δράκοντές εἰσιν ὡσεὶ πηχέων ἑβδομήκοντα, σκορπίοι δὲ πηχυαῖοι, μύρμηκες παλαιστιαῖοι· ἐφ' ᾧ καὶ ἀοίκητοι μένουσιν οἱ τόποι ἐκεῖνοι. Ἀλλὰ καὶ ἐλέφαντες ἐκεῖσε ἀγεληδὸν βόσκονται. Ἐνδότερον δέ εἰσιν ἄνθρωποι ἀνθρώπους ἐσθίοντες. Χαλδαίοις νόμος μητρογαμεῖν καὶ ἀδελφοτεκνοφθορεῖν. Παρ' Ἀγιλαίοις αἱ γυναῖκες αὐθεντοῦσι τῶν ἀνδρῶν καὶ πορνεύουσιν ὡς βούλονται, μὴ ζηλοτυπούμεναι παρὰ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν, γεωργίαν δὲ καὶ οἰκοδομίαν καὶ πάντα τὰ ἀνδρῶδη πράττουσιν. Ἐν δὲ Βρεττανίᾳ πλεῖστοι ἄνδρες μιᾷ συγκαθεύδουσι γυναικί, καὶ πολλαὶ γυναῖκες ἑνὶ ἀνδρί. Ἀμαζόνες δὲ ἄνδρας οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ὡς τὰ ἄλογα κατὰ τὸ ἔαρ τοῖς γειτνιῶσι μίγνυνται, καὶ μέγα πανηγυρίζουσαι οἴκαδε ἀποστρέφουσι, καὶ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς κυήσεως τὸ μὲν ἄρρεν ἀναιροῦσι, τὸ δὲ θῆλυ ζωογονοῦσι.

revertunt. Ubi deinde partum in lucem ediderunt

Ταῦτα μὲν οὖν πάντα νόμος τοῖς κατὰ τόπους ἔθνεσιν ἐκ διαδοχῆς κατὰ τὸν μέγαν Καισάριον γέγονε. Μετὰ μέντοι τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν εἰς πολλὰς ἀρχὰς ἡ βασιλεία αὐτοῦ διηρέθη, καὶ οὐ διέλειπον ἀεὶ κατ' ἀλλήλων ἐπανιστάμενοι, ἕως οὗ ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ τὰς τοπαρχίας πάσας κατέλυσε. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Ὁ δὲ Ἰακὼβ γεννᾷ τοὺς δώδεκα πατριάρχας, τὸν Ῥουβὶμ, τὸν Συμεών, τὸν Λευΐ, τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς λοιποὺς καθεξῆς. Ἠγάπα δὲ τὸν Ἰωσὴφ πλέον τῶν ἄλλων καὶ διὰ τὸ νεώτατον αὐτὸν εἶναι καὶ διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ ἀρετήν. Ἐφ' ᾧ καὶ φθονοῦσιν αὐτῷ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ. Οὐ διὰ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰς ὁράσεις ὧν ἐκεῖνος γέγονε θεωρός. Ἑώρα γὰρ ἀστέρας ἕνδεκα, σὺν αὐτοῖς τε τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, προσκυνοῦντας αὐτόν. Καὶ οἱ μὲν ἀστέρες ἐδήλουν τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ὁ ἥλιος τὸν πατέρα, ἡ δὲ σελήνη τὴν μητέρα. Εἰ δὲ λέγει τις, πῶς ἡ μήτηρ λέγεται προσκυνῆσαι, ἐπεὶ προαπεθανεῖν ἔφθασεν, ἀκουέτω ὅτι τοῦ Ἰακὼβ κατελθόντος εἰς Αἴγυπτον καὶ προσκυνήσαντος συμπροσκυνῆσαι λέγεται καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, ὅτι καὶ σῶμα ἓν ἀμφότεροι οὗτοι. Οὐκοῦν ἐφθόνουν αὐτῷ διὰ τοῦτο οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ. Καὶ φθονοῦντες εἰς ἐπιβουλὴν προδήλως χωροῦσι, καὶ θανατῶσαι θέλοντες αὐτὸν ἐμβάλλουσι λάκκῳ δεινῷ. Ἑνὸς δέ τινος ὑποθήκαις, δηλαδὴ τοῦ Ῥουβὶμ ἅτε πρὸς αὐτὸν φιλίως διακειμένου, τοῦ λάκκου τε αὐτὸν ἐξάγουσι, καὶ κατὰ τὴν τοῦ Ἰωσήπου ἱστορίαν εἴκοσί μνῶν τοῖς ἐμπόροις ἀποδιδόασι. Μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὸν πατέρα ἐπιστρέψαντες τὸν μὲν Ἰωσὴφ ἔλεγον μὴ ἰδεῖν, χιτῶνα δὲ τούτου εὑρεῖν ᾑμαγμένον καὶ λελακισμένον, ὡς ἐντεῦθεν ὑπόνοιαν τάχα δεδόναι παρὰ θηρίων αὐτὸν ἀπολέσθαι. Κατάγεται οὖν παρὰ τῶν ἐμπόρων εἰς Αἴγυπτον, καὶ ὡς δοῦλος

ἐκεῖσε πιπράσκεται. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ εἰς ἔρωτας ἀσέμνους παρὰ τῆς κυρίας αὐτοῦ ἐφέλκεται. Ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο· εἰ γὰρ καὶ τὸ σῶμα δοῦλος, ἀλλὰ τὴν γνώμην ἐλεύθερος. Ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς ὀργὴν αὐτὴν κινεῖ. Μελετᾷ κατ' αὐτοῦ, κατηγορεῖ, πείθει εἰς φυλακὴν αὐτὸν ἐμβαλεῖν. Γίνεται ταῦτα, καὶ τρισκαίδεκα ἔτεσιν κατάκλειστος ἦν· τῇ δὲ τοιαύτῃ φυλακῇ καὶ ἕτεροι δύο συνῆσαν, οἰνοχόος τε καὶ ἀρτοποιός· οἷς δὴ παραδόξως καὶ τὰ ἐσόμενα προηγόρευσε. Καὶ τῷ μὲν οἰνοχόῳ ἐλευθερίαν προέλεγε διὰ τριῶν ἐμμένειν ἡμερῶν· ἑώρα γὰρ ἐκ τριῶν κλημάτων ἀπυθλιβομένους βότρυας δι' αὐτοῦ εἰς φιάλην, καὶ τὸν βασιλέα χαριέντως ἐξ αὐτοῦ ταύτην λαμβάνοντα. Ὅθεν καὶ πρὸς αὐτὸν ἔλεγε· « Μὴ ὑπερίδῃς ἡμᾶς διὰ ταῦτα ἀπερχόμενος· οὐδὲν γὰρ ἁμαρτόντες ἐν δεσμοῖς γεγόναμεν, ἀλλὰ σωφροσύνης ἕνεκα τὸ τῶν κακούργων ὑπομένειν κατεκρίθημεν. » Τῷ δὲ ἀρτοποιῷ λέγοντι τρία κανᾶ φέρειν ὑπὲρ κεφαλῆς ἑαυτοῦ, καὶ δύο μὲν ἄρτων πλέα, τὸ δὲ τρίτον ὄψων τε καὶ ποικίλων βρωμάτων, καταπταμένους δὲ οἰωνοὺς ἅπαντα δαπανᾷν, κἀντεῦθεν προσδοκῶντι ὁμοίαν τῷ οἰνοχόῳ τὴν πρόῤῥησιν ἔσεσθαι, δύο τὰς πάσας ἔτι τοῦ ζῆν ἔλεγεν ἔχειν ἡμέρας· τὰ γὰρ κανᾶ τοῦτο σημαίνειν, τῇ τρίτῃ δὲ αὐτὸν σταυρωθέντα βορὰν ἔσεσθαι πετεινοῖς. Γενέθλιον ἐπιτελεῖ ὁ βασιλεύς, καὶ τηνικαῦτα τὰ τῆς προῤῥήσεως γίνεται. Ἐπιλανθάνεται τούτου ὁ οἰνοχόος. Ἐνιαυτοὶ δύο παρέρχονται. Ὁρᾷ κατὰ νύκτα ὁράσεις δύο ὁ Φαραώ. Ἀμηχανοῦσιν ἐπὶ τούτοις οἱ τῶν Αἰγυπτίων σοφοί. Καλεῖται ὁ Ἰωσὴφ, τοῦ οἰνοχόου τοῦτο προτρέψαντος. Ἡ δὲ ὅρασις βόες εὐτραφεῖς ἑπτὰ ἀπὸ τοῦ νάματος ἐπὶ τὸ ἕλος ἐρχόμεναι· ἄλλαι ἰσάριθμοι ἐκ τοῦ ἕλους ὑπαντῶσαι, λίαν κατισχνωμέναι, καὶ κατεσθίουσαι τὰς εὐτραφεῖς καὶ μεγάλας, κἂν οὐδὲν ἐκ τοῦ φαγεῖν ὠφελοῦντο. Ἡ δὲ δευτέρα ὅρασις στάχυες εὐτραφεῖς ἑπτὰ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης, ὑφ' ἑτέρων ἑπτὰ διεφθαρμένων καὶ ἀσθενῶν ἀπανώμενοι. Ἦτο δὲ τριακοστὸν ὁ Ἰωσὴφ τηνικαῦτα ἦν. Ἑρμηνεύει τὰς ὁράσεις, τιμᾶται παρὰ τοῦ Φαραὼ, ἄρχων Αἰγύπτου καθίσταται. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ Ψομθομφάνιχον αὐτὸν ὁ Φαραὼ προσαγορεύει, τουτέστιν ἐφευρετὴν τῶν κρυπτῶν. Τὸν δὲ λιμὸν ἐκεῖνον ἱστορεῖ γενέσθαι διὰ τὸ μήτε τὸν Νεῖλον τότε ἀνελθεῖν μήτε ὄμβρον ἄνωθεν κατελθεῖν. Γεννᾷ δὲ Ἰωσὴφ καὶ δύο υἱούς, Μανασσὴν καὶ Ἐφραΐμ. Καὶ τὸ μὲν Μανασσῆς σημαίνει ἐπίληθον· εὐδαιμονήσας γὰρ λήθην τῶν ἀτυχημάτων ἔλαβε. Τὸ δὲ Ἐφραΐμ ἀποσβοὰς· αὐτὸς γὰρ τοῖς προγόνοις τὴν ἐλευθερίαν ἀπέδωκε. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

A dunt. Hinc ad parentem reversi Josephum quidem se nusquam vidisse narrant, tunicam vero ipsius reperisse cruentatam ac discerptam, ut hoc modo pater in suspicionem veniret fortasse filium a feris interemptum esse. Interim ipse a mercatoribus in Ægyptum abducitur, atque illic in morem mancipii venditur. Non longo tempore interjecto ab hera sua fœdos et turpes ad amores pellicitur, a qua tamen eo minime perpellitur: quamvis enim corpore servus esset, nihilo tamen minus animo erat ingenuus. Hanc ob causam illa exæstuescit, aliquid in Josephum mali molitur, accusat, marito persuadet, hominem in vincula conjiciat. Succedit quod instituerat, adeoque totos 13 annos Josephus in vinculis detinetur. Erant in eodem carcere conclusi et B alii duo, quorum unus a poculis regi fuerat, alter pistor. His ille nova et inaudita quadam ratione futura prædixit, atque illi quidem, a poculis qui fuerat, libertatem intra triduum restituendam vaticinatus est. Nam somniaverat se de tribus palmitibus uvas in phialam Pharaonis exprimere, ac deinde regem ex ea non illibenter hausisse. Monuit autem hunc ut carcere liberatus sui per contemptum non obliviscceretur: Nam nullo, inquit[47], facinore de ignato in hosce carceres compacti sumus, sed propter castitatem ad hæc flagitiosorum hominum supplicia toleranda sumus condemnati. Pistori vero, qui diceret se visum sibi gestare tria canistra in capite, quorum duo panibus essent C plena, tertium obsonio variisque cibis, sed aves advolasse ac omnia surrepta devorasse, quique futurum adeo exspectaret ut ipsi quoque Josephus consimile priori vaticinium promeret, respondit duos in universum vitæ dies ei superesse, qui per bina canistra denotarentur, tertio in crucem actum corpore suo pasturum alites. Secundum hæc Pharao diem suum natalitium celebrat, quo eventus omnia comprobat quæ prædicta fuerant. Josephi tamen obliviscitur is qui regi a cyathis erat. Anni duo prætereunt. Insomnia duo Pharaoni per quietem offeruntur. Ægyptiorum sapientes ea nulla ratione possunt interpretari: hortatu ejus qui regi a poculis erat, Josephus arcessitur. Somnium unum fuerat hujusmodi: rex videre sibi visus erat septem D vaccas corpore **143** pingui ac bene curato, quæ emersæ de flumine in caricetum se conferrent; atque his alias numero pares occurrere, macie confectas admodum, quæ tametsi opimas illas atque magnas devorarent, nihilo tamen inde pinguiores fieri viderentur. Alterum erat tale: septem opimæ spicæ, de radice una enatæ, ab aliis septem spici tenuibus atque corruptis absumebantur. Compleverat id temporis Josephus annum ætatis tricesimum, cum hæc somnia interpretaretur. Quo facto magnis a Pharaone honoribus afficitur et princeps atque præfectus Ægypti constituitur, indente ipsi novam appellationem Pharaone, qua Psomtophanichus deinceps vocaretur, quæ vox *occultorum reperiorem* significat. Cæterum charitatem illam annonæ profectam ex ea causa perhibent, quod iis annis neque Nilus extra suas se ripas effuderit neque ros ex aere fuerit delapsus. Binos autem Josephus filios genuit, Manassem et Ephræmum. Manassis appellatio significat priorum oblitum: post-

[47] Gen. XL, 14.

enquam enim ad eam felicitatem pervenisset, calamitatum pristinarum oblivionem consecutus erat. Ephræmus tantundem sonat ac si dicas, qui restituit eum; nam libertatem majoribus restituit. Et hæc quidem in hunc modum evenere.

Jacobi autem filii cum accepissent quid Sichemus Emoris filius cum sorore sua Dina perpetrasset, puncti sunt, hoc est dolore affecti, ut qui facinus hoc turpissimum ducerent. Itaque cunctos loci ejus incolas ferro trucidarunt. Quamobrem concessit Deus ut satis longo tempore in Ægypto afflictarentur. Nam hæc causa fuit quamobrem diuturnam et primam illam captivitatem experirentur. Cæterum Jacobus, adventum ipsius flagitante Joseph, quo tempore fratres ad ipsum urgente annonæ caritate se contulerant, in Ægyptum 75 cum capitibus est profectus. Atque hunc numerum quoque Litteræ sacræ penitus exprimunt, ut quanta hominum multitudo procreata de tot capitibus fuerit sciremus. Jacobus ipse, quemadmodum in historia sua Josephus meminit, præ necopinato gaudio parum abfuit quin exspiraret, ni videlicet Josephus eum recreasset, qui tametsi et ipse voluptatis magnitud ne superaretur, non tamen eodem modo quo Jacobus afficiebatur. Atque hic cum Pharao Jacobum jam annum intueretur, quot natus esset annos interrogat. Respondet is hanc in sententiam: « Anni vitæ meæ, quos peregrinatus sum, omnino sunt centum et triginta, quos ipsos sane paucos et malos expertus sum [48]. » Quæ quidem verba propter eas afflictiones et ærumnas protulit quas perpessus fuerat. Vixit autem ab hoc tempore quindecim adhuc annos, quibus nimirum scilicet a calamitatibus, **146** quas antehac pertulerat, recrearetur. Et vivebant nane longam ætatem homines illi prisci, quo genus humanum in majoribus illis vitæ spatiis eo felicius propagaretur et amplificaretur. Eadem causa fuit cur pluribus simul uxoribus juncti essent. Post diluvium quidem certe multos adhuc annos vivendo explebant. At ubi paulatim orbem terrarum complessent, annorum etiam vitæ numerus imminui cœpit. Quodsi credere Cyrillo debemus, viro divinissimo, illa quoque de causa hominum annis aliquid decessit, quod ipsa natura paulatim debilior fiat et ad plures annos se conservare nequeat.

Genuit autem, ceu jam ante monuimus, patriarchas Jacobus duodecim, a quibus duodecim Israeliticæ tribus ortæ sunt. Etenim hanc ipsam ob causam in Litteris sacris appellari patriarchæ consueverunt, quasi patrion archontes, id est tribuum sive familiarum principes. Epiphanius scripsit, tribus exstitisse tredecim. Quamquam enim ex Josepho nulla tribus est denominata, duæ tamen illæ tribus, quæ a filiis ejus Manasse ac Ephraimo profectæ sunt, Josepho accensentur et tribuuntur. Sed enim Levia tribu detracta, uti quæ nihil inter reliquas tribus haberet fructus, rursum tribus duodecim efficiuntur. Erat inter cæteros Jacobi filios Levius, qui Caathum procreavit; ex Caatho natus est Amramus; sextus ab Abrahamo fuit Moses.

Ab eodem Abrahamo si Jobi generis seriem repetas, deprehendes eum ab illo fuisse quintum,

Οἱ δέ γε τοῦ Ἰακὼβ υἱοὶ ἀκούσαντες τὰ παρὰ Συχὲμ τοῦ υἱοῦ Ἐμὼρ γεγενημένα ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ αὐτῶν Δινᾷ κατενύγησαν, ἤγουν ἐλυπήθησαν, ἀσχημοσύνην τὸ πρᾶγμα ἐλογίσαντο. Ἐφ' ᾧ καὶ τοὺς ἐκεῖσε παροικοῦντας ἔργον φόνου πεποιήκασιν. Ὅθεν καὶ συγχωρεῖ αὐτοὺς ὁ Θεὸς καιρὸν ἱκανὸν κακωθῆναι κατ' Αἴγυπτον. Αὕτη οὖν ἡ αἰτία τῆς πολυετοῦς καὶ πρώτης αἰχμαλωσίας αὐτῶν. Ὁ μέντοι Ἰακὼβ ζητηθεὶς παρὰ τοῦ Ἰωσὴφ, ἵνίκα πρὸς αὐτὸν ἀπῆλθον οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ λιμοῦ, καὶ τῆλθεν εἰς Αἴγυπτον ἐν ο' καὶ ε' ψυχαῖς. Τίθησι δὲ τὸν ἀριθμὸν ἡ Γραφὴ, ἵνα μάθωμεν ἐκ πόσων πόσοι γεγόνασιν. Ὁ δέ γε Ἰακὼβ μικροῦ δεῖν ἐξέλιπεν ἐκ τῆς ἀπροσδοκήτου χαρᾶς, ὡς φησιν Ἰώσηπος, εἰ μὴ ὁ Ἰωσὴφ αὐτὸν ἀνεζωπύρησεν· εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ὑφ' ἡδονῆς ἥττων τοῦ πάθους γέγονεν, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ Ἰακώβ. Ὁ μέντοι Φαραὼ πολιὸν ἰδὼν τὸν Ἰακὼβ ἐρωτᾷ περὶ τῶν ἐτῶν αὐτοῦ. Καὶ ὃς ἀπεκρίνατο λέγων· « Αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν τῆς ζωῆς μου ἃς παροικῶ, ρλ' ἔτη, μικραὶ καὶ πονηραὶ γεγόνασι. » Ταῦτα δὲ ἔλεγε δι' οὓς ὑπέστη πειρασμούς. Ἐπέζησε δὲ μετὰ ταῦτα ἔτη ιε' εἰς παράκλησιν ὧν ἔπαθε δεινῶν τὰ πρὸ τοῦ. Καὶ οἱ μὲν παλαιοὶ πολὺν χρόνον ἔζων, ὥστε αὐξηθῆναι τὸ γένος ἐν τῷ πλείονι χρόνῳ. Διὰ τοῦτο καὶ πολλαῖς συνήπτοντο γυναιξίν. Αὐτίκα γοῦν καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν μακρόβιοι ἦσαν. Ἐπειδὴ δὲ τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσαν, ἠλαττώθη λοιπὸν ὁ τῶν ἐτῶν ἀριθμός. Κατὰ δὲ τὸν θειότατον Κύριλλον, ἠλαττώθη τὰ ἔτη διὰ τὸ τὴν φύσιν αὐτὴν ἀδρανεστέραν τῷ χρόνῳ γενέσθαι καὶ μὴ ἐπὶ πλείοσιν ἰσχύειν ἔτεσι παρεκτείνεσθαι. Καὶ πολυετεῖς μὲν ἦσαν οἱ παλαιοὶ δι' ἣν αἰτίαν ἔφθασεν ὁ λόγος εἰπεῖν· ὁ δὲ Ἰώσηπος τῇ παρευρισκομένῃ τότε τροφῇ μακροβίους γενέσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἔλεγε.

Καὶ γεννᾷ μὲν, ὡς εἴρηται, τοὺς δώδεκα πατριάρχας ὁ Ἰακὼβ, ἀφ' ὧν αἱ δώδεκα φυλαὶ τοῦ Ἰσραήλ· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ πατριάρχας ἐκεῖνος ὁ λόγος ἐκάλεσεν ὡς τῶν πατριῶν ἤτοι τῶν φυλῶν ἄρχοντας. Κατὰ δὲ τὸν μέγαν Ἐπιφάνιον δέκα καὶ τρεῖς αἱ φυλαί. Εἰ γὰρ καὶ φυλή τις οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ, ἀλλ' αἱ ἀπὸ τῶν παίδων αὐτοῦ, τοῦ τε Μανασσῆ καὶ τοῦ Ἐφραΐμ, δύο φυλαὶ τοῦ Ἰωσὴφ γνωρίζονται. Ὅμως μέντοι τῆς Λευῒ φυλῆς ὑπεξαιρουμένης ὡς μηδὲν ἐργαζομένης, δώδεκα πάλιναι φυλαί. Καὶ Ἰακὼβ μὲν γεννᾷ τὸν Λευῒ, Λευῒ δὲ τὸν Κοὰθ, Καὰθ δὲ τὸν Ἀμρὰμ, Ἀμρὰμ δὲ τὸν Μωσέα καὶ τὸν Ἀαρών. Καὶ Μωσῆς μὲν ἕκτος ἀπὸ Ἀβραάμ. Amramus Mosem et Aaronem progenuit. Hoc modo

Ἐκεῖθεν γενεαλογούμενος ὁ Ἰὼβ πέμπτος εὑρίσκεται. Οὗτος ὁ Ἰὼβ κατὰ τὴν τοῦ μεγάλου Κυρίλλου

[48] Gen. xv, 9.

ἐξήγησιν ἐτῶν ο' καὶ η' ἦν κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ πει- A
ρασμοῦ, ἐν δὲ τῇ πληγῇ διατελέσας ἔτη ἑπτὰ γέγο-
νεν ἐτῶν πε'. Καὶ πόθεν τοῦτο ὄῆλον; ἐκ τῶν μετὰ
τὴν πληγὴν δωθέντων αὐτῷ ρο' ἐτῶν. Ἐπειδὴ γὰρ
εἰς τὸ διπλάσιον δέδωκε πάντα τῷ Ἰὼβ ὕστερον ὁ
Θεὸς, ἐξ ἀνάγκης διπλᾶ καὶ τὰ ἔτη αὐτῷ ἐχαρίσατο.
Οὐκοῦν τῶν ρο' τὰ ἡμίσεα π' καὶ ε' τυγχάνουσιν. Ἐν-
τεῦθεν οὖν εὑρίσκονται τὰ πάντα ἔτη τοῦ Ἰὼβ σνε'.
Εἰ δέ γε τὸν πάντα χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ σμη'
ἔτη λέγει ἡ Γραφὴ, μὴ ξενισθῇς· τὰ γὰρ ἑπτὰ ἔτη
τῇ ζωῇ τῆς πληγῆς αὐτοῦ οὐ συνῆψεν ὁ συγγρα-
φεὺς, ἐπεὶ μὴ ζωῆς χρόνον τὸν τῆς πληγῆς καιρὸν
ἐλογίσατο διὰ τὴν ἐκ τοῦ πάθους νέκρωσιν. Οὐκοῦν
ἔοικεν ὁ μακάριος Ἰὼβ εἰς ἔνδειξιν τῶν θεόθεν αὐτῷ
δοθέντων ἀγαθῶν ὕστερον ταῖς θυγατράσι τεθεικέ-
ναι τὰς προσηγορίας· τοῖς πράγμασι γὰρ ἀκολού- B
θως ἐπήνεγκεν αὐταῖς καὶ τὰ ὀνόματα, καὶ τὴν μὲν
πρώτην Ἡμέραν ἐκάλεσεν ὡς ἀπό τινος βαθείας νυ-
κτὸς τῶν περιστοιχισάντων αὐτὸν χαλεπῶν ἡμέρας
αὐτῷ φωτεινῆς ἐπιλαμψάσης, τὴν δὲ δευτέραν Κα-
σίαν ὠνόμασεν ὡς ἤδη λοιπὸν ἐν εὐωδίᾳ τινὶ καὶ ἀ-
πολαύσει τῶν ἀγαθῶν γενόμενος, τὴν δὲ τρίτην
Ἀμαλθείας κέρας προσηγόρευσεν ὡς ἅπασι λοιπὸν
τοῖς ἀγαθοῖς περιῤῥεόμενος. Ἀμαλθείας γὰρ κέρας
οἱ παλαιοὶ τὴν ἀφθονίαν ἐκάλουν· λέγεται γὰρ ὅτι
ἦν αἰπόλῳ τινὶ αἴξ Ἀμάλθεια καλουμένη, ἥτις ὀρύ-
ξασα τῷ κέρατι θησαυρὸν ἀνέδειξε τῷ δεσπότῃ. Καὶ
οὐχ εὑρέθησαν γάρ, φησὶ, κατὰ τὰς θυγατέρας
Ἰὼβ βελτίους αὐτῶν ἐν τῇ ὑπ' οὐρανόν. Διὰ τί δὲ
τοῦτο; ἵνα τῇ θέᾳ τούτων ἡ τοῦ πάθους ἀπαλειφθῇ C
μνήμη παντάπασι. Καὶ δέκα μὲν ἔλαβε παῖδας μετὰ
τὴν πληγὴν ὁ Ἰὼβ, ὅτι καὶ δέκα τούτους ὄντας ἀπώ-
λεσεν. Εἰ δὲ διπλᾶ λέγει τὰ πάντα λαβεῖν τὸν Ἰὼβ
ἡ Γραφὴ, μὴ θαύμαζε. Τὰ γὰρ λοιπὰ πάντα κα-
μήλους, ἡμιόνους, προβάτων ἀγέλας, καὶ ὅσα τοι-
αῦτα, διπλᾶ κατὰ τὴν Γραφὴν ἔλαβε· θνητὰ γὰρ
ταῦτα πάντα, καὶ οὐκ ἀναστήσονται τότε. Οἱ δὲ παῖ-
δες ὁμολογουμένως ἀναστήσονται τότε. Ἐφ' ᾧ δέκα
καὶ μόνους ἐνταῦθα λαμβάνει μετὰ τὴν πληγήν.
Οὗ δὲ κἀκείνους οὓς ἀπώλεσε λήψεται, ὡς ἐντεῦ-
θεν ὂν ὃς δέκα παῖδας ἔχειν αὐτὸν, τουτέστιν εἴκοσι.
Καλῶς οὖν ἡ Γραφὴ διπλᾶ λαβεῖν ἔλεγε τὰ πάντα
μετὰ τὴν πληγὴν τὸν Ἰώβ.

hoc est Abrahami adnepotem. Atque hic Jobus, A
quemadmodum a magno illo Cyrillo perscriptum
legimus, initio suæ tentationis annos natus erat 78,
eumque totos annos septem in istac ærumna exe-
gisset, pervenit scilicet ad ætatis annum 85. Unde
vero potest hoc colligi? De annis illis 170, quorum
post plagam in historia fit mentio. Nam quia dein-
ceps duplum omnium Deus Jobo concessit, neces-
sario statuendum est quod ei duplum etiam annо-
rum vitæ largitus fuerit. Jam si de 170 annis di-
midium sumas, 85 habebis; atque hinc deprehen-
ditur annos vitæ Jobi fuisse in universum 255.
Quod autem Litteræ sacræ tradunt totum vitæ Jobi
tempus habuisse 248 annos, id vero tibi novum et
insolens haud videatur. Nam septem illos annos
quibus misere divexatus afflictusque fuit, historiæ B
scriptor ipsius vitæ non adnumeravit, quod tem-
pus illud ærumnosum, quo tantum non præ ma-
gnitudine doloris emortuus erat, nequaquam pro
vita duceret. Videtur autem beatus ille Jobus ad
commonstrandum ea bona, **147** quæ deinceps ei
concessa divinitus fuerunt, nomina filiabus suis
dedisse. Nam ejusmodi sane appellationes eis in-
didit, quæ rebus ipsis accurate convenirent. Ac
primæ quidem cognomentum diei dedit, quasi jam
ex profunda quadam nocte rerum adversarum,
quibus undique fuisset circumdatus, dies ipsi cla-
rissima illuxisset. Alteram Cassiam vocavit, quasi
jam deinceps in fragrantia quadam et fruitione bo-
norum degeret. Tertiam appellavit cornu Amal-
theæ, quasi posthac futurum esset ut bonis omni-
bus affluaret. Nam homines illi prisci cornu Amal-
theæ vocabant rerum omnium copiosam abundan-
tiam. Perhibent enim capriarium quendam pasto-
rum habuisse capram cui Amaltheæ nomen esset. Ea
cum terram cornu fodiendo aperuisset, hero suo
thesaurum ostendit. Leginus autem hac in histo-
ria vera quædam hujusmodi: « Nec Jobi filiabus
pulchritudine pares ullæ sub cœlo exstabant [59]. »
Quamobrem Deus istud ita voluit? Ut harum vide-
licet intuitu paterni doloris memoria prorsus abo-
leretur. Idem a calamitate liberos decem pro-
creavit tantum, cum antea quoque liberis decem
orbatus fuisset. Hic mirari desine quamobrem Litteræ sacræ dicant omnia divinitus Jobo condupli-
cata fuisse. Nam cætera quidem omnia, camelos, mulos, ovium greges aliaque talia conduplicata, ea
Litteræ sacræ loquuntur, recepit. Quippe morti cuncta illa sunt obnoxia, hæc in extremo die resur-
gent. At vero de liberis dubitari nullo modo potest quin resurrecturi sint. Propterea decem a calami-
tate tantum recipit, numerum et alios illos pridem amissos tandem aliquando recuperaturus. Quo de
colligitur eum habuisse bis decem liberos, hoc est vigiuti. Atque hoc modo patet Litteras sacras recte
locutas esse, cum Jobum aiunt a calamitate omnia conduplicata recepisse.

Καὶ γεννᾷ Ἀμρὰμ, ὡς εἴρηται, τὸν Μωσέα, καὶ D
πλεύθις εἰς ποταμὸν ῥίπτουσιν αὐτὸν, ἐν θήκῃ τινὶ
πρότερον βαλόντες, διά γε τὸν φόβον τοῦ Φαραώ· τὰ
γὰρ ἄῤῥενα τῶν Ἑβραίων παιδία θανατοῦσθαι ἐκέ-
λευσε χάριν τοῦ μὴ καταδυναστεῦσαι διὰ τὸ πλῆθος
αὐτούς. Ἡ δὲ τοῦ Φαραὼ θυγάτηρ περιπατοῦσα κατ'
αἰγιαλὸν, καὶ ἰδοῦσα τὴν θήκην, ἐκβληθῆναι τοῦ πο-

Caterum Mosem, ceu diximus, Amramus ex se
genitum, mox Pharaonis metu quadam in theca
depositum in flumen abjecit. Nam Pharao masculos
Hebræorum fetus, ut primum in lucem editi forent,
necari jusserat eam ob causam, ne propter multi-
tudinem Ægyptios imperio suo subjicerent. At vero
filia Pharaonis in littore deambulans, ubi cistam

[59] Job xlii, 15.

illam junceam conspexisset, ut e flumine ad terram ejiceretur imperat. Deinde cognito unde puer eo pervenisset et quo pacto fuisset in flumen abjectus, ad se illum recipit et alendum tradit. Postcaquam Moses virilem ætatem attigisset, forte quemdam Hebræum ab Ægyptio vexari conspiciens haud tulit injuriam, sed Ægyptium illum interficit, et arena interfectum obruit. **148** Hinc duos Hebræos videt inter se rixando confligentes, quos cum reconciliare conaretur: « Et quis, aiunt illi, te nobis principem constituit? an et nos interficere cogitas, quemadmodum heri necasti Ægyptium [80]? » His auditis Moses terrore perculsus, ne forte res palam fieret, e finibus Ægyptiis excedit et in solitudinem fuga se confert. Secundum id temporis Deum conspicit, et ad Pharaonem educendi ex Ægypto populi causa ablegatur. In hunc modum historia Mosaica rem actam commemorat.

A ταμοῦ κελεύει αὐτήν. Ἔνθεν τοι καὶ μαθοῦσα ὅθεν τὸ παιδίον καὶ ὅπως εἰς τὸν ποταμὸν ἐρρίφη, παρ' αὐτοῦ λαμβάνει αὐτὸ καὶ ἀνατρέφεσθαι δίδωσιν. Εἶθ' οὕτως εἰς ἄνδρας ἔρχεται. Ὁρᾷ Ἰουδαῖον ὑπὸ Αἰγυπτίου θλιβόμενον, οὐκ ἀνέχεται, κτείνει τὸν Αἰγύπτιον, παρὰ τῇ ἄμμῳ κρύπτει αὐτόν. Μετὰ τοῦτο δύο Ἑβραίους ὁρᾷ πρὸς ἀλλήλους διαπληκτιζομένους, καὶ καταλλάσσειν ἐπεχείρει αὐτούς. Οἱ δὲ πρὸς αὐτόν· « Τίς σε κατέστησεν ἐφ' ἡμῖν ἄρχοντα; μὴ βούλει καὶ ἡμᾶς ἀνελεῖν, ὡς χθὲς τὸν Αἰγύπτιον; » Ταῦτ' οὖν ὁ Μωσῆς ἀκούσας, καὶ πτοηθεὶς μήποτε κατάδηλος γένηται, ἀπαίρει τῶν ὁρίων Αἰγύπτου καὶ δραπετεύει πρὸς ἔρημον. Εἶτα Θεὸν ὁρᾷ, κἀκεῖθεν πρὸς Φαραὼ στέλλεται τοῦ ἐξαγαγεῖν τὸν λαόν. Καὶ ταῦτα μὲν ἡ Μωσαϊκὴ διέξεισιν ἱστορία.

Josephus autem hæc quoque refert, quemdam nimirum ex iis qui Litteras sacras callerent (in primis autem homines illi periti erant in conjectanda rerum futurarum veritate) regi nuntiasse, gignendum id temporis hominem, qui Israelitis educatus omnes virtute superaturus esset et gloriam nulla seculorum delendam oblivione sibi comparaturus. Hic regem metu correptum, de illius consilio sententiaque mandasse ut omnes Hebræis nati mares in fluvium abjicerentur et necarentur. Simul edixisse ut obstetrices Ægyptiæ mulierum Hebræarum partus observarent; quas quidem solas Hebræis obstetricari vellet. Astutum hoc consilium eo spectasse ut ab eis infantes nati perimerentur. Itaque puerum hunc natum esse, quemadmodum prædictum fuerat, idque clam custodibus propter dolorum in partu lenitatem. Cum parentes clanculum apud se aliquantulum educasse. Cumque deinceps Amramus formidaret ne factum palam fieret, fiscellam quamdam papyraceam confecisse, ac in ea bitumine oblita mannitaque puerum deposuisse, atque ita in flumen abjecisse. Tum regis filiam Thermutim propter ripam fluminis lusitantem, re conspecta, quosdam urinatores immisisse qui cistellam afferent. Intuitam vero puerum magnopere gavisam fuisse, tum ob ejus magnitudinem tum elegantiam. Itaque mox secum ipsam fuisse sollicitam quo eum pacto educaret. Infantem ipsum feminam Ægyptiam fuisse aversatum. Ea de causa factum ut Maria præsens diceret puerum lacte cognato ali velle; eumque propterea reginam moneret de arcessenda quadam Hebræa muliere, commodissime successisse ut ipsa pueri mater advocaretur. Nomen ei fuisse datum ab eo quod acciderat; nam Ægyptios aquam *mo* dicere, *hyses* autem illos qui ex aqua sint extracti liberatique. Puerum ipsum ab Abrahamo fuisse septimum. Ubi tertium attigisset annum, Deum ei concessisse ut supra modum ætatis cæteros anteceller et. Venustate tanta fuisse ut nemo tam illepidus

Cæterum quo tempore judices Israelicorum nationi præerant, oborta fame Noema cum filiis suis Bethlehemam reliquit et Moabitarum in terram profecta est. Ibi cum uxores filii duxissent, Orphanam scilicet ac Ruthan, annisque decem exactis mortui essent, Noema nuribus suis se comitantibus in patriam suam reversa est [81]. Nolebat enim ei roganti ut istic manerent Orphana parere, quod se diceret gentem ejus agnituram pro sua, Deumque ipsius pro suo Deo habituram. Hoc modo profecta cum socru Booso nupta est, ac Obedum Iessæ patrem, Davidis avum peperit.

Ἀπὸ Ναβουχοδονόσορ αἰχμάλωτοι Μαρδοχαῖος, γυνὴ Ἐσθὴρ, καὶ λοιποὶ, οἳ ἦσαν ἐπὶ Ἀρταξέρξου. Οὗτος ὁ Μαρδοχαῖος ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως ἀκούσας δύο εὐνούχων μελετώντων κατὰ τοῦ βασιλέως ἀνέφερε περὶ τούτων αὐτῷ · οἳ καὶ ἀπώλοντο. Τούτων οὖν ἕνεκεν ὁ παρὰ τῷ βασιλεῖ μέγιστος Ἀμμὰν λυπηθεὶς ἔπεισε τὸν βασιλέα κατὰ Ἰουδαίων ἐπεξελθεῖν, καὶ γράμματα στεῖλαι τοῖς τῶν ἑκατὸν εἴκοσι καὶ ἑπτὰ χωρῶν ἄρχουσιν, ἀπὸ Ἰνδικῆς ἕως Αἰθιοπίας, τοὺς ὁπουδήποτε παρευρισκομένους Ἰουδαίους τελείως κατασφάττειν κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ δωδεκάτου μηνός. Μανθάνει ταῦτα ἡ βασιλὶς Ἐσθὴρ, καὶ νηστεύσασα τρεῖς ἡμέρας δέεται πρῶτον τοῦ Θεοῦ (34), εἶτα καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀρταξέρξου, λέγουσα, « Εἰδόν σε, κύριε, ὡς ἄγγελον Θεοῦ, καὶ ἐταράχθη ἡ καρδία μου ἀπὸ φόβου τῆς δόξης σου, » καὶ ἔπεσεν ἐκλυθεῖσα. Ὁ δὲ προὔτρεπεν αἰτῆσαι ὃ θέλει. Ὁ δὲ Ἀμμὰν ἰδὼν τὸν Μαρδοχαῖον ἐπὶ τῆς αὐλῆς παρασκευάζει κρεμασθῆναι αὐτὸν ἐπὶ

Inter alios quos Nabucholosor captivos abduxerat, fuerunt Mardochæus et Esthera mulier. Hi cum regnante Artaxerxe superstites adhuc forent, forte accidit ut cum Mardochæus in aula regia duorum eunuchorum consilia deprehendisset adversus regem inita, rem omnem regi renuntiaret, qua patefacta illi morte multabantur. Hinc offensus Ammanus, qui plurimum apud regem poterat, auctor regi fuit ut Judæos adoriretur, missisque litteris ad centum viginti septem regionum præsides, quæ regiones inter Indiam et Æthiopiam sitæ sunt, imperaret ut quotquot ubique gentium Judæi reperirentur, omnino morte adficerentur a. d. XIV mensis XII. Hanc rem ubi Esthera regina cognovisset, completo trium dierum jejunio, Deum initio precatur, inde regem Artaxerxem hujusmodi verbis **170** alloquitur : « Cum te, rex, intuerer angelo divino consimilem, cor meum formidine majestatis tuæ perculsum plane se demisit et con-

[81] Ruth. I, 16.

(33) Ἄξιον δὲ . . . . . περιτέμνεται. Suppleta ex V et F.

(34) Non videtur assecutus Leunclavius mentem Glycæ, neque consuluisse sacrum Estheræ textum: verba enim illa κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ δωδεκάτου μηνὸς, quæ ad verbum κατασφάττειν pertinent (dies enim Judæorum cædi destinatus erat 14 Adar duodecimi mensis), conjunxit cum sequentibus μανθάνει ταῦτα ἡ βασιλὶς Ἐσθὴρ, reddiditque in hunc modum : *Hanc rem ubi Esthera regina cognovisset ad 14 mensis 12, completo* (a), etc. Idem quoque quæ supra narrantur de Noemi, ejusque nuribus, non satis commode expressit, et quæ ad Rutham pertinent, non tolerando errore, seu potius ἀβλεψίᾳ atque inconsiderantia singulari, tribuit Orphanæ, quam scimus in patriam remeasse, sola Rutha Noemam socrum suam Bethleemum usque comitante, nuptiasque cum Booso contrahente. Seq. vers. paginæ initio idem aberravit in sententiæ illius interpretatione : Ἀκηδιῶν γὰρ νυκτὸς, εἰς ἀνάγνωσιν ἦλθεν. Ἐφ' ᾧ καὶ ἐμνήσθη ὧν ἐποίησεν εἰς αὐτὸν ὁ Μαρδοχαῖος. Respexit enim Glycas ad illa verba capitis sexti : Καὶ εἶπε τῷ διακόνῳ αὐτοῦ εἰσφέρειν γράμματα μνημόσυνα τῶν ἡμερῶν ἀναγινώσκειν αὐτῷ. Εὗρε δὲ τὰ γράμματα γραφέντα περὶ Μαρδοχαίου, κ. τ. λ., quæ vulgatus interpres sic reddidit : *Noctem illam duxit rex insomnem, jussitque sibi afferri Historias et Annales priorum temporum. Quæ cum illo præsente legerentur, ventum est ad illum locum, ubi scriptum erat, quomodo nuntiasset Mardochæus insidias Bagathan et Thares eunuchorum regem Assuerum jugulare cupientium*, etc.

(a) Hæc ad mentem Adnotatoris mutavimus.

tabuit[a]. » Tum rex eam hortari ut quod vellet ab se peteret. Interim Ammanus Mardochæo in regia conspecto totus in hoc incumbere, ut hominem in crucem ageret. Verum Deus adempto regi somno, quominus Ammani consilium succederet, impedivit. Cum enim rex noctu præ quadam animi ægritudine non dormiret, forte secum ipse Mardochæi meritum recognoscens expendit. Quapropter invito Ammano Mardochæus honoribus amplissimis ornatur; et Ammanus e contrario suæ perversitatis pœnas luens, Esthera regina obsecrante ac rem perficiente, cruci adfigitur. Simul diversam in sententiam perscriptæ litteræ mittuntur, quibus non Judæorum modo salus consulebatur, verum etiam mandabatur ut adversarios suos necarent. Itaque factum est ut illi supra quingentos homines interficerent, decem Ammani filiis in crucem actis. Hanc ob causam institutum legimus ut 13 et 14 Adaris mensis dies Judæis perpetuo festi sint.

A ξύλου. Ὁ δὲ θεὸς τοῦτον ἐκώλυσεν, τὸν τοῦ βασιλέως ἀφελόμενος ὕπνον· ἀκηδιῶν γὰρ νυκτὸς εἰς ἀνάγνωσιν ἦλθεν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐμνήσθη ὧν ἐποίησεν εἰς αὐτὸν ὁ Μαρδοχαῖος. Ὅθεν καὶ μὴ βουλομένου τοῦ Ἀμμὰν ἐτιμήθη τὰ μέγιστα. Ὁ δὲ Ἀμμὰν καθ' ἑαυτοῦ τὴν κακίαν ἤνεγκεν· ἐκρεμάσθη γὰρ ἐπὶ ξύλου τῇ δεήσει καὶ κατασκευῇ τῆς Ἐσθήρ. Καὶ γράμματα δὲ ἕτερα ἐστάλησαν οὐ μόνον εἰς σωτηρίαν αὐτῶν, ἀλλ' ἵνα καὶ τοὺς ἀντικειμένους ἀμύνωνται· καὶ γὰρ ἄνδρας φ' ἁπτεῖναν, καὶ ἑτέρους πλείονας. Ἐκρεμάσθησαν δὲ καὶ οἱ δέκα υἱοὶ τοῦ Ἀμμάν. Κατὰ τοῦτο καὶ ἡ Γραφή φησιν· « Ἔσονται δὲ ἡ ιγ' καὶ ἡ ιδ' τοῦ Ἀδὰρ ἡμέρα ἑόρτιος εἰς γενεὰς αὐτῶν. »

Tobæus imperante Enemesaro Assyriorum rege in captivitatem abductus est. Is per omnem vitam veritatis et justitiæ studiosissimus fuit, cumque captivus Nineven una cum uxore Sarra et Tobia filio perductus esset, cognatis cæteris pane gentium vescentibus ab eo prorsus abstinuit. Deinde necatos a rege Senacherimo, quo tempore is revertebatur e Judæa profugiens, furtim sepeliebat; qui sane ab irato rege non pauci sunt interfecti. Quin etiam noctu multos ob regis metum terræ mandabat. Quapropter aliquando accidit ut vultu aperto juxta parietem consopitus cubaret, ignorans istic passeres in pariete nidificasse. Illi vero calidum stercus in oculos ejus excernunt, ex quo cicatrices ipsius oculis est albugo. Consimiliter cum uxor die quodam ipsi hœdum afferret datum sibi mercedis nomine, ne ebat eo vesci propterea quod furtivum existimaret, eaque de causa probris ab uxore incessebatur ut qui fructum ex virtute nullum caperet. Tum ille plorare, ac Domino dicere satius sibi fore, si moriatur, quando falsis probris afficiatur. Eodem hoc tempore Sarra quoque Raguelis filia verbis contumeliæ plenis est exagitata, quasi viros septem, quibuscum nupta fuerat, suffocasset, quos tamen Asmodæus ille nequam gentes interficerent priusquam cum ea consuescerent; quam illa rem tam ægre tulit animo ut ipsa sibi manus afferre cogitaret. Verum Deus neque Tobæi neque Sarræ probra neglexit. Nam cum Tobæus **171** filium suum Tobiam ablegasset ad repetendum argentum quod alibi deposuerat, angelus Dei Raphaelus eum comitatus est. In eo itinere puer conspecto ad fluminis ripam pisce vehementer est exterritus; quem angelus hortatur ut piscem prehendat ejusque partes cæteras comedat, solum cor et jecur sibi reservet; quorum alterum, videlicet hepar, serviret ad abigendum suffitu Asmodæum, cor autem ad inunguendum paternos oculos. Secundum hæc juvenem Raguelis domum deducit, qui Sarram filiam ejus uxorem accipit et

B Ὁ Τωβὴτ ἠχμαλωτίσθη ἐν ἡμέραις Ἐνεμεσάρου βασιλέως Ἀσσυρίων. « Ἐγὼ Τωβὴτ ὁδοῖς ἀληθείας ἐπορευόμην καὶ δικαιοσύνης πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου. Καὶ ὅτε μετὰ Σάῤῥας καὶ Τωβίου ἠχμαλωτίσθην εἰς Νινευΐ, πάντες οἱ ἐκ τοῦ γένους μου ἤσθιον ἄρτους τῶν ἐθνῶν, ἐγὼ δὲ οὔ. Καὶ εἴ τινας ἀπέκτεινε Σεναχηρεὶμ ὁ βασιλεύς, ὅτε ἦλθε φεύγων ἐκ τῆς Ἰουδαίας, ἔθαψα αὐτοὺς κλέπτων· πολλοὺς γὰρ ἀπέκτεινεν ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ. Καὶ νυκτὸς διὰ φόβου πολλοὺς ἔθαπτον. Ὅθεν καὶ ἐκοιμήθην παρὰ τὸ τεῖχος τῆς αὐλῆς ἀκαλύπτῳ προσώπῳ· καὶ οὐκ ἤδειν ὅτι στρουθία ἐν τῷ τοίχῳ ἐστί. Καὶ ἀφυδύσαντα θερμὸν εἰς τοὺς ὀφθαλμούς μου, ἐγενήθη λευκώματα ἐν αὐτοῖς. Ἦλθε δὲ γυνή μου πρός με ἠγαγέ μοι ἔριφον, ὃν εἰς μισθὸν τοῦ κόπου ἔλαβεν. Ἐγὼ δὲ δυσὶν ἀνεψιμαῖον εἶναι οὐκ ἔφατον, καὶ ὠνειδίσθην παρ' ἃ τῆς ὡς ὄντα μηδὲν ὠφελούμενος ἐξ ἀρετῆς. Καὶ κλαύσα πρὸς Κύριον, « Λυσιτελεῖ μοι ἀποθανεῖν ἢ ζῆν, ὅτι ὀνειδισμοὺς ψευδεῖς ἤκουσα. » Τότε δὲ καὶ Σάῤῥα ἡ τοῦ Ῥαγουὴλ ὠνειδίσθη ὡς ὄντα ἀποπνίξασα οὓς ἔλαβεν ἄνδρας ἑπτά· τούτους δὲ Ἀσμοδαῖος τὸ πονηρὸν δαιμόνιον ἀπέκτεινε πρὶν ἢ γενέσθαι μετ' αὐτῆς, ὡς καὶ βουληθῆναι αὐτὴν ἐντεῦθεν ἀπάγξασθαι. Ἀλλ' ὁ θεὸς οὔτε Τωβὴτ οὔτε Σάῤῥας παρεῖδε τὸν ὀνειδισμόν. Ἀποστελλομένου γὰρ τοῦ Τωβίου ἐπὶ τῷ τὰ εἰς παραταθήκην κείμενα πατρῷα ἀργύρια λαβεῖν, ὁ τοῦ Κυρίου ἄγγελος Ῥαφαὴλ συνηκολούθησε. Καὶ καθ' ὁδὸν ἰχθύος φανέντος παρὰ ποταμὸν ἐπτοήθη ὁ παῖς. Ὁ δὲ ἄγγελος ἐπέτρεψε λαβεῖν αὐτὸν καὶ φαγεῖν, τὴν δὲ καρδίαν καὶ τὸ ἧπαρ φυλάσσειν, τὸ μὲν ἧπαρ εἰς θυμίαμα τοῦ Ἀσμοδαίου, τὴν δὲ καρδίαν εἰς χρίσιν τῶν πατρικῶν ὀφθαλμῶν. Ἀπήγαγε δὲ αὐτὸν εἰς τὸν Ῥαγουὴλ οἶκον, ὅθεν καὶ λαμβάνει μὲν εἰς γυναῖκα τὴν Σάῤῥαν, τὸν δὲ φιλοῦντα αὐτὴν Ἀσμοδαῖον ἐκεῖθεν διώκει. Ἀναλαβόμενος δὲ τὸ ἀργύριον καὶ τὴν Σάῤῥαν ὑπέστρεφε. Ταύτῃ τοι καὶ τῶν τοῦ Τωβὴτ ὀφθαλμῶν χρισθέντων ὑγίεια ἐγένετο. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τάδε πρὸς αὐτοὺς ὁ ἅγιος ἄγγελος ἔλεγεν· « Ἐλεημοσύνη ἐκ

[a] Esther, v, 2.

θανάτου ῥύεται, καὶ αὐτὴ ἀποκαθαιρεῖ πᾶσαν ἁμαρ- A Sarræ amatorem Asmodæum abigit. Hinc sumpto τίαν. Καὶ νῦν ὅτε προσηύξω σὺ καὶ ἡ νύμφη σου Σάῤῥα, ἐγὼ προσήγαγον τὸ μνημόσυνον τῆς προσευχῆς ὑμῶν ἐνώπιον τοῦ ἁγίου Θεοῦ. Καὶ ὅτε ἔθαπτες τοὺς νεκρούς, συμπαρήμην σοι. Καὶ ὅτε οὐκ ὤκνησας ἀναστῆναι καὶ καταλιπεῖν τὸ ἄριστόν σου, ὅπως ἀπελθὼν περιστείλῃς τὸν νεκρόν, οὐκ ἔλαθές με ἀγαθοποιῶν, ἀλλὰ σὺν σοὶ ἦμην. Καὶ νῦν ἀπέστειλέ με ὁ Θεὸς ἰάσασθαί σε καὶ τὴν νύμφην σου Σάῤῥαν. Ἐγώ εἰμι Ῥαφαὴλ εἷς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων, οἳ προσαναφέρουσι τὰς εὐχὰς τῶν ἁγίων. » Καὶ ταῦτα παραινέσας ἀνέβη πρὸς τὸν ἀποστείλαντα. Καὶ τοῦτο μὲν τὸ Ῥαφαὴλ ὄνομα ἔμαθες ἤδη ἐκ τοῦ Τωβήτ· τὸ δὲ Οὐριὴλ, καθά φησι ὁ σοφὸς τῷ ὄντι Ψελλὸς, οὔτε τὰ τῆς Παλαιᾶς οὔτε τὰ τῆς Νέας ἡμῖν ἐγνώρισεν. Ἔστι δέ τι βιβλίον Ἑβραϊκὸν ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς, προσευχὴ δὲ Ἰωσὴφ ἐπιγεγραμμένον, ἔνθα δὴ ὁ ἐκείνου πατὴρ Ἰακὼβ εἰσῆκται τούτῳ δὴ τῷ ἀγγέλῳ Ῥαφαὴλ διαλεγόμενος, εἰ καὶ ἄρτι τοῖς Ἑβραίοις, ὡς καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἀποκρύφων, ἀπῶσταί τε καὶ ἠθέτηται. Ὁ μέντοι Τωβὴτ ρν' ἔτη ἔζησεν, ὁ δὲ Τωβίας ρκζ'. Μετὰ δὲ τὸ θῦψαι τοὺς γονεῖς αὐτοῦ ἀπῆλθεν πρὸς Ῥαγουὴλ τὸν πενθερὸν αὐτοῦ, καὶ ἤκουσε πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν τὴν ἀπώλειαν Νινευΐ, ἣν ἐχμαλώτευσε Ναβουχοδονόσορ κατὰ τὴν Τωβὴτ πρόῤῥησιν.

Sarræ amatorem Asmodæum abigit. Hinc sumpto secum argento et conjuge Sarra domum revertitur. Eumque perunctí forent ab eo Tobæi patris oculi, prodigium fit ingens visu ei restituto. Quibus in hunc modum gestis angelus ipsos verbis talibus alloquitur : « Beneficentia profecta de commiseratione cordis hominem a morte vindicat et omne peccatum expiat. Quo quidem tempore tu nurusque tua Sarra Deum precabamini, ego precationis vestræ monumentum coram sancto illo Deo subvehebam. Cum tu mortuos sepeliebas, aderam tibi. Cum minime cunctabaris quin surgeres relictoque prandio tuo discederes obvelatum mortui hominis cadaver, hæc tua præclara facta me non latebant semper tibi scilicet præsentem. Neque nunc adeo misit Deus ad te nurumque tuam Sarram sanandos. Sum enim genius ille Raphaelus, unus de septem angelis, qui ad Deum sanctorum preces deferunt[82]. His pronunciatis ad eum ascendit a quo fuerat ablegatus. Hoc ipsum autem Raphaëli nomen ex hac de Tobæo narratione cognitum scilicet habes. Verum appellatio Urieli, quemadmodum vir reapse sapiens Psellus scripsit, nec prisci fœderis libris nec novi continetur, sed exstat in libro quodam Hebraico, qui vulgo non est novus, habens inscriptionem precationis Josephi; quo in libro Josephi pater Jacobus hoc cum angelo colloquens introducitur. Liber ipse apud Hebræos, ut alii quoque apocryphi, pro rejectitio ducitur et nihil auctoritatis habet. Cæterum Tobæus annos 150 vivendo explevit, Tobias filius 127, eumque parentes suos humo tradidisset, ad Raguelum socerum suum profectus est, et ante mortem suam de Ninives interitu cognovit, quam Nabuchodonosor cepit, uti futurum Tobæus prædixerat.

Μετὰ μέντοι τὸν Σαμψὼν ἕως Ἠλεὶ τοῦ ἱερέως B ἀναρχία ἦν παρ' αὐτοῖς ἔτη μ', καὶ ἀλλήλοις ἐπανιστάμενοι συνωλοθρεύοντο. Ὅσον μὲν οὖν κακόν ἐστι τὸ περιυῤῥᾶν τοὺς ὑπὸ χεῖρα ἁμαρτάνοντας καὶ μὴ σφοδρῶς ἐπιστύφειν αὐτούς, ἔδειξε τὰ κατὰ τὸν Ἠλεί, τὴν κιβωτὸν καὶ τὸν λαὸν συμβάντα. Τηνικαῦτα γὰρ ὁ μὲν Ἠλεὶ θανάτῳ οἰκτρῷ περιπίπτει, ἡ κιβωτὸς αἰχμαλωτίζεται, καὶ ὁ λαὸς ἀναιρεῖται μαχαίρᾳ. Παλαιστινοὶ καὶ γὰρ κατὰ Ἰουδαίων ὁρμῶσι, συμπλέκονται ἀλλήλοις, καὶ πίπτουσιν Ἑβραῖοι ὡσεὶ τετρακισχίλιοι. Εἶτα τὴν κιβωτὸν ὁράμενοι σὺν αὐτῇ κατὰ τῶν παλεμίων ὁρμῶσι, νικᾶσι συνήθως θαῤῥήσαντες. Συμβάλλουσιν ἀλλήλοις, καὶ πίπτουσι μὲν ἐκ τῶν Ἑβραίων οὐκ ὀλίγοι, αἰχμαλωτίζεται δὲ καὶ αὐτὴ ἡ κιβωτός. Οὐκ ἀγαθὴ λοιπὸν ἀγγελία καταλαμβάνει τὸν Ἠλεί· καὶ τὴν μὲν τῶν αὐτοῦ παίδων ἀπώλειαν φέρει γενναίως, καὶ ὅτι καὶ σφάλματα προσῆσαν αὐτοῖς, πορνεία καὶ γαστριμαργία (γάμους γὰρ ἀλλοτρίους ἐξώρυττον, καὶ τὰ κρέα πρὸ τοῦ ἁγιασθῆναι ἤσθιον), τὴν δὲ τῆς κιβωτοῦ αἰχμαλωσίαν οὐκ ἐνεγκὼν καταπίπτει τοῦ θρόνου καὶ τελευτᾷ· ἔτυχε γὰρ τότε κατά γε τὰς πύλας τοῦ ἱεροῦ καθήμενος ἐπὶ δίφρου, ὃ τῷ καὶ μ' βιώσας ἔτη.

Ad Samsonem ut redeamus, post obitum ejus ad Elium usque pontificem totis annis 40 Israelici nullius imperio parebant. Quapropter se invicem alii alios adorti, communis interitus et excidii sibimet auctores erant. Quantum quidem in eo mali sit, cum nobis subjecti animadvertente nemine delinquunt, nec acriter coercentur, Elii demonstrat historia cum iis quæ arcæ populoque Israelico acciderunt. Nam et Elius miserabili fine vitam claudit, et hostium in potestatem arca venit, et gladio populus occiditur. Quippe Judæos Palæstini bello invadunt, prælio inter se utrique congrediuntur, Hebræorum ad quatuor millia cadunt. Hinc arca Israelici advecta, cum ea in hostes irruunt, quod omnino futurum confiderent ut ea præsente superiores ipsi pro more discederent. Conseruntur ergo manus, Hebræorum plurimi cadunt, arca ipsa ab hostibus intercipitur. Quamobrem infeliciter gestæ rei tristem nuntium Elius accipit, ac suorum quidem filiorum interitum generoso fert animo, quod ii vitiis suis non carnissent, scortationi ac luxuriæ dediti (consueverant enim toros alienos polluere, oblatisque Deo carnibus ante vesci quam consecratæ forent) : verum ob arcæ captivitatem gravissime perculsus solio sue delabitur, moxque vivendi finem facit. Nam forte tum pro templi foribus in sella versatili consederat annos jam nonaginta et octo natus.

[82] Tob. xii, 9.

Arcam Palæstini ab se captam in oppidum Azo- A tum avehunt. Neque multo post Dagon loco suo motus est, allisusque terræ venerabundi speciem coram arca prostratus exhibuit. Voluit autem Deus ostendere non ex imbecillitate quadam sua fuisse captam arcam : nam cæteroqui Deus adversariorum Dagon arca præsente non fuisset attritus. De quo colligere licet præsentem in ea quidem fuisse divinam gratiam, sed ob Judæorum sceleratam vitam Deum permisisse ut hostium in potestatem veniret. Eodem tempore morbo intestinorum adfecti moriebantur quotquot arcam ceperant, visceraque corrupta excernebant. Præterea murium ingens enata copia fines eorum infestabat. Quapropter Azotii vix tandem intellecto se malis hujusmodi ob arcam vexari, Ascalonitas orant ut eam ad se reci- B perent. Hoc illi cum fecissent, consimiles calamitates experiuntur. Ad alios igitur eam Ascalonitæ ablegant, iique vicissim ad alios, omnibus eadem mala perpessis. Hanc ob causam congressi optimates illarum quinque urbium, quæ hisce suppliciis multatæ fuerant, nimirum Accaronis, Gazæ, Azoti et reliquarum, de tota re deliberant, statuuntque duas vaccas fœtas currui alligandas esse, cui arca imponatur. Hoc facto vaccas in trivio relinquunt, eisque potestatem faciunt eundi quo velint. Quodsi pergerent in Hebræorum fines, omnino existimandum aiunt arcam ipsis ejusmodi malorum causam fuisse, sin **173** alio deflecterent, persequendam, uti quæ potestatem ejusmodi nullam haberet. Hujc arcæ vim ac potestatem deprehenderunt.

In hoc statu cum res Hebræorum essent, regem C dari sibi postulant et Saulum accipiunt, quanquam Deus hujusmodi petitionem eorum perquam graviter tulit, ac propterea verbis hisce Samuelem allocutus est : « Non te flocciferunt, sed me ipsum, ne regnum scilicet in eos obtineam. » Saulus hic oriundus Benjamitide tribu, Cisi filius, forma præditus longe præstantissima corporeque procero et amplo, forte patris asinas amiserat, et earum indagandarum causa vatem Samuelem convenerat. Ibi vates sumptum oleum sacrum in caput juvenis effundit, eumque peramanter complexus, « Esto, inquit, rex gentis nostræ divinitus approbatus. » Simul ei significat omnia quæ ipsi essent in itinere illo eventura, futurum scilicet ut in vates incideret, et divino correptum Spiritu cum eis vaticinaturum. Deinde rursus eum inspectante populo immigit. Atque hoc modo Hebræorum res publica in regni formam est commutata. Samuelus quidem Israelitas aiebat petendo regem gravem in se concitasse indignationem Dei. Licebat ejus rei conjecturam vel ex eo sumere, quod cum nemo ætate media tempestatem ejusmodi vidisset, illa tamen id temporis conspecta sit. Quippe cum vates hanc orationem ad populum habuisset, fulgura cum tonitruis et grandine exstiterunt; quo facto profiteri populus se in Deum deliquisse.

Secundum hæc Saulus cum copiis Palæstinos invasurus pontifici mandat ut sumpta pontificia

Τὴν μέντοι κιβωτὸν οἱ Παλαιστινοὶ λαβόντες εἰς πόλιν Ἄζωτον αἰχμάλωτον ἤγαγον. Τότε καὶ Δαγὼν συνετρίβη τῇ οἰκείᾳ ἑκστὰς ἕδρας καὶ ὡς ἐν σχήματι προσκυνοῦντος πεσών. Ἔδειξε γὰρ ὁ Θεὸς ἐνταῦθα ὅτι οὐχ ὡς ἀσθενὴς ἠχμαλωτίσθη ἡ κιβωτὸς (εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν τῇ παρουσίᾳ αὐτῆς ὁ Θεὸς αὐτῶν Δαγὼν συνετρίβη, [ὥστε] εἰ μὴ θεία χάρις προσῆν αὐτῇ), αἰχμαλωτισθῆναι δὲ συνεχωρήθη διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων κακίαν. Τότε δὴ τότε καὶ ὑπὸ δυσεντερίας ἀπέθνησκον οἱ αἰχμαλωτίσαντες αὐτήν, τὰ ἐντὸς ἐξεμοῦντες διεφθαρμένα. Ἀλλὰ καὶ μυῶν πλῆθος ἀνελθὸν τὰ τῆς χώρας κατέβλαπτε. Μόλις οὖν οἱ Ἀζώτιοι συνῆκαν ὡς ἐκ τῆς κιβωτοῦ τὰ τοιαῦτα προσγίνονται αὐτοῖς· ἀξιοῦσι λοιπὸν τοὺς Ἀσκαλωνίτας. Καὶ ταύτην προσδεξάμενοι ἐν τοῖς ὁμοίοις γίνονται κακοῖς. Οἱ δὲ Ἀσκαλωνῖται πρὸς ἑτέρους πέμπουσι, κἀκεῖνοι πρὸς ἄλλους. Καὶ πάντες τὰ αὐτὰ πάσχουσι. Συνέρχονται οὖν οἱ τῶν παθουσῶν πέντε πόλεων ἄρχοντες, Ἀκκαρών, Γάζης, Ἀζώτου καὶ τῶν λοιπῶν, καὶ περὶ τούτου σκοποῦσιν. Ὅθεν καὶ βόας ὑποζεύξαντες ἀρτιτόκους, καὶ τὴν κιβωτὸν αὐτοῖς ἐπιτιθέασι, καὶ ἐπὶ τριόδου καταλιπόντες ἐπιτρέπουσιν αὐτοῖς ἣν βούλονται ὁδὸν ἀπελθεῖν· κἂν μὲν τὴν Ἑβραίων ἀπίωσιν, ὑπολαμβάνειν τὴν κιβωτὸν αἰτίαν εἶναι τῶν τοιούτων κακῶν, ἂν δὲ ἄλλην πράπωνται, Καταδιώξωμεν αὐτήν, ἔφασαν, ἅτε μὴ τοιαύτην ἔχουσαν δύναμιν. Γίνεται ταῦτα, καὶ θείαν τῇ κιβωτῷ προσεῖναι διέγνωσαν δύναμιν.

consilio cum paruissent, adesse divinam quamdam

Οἱ μὲν οὖν Ἑβραῖοι τοιαῦτα πάσχοντες ζητοῦσι βασιλέα, καὶ λαμβάνουσι τὸν Σαοὺλ, εἰ καὶ μὴ πράως ἤνεγκεν ὁ Θεὸς τοῦ τοιούτου χάριν ζητήματος, ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς τὸν Σαμουὴλ ἔλεγεν· « Οὐ σὲ ἐξουθενήκασιν, ἀλλ' ἐμὲ, τοῦ μὴ βασιλεύειν ἐν αὐτοῖς. » Οὗτος μὲν οὖν ὁ Σαοὺλ ἐκ τῆς Βενιαμίτιδος ὑπῆρχε φυλῆς, υἱὸς τοῦ Κίς, ὁ καὶ τὴν μορφὴν ἄριστος καὶ τὸ σῶμα μέγας. Τὰς ὄνους τοῦ πατρὸς ἀπώλεσε, καὶ πρὸς τὸν προφήτην Σαμουὴλ ἔρχεται περὶ ἐκείνων ἐρωτήσων. Ὁ δὲ προφήτης λαβὼν τὸ ἄγιον ἔλαιον τῆς τοῦ νεανίσκου κατάχει κεφαλῆς, καὶ κατασπασάμενος αὐτὸν, « Ἴσθι », φησὶ, « βασιλεύς ὑπὸ Θεοῦ κεχειροτόνησαι σήμερον. » Ἀλλὰ καὶ τὰ συμβησόμενα καθ' ὁδὸν αὐτῷ ἔλεγεν, ἐντυχεῖν τε προφήταις, καὶ σὺν αὐτοῖς προφητεῦσαι γενόμενον ἔνθεον. Χρεὶ δὲ αὐτὸν καὶ τοῦ πλήθους ὁρῶντος. Καὶ οὕτως ἡ τῶν Ἑβραίων πολιτεία εἰς βασιλείαν μετέπεσεν. Ἔλεγε δὲ πρὸς αὐτοὺς ὅτι Πολλὰ παρωργίσατε τὸν Θεὸν, βασιλέα αἰτησάμενοι. Καὶ δῆλον ἐντεῦθεν· ἔ γὰρ οὐδέποτέ τις εἶδεν, ἐν θέρους ἀκμῇ χειμῶνα, τοῦτο γεγενημένον θεάσασθε. Καὶ ταῦτα εἰπόντος τοῦ προφήτου ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ καὶ χάλαζαι καταφέρονται, ὡς ἐντεῦθεν τὸν λαὸν ἁμαρτεῖν εἰς Θεὸν ἔλεγεν.

Ὁ μέντοι Σαοὺλ μέλλων κατὰ Παλαιστινῶν ὁρμῆσαι, κελεύει τὸν ἀρχιερέα λαβόντα τὴν ἀρχιερα

τικὴν στολὴν προφητεύειν αὐτῷ περὶ τῶν μελλόντων. Τοῦ δὲ προτρέψαντος ἐξέρχεται κατὰ Παλαιστινῶν. Ὁ μέντοι Σαοὺλ τῇ νίκῃ ἐπαρθεὶς ἐπαρᾶται τοῖς Ἑβραίοις· ἤν τις ἀπασχόμενος τοῦ φονεύειν τοὺς ἐχθροὺς φάγῃ, καὶ μὴ μέχρις οὗ νὺξ ἐπελθοῦσα τῆς ἀναιρέσεως αὐτοὺς ἀποπαύσῃ τῶν πολεμίων, ἐπικατάρατος εἴη. Οὕτω τοίνυν τοῦ Σαοὺλ φήσαντος, ἐπεὶ κατά τινα δρυμὸν ἐγένοντο μελισσῶν γέμοντα, ὁ τοῦ Σαοὺλ παῖς οὐκ ἀκηκοὼς τῆς τοῦ πατρὸς ἀρᾶς ἀποθλίψας τι κηρίον τοῦ μέλιτος ἤσθιεν. Εἶτα γνοὺς τὸ γεγονὸς οὐκ ὀρθῶς ἔφη τὸν πατέρα τοιαύτην ἀρὰν θεῖναι· εὐψυχότατα γὰρ καταρέχει τῆς τῶν ἐναντίων, εἴ γε τρυφῆς ἐν τῷ μέσῳ φθάσει μεταλαβεῖν. Ὁ δὲ Σαοὺλ μετὰ τὸ νικῆσαι καὶ θῦσαι τῷ Θεῷ κελεύει τὸν ἀρχιερέα καὶ αὖθις γνῶναι εἰ δίδωσιν αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τῶν ἐχθρῶν ἐλθεῖν καὶ διαφθεῖραι αὐτούς. Εἰπόντος δὲ τοῦ ἀρχιερέως μὴ ἀποκρίνεσθαι τὸν Θεὸν, ὁ Σαοὺλ ἔφη μὴ ἄνευ αἰτίας τοῦτο γίνεσθαι· ἀλλ' ἔστι τι λανθάνον ἐξ ἡμῶν ἁμάρτημα τῆς τοῦ Θεοῦ σιωπῆς αἴτιον, καὶ ὄμνυμι, κἂν ὁ παῖς ὁ ἐμὸς Ἰωνάθαν εἴη ὁ τὸ ἁμάρτημα τοῦτο ποιήσας, ἀποκτείνειν αὐτὸν καὶ τὸν Θεὸν οὕτως ἱλεώσασθαι. Πίπτει οὖν ὁ κλῆρος ἐπὶ τὸν Ἰωνάθαν, καὶ τοῦ πατρὸς ἐρωτῶντος αὐτὸν τί τε πεποίηκε καὶ ὅπως εἰς Θεὸν ἐξήμαρτε, μηδὲν ἕτερον ἔλεγεν συνιδεῖν ἢ μέλιτος χθὲς ἀπογεύσασθαι, τὴν ἀρὰν ἀγνοῶν. Ἀποκτείνυσθαι οὖν ὁ Σαοὺλ ἀποκτεῖναι αὐτόν. Οὐκ ἀνθίσταται ὁ παῖς, τὰ τοῦ ὅρκου βιάζει προβῆναι. Ἀλλὰ τὸ πλῆθος ἀλγεῖ, καὶ τὸν Ἰωνάθαν ἐξαιρεῖ τῆς χειρὸς Σαοὺλ, καὶ ἱκετεύει τὸν Θεὸν, ἵλεον ἐπὶ τούτῳ ποιεῖ. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Εἰπεῖν δὲ τὸν Θεὸν ἔλεγεν ὁ Σαμουὴλ ὡς ἐπεὶ πολλὰ κακὰ τοὺς Ἑβραίους οἱ Ἀμαληκῖται κατά γε τὴν Ἐρημον διέθηκαν, ἡνίκα τῆς Αἰγύπτου ἐξεπορεύοντο, κελεύειν πολέμῳ τιμωρήσασθαι αὐτούς τὸν Σαοὺλ καὶ μηδενὸς αὐτῶν φείσασθαι. Νικᾷ τοίνυν αὐτοὺς κατὰ κράτος, λαμβάνει δὲ τὸν αὐτῶν βασιλέα Ἀγὰγ αἰχμάλωτον, οὗ θαυμάσας τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος, ὡς Ἰώσηπός φησι, σωτηρίας ἄξιον ἔκρινε. Καὶ θυσίας ἀπὸ τῶν λαφύρων ἐκείνων ἀνήνεγκε τῷ Θεῷ. Ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς τὸν Σαμουὴλ ἔφη ὁ Θεός· « Μεταμεμέλημαι ὅτι ἔχρισα τὸν Σαοὺλ εἰς βασιλέα, κἀγὼ ἐξουδένωκα αὐτὸν τοῦ μὴ βασιλεύειν ἐν Ἰσραήλ. » Ὅθεν καὶ πρὸς τὸν Σαοὺλ οὕτως ἔλεγεν ὁ Σαμουὴλ, ἡνίκα τὸν Ἀγὰγ ἐζωογόνησε τῶν Ἀμαληκιτῶν βασιλέα, « Μεματαίωσαι σὺ, ὅτι οὐκ ἐφύλαξας τὴν ἐντολὴν ἣν ἐνετείλατό σοι ὁ Κύριος. Ὅθεν καὶ οὐ στήσεταί σοι ἡ βασιλεία, καὶ ζητήσει Κύριος ἄνθρωπον κατὰ καρδίαν αὐτοῦ εἰς ἄρχοντα ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ. » Πρὸς τούτοις δὲ καὶ τάδε πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν, ἡνίκα

A veste sibi vaticinaretur, quinam ejus belli futurus esset exitus. Illo regem ad bellum excitante, copias Saulus adversum Palæstinos educit; eumque victoria potitus esset, insolentior factus hujusmodi quadam exsecratione sibi Hebræos devinxit [84], si quis hostibus parcens cibum sumeret, nec in eis occidendis tandiu perseveraret dum nox superveniens cædendi finem faceret, is ut exsecrabilis foret ac diris devoveretur. Hæc Saulus cum proloquutus fuisset, forte accidit ut militibus silvam quamdam ingressis, quæ referta esset apibus, Sauli filius exsecratione paterna non audita favum mellis avulsum comederet. Eumque deinceps rem uti gesta fuisset intellexisset, male factum a patre dicebat, qui hac devotione milites obstrinxisset: sic enim comparatum esse ut animo quis fortissimo invadat adversarium, ubi cibum nactus sese et aliquantulum recrearit. Saulus victoria **174** potitus, cum rem sacram Deo fecisset, iterum pontifici mandat ut Deum consuleret, num feliciter hostium castra invasuri essent et cladem eis illaturi. Respondente pontifice divinum oraculum silere, « Non hoc, ait Saulus, absque certa causa fit, sed necesse est aliquod occultum esse delictum nostrum, cujus gratia nobis Deus haud respondeat. Equidem sacramento confirmo me, si vel Jonathan filius meus hujus peccati sit auctor, omnino eum interfecturum, atque hac ratione Deum placaturum. » Hoc modo factum ut sors ducta in Jonathanem caderet; eumque filium pater interrogaret quid facinoris designasset quave re in Deum deliquisset, nullius ille se conscium sibi esse facti respondet quam quod hesterno die mel degustasset, ignarus ejus exsecrationis qua populum pater obstrinxisset. Hoc audito Saulus eum se necaturum jurat, eumque nihil adversante filio prorsus juramento satisfacturus esset, misertus Jonathanis populus eum de Sauli manu liberat Deumque supplicando placat. Et hæc quidem in hunc modum narrata sunto.

Cum autem Saulus præcepisse sibi Deum diceret ut quando Amalecitæ in deserto Israelicos misere tractassent, ex Ægypto id temporis migrantes, ipse bello sceleratos homines puniret ac omnino eorum nemini parceret, obtemperans mandato divino vincit eos acie, regemque Agagum captivum abducit. Verum pulchritudinem ejus proceritatemque corporis admiratus, quemadmodum et Josephus memoriæ prodidit, hominem dignum judicat cujus saluti vitæque parcatur. Simul de spoliis Amalecitarum Deo victimas offert. Tum vero Deus his verbis Samuelum compellare: « Pœnitet me Sauli regis Israelitarum creati: quapropter hominem indignum esse statui qui cum imperio Israelitis præsit [85]. » Ea de causa vicissim Samuelus ita Saulum alloqui: « Quandoquidem Agagum conservasti, gessisti te dementer, non præstando edicto quo te Dominus obstrinxit. Idcirco regnum penes te non manebit, sed hominem deliget Deus animo suo gratum, qui populo suo cum potestate

[84] I Reg. XIV, 24. [85] I Reg. XV, 11.

præsit. » Addit et alia verba, cum Saulus sacrificium suum offerret : « Deo non tam placent hostiæ ac sacrificia quam si quis ejus mandato sit obtemperans. Certe Dominus abrupit a te hodie regnum Israelitarum, idque alteri te meliori tradet [86]. » Hinc enim factum ut cum magnopere Sauli causa vates hic sollicitus esset, Dominus diceret : « Desine lugere Saulem, acceptoque oleo sacro Bethlehemam ad Jessæum proficiscere, deque filiis ejus unum **175** in regnum ungito [87]. » Quapropter eo Samuelus se confert ; omnibusque cæteris Jessæi filiis rejectis, ut in quibus olenm sacrum non emanaret, tandem natu minimus omnium Davides ungitur. Ea de causa deinceps ille Spiritum apud se sanctum habebat, cum e diverso malus spiritus Saulum invaderet. Quoties autem ille Saulum corriperet, aiebant medici, quemadmodum Josephus narrat, fieri aliter non posse ut malum istud consopiretur, quam alicujus opera qui fidibus caneret. Itaque facta pervestigatione ecquis alicubi peritus ejus artis esset, Davides adducitur, quem Saulus armigerum suum creat et honorato loco penes se retinet. Sic Josephus rem gestam commemorat. Ac verum quidem est malum istum genium, qui Saulum vexabat, Davidis cithara sedatum fuisse : sed ita factum hoc statuatur, quod ea nimirum a Spiritu sancto pulsata fuerit. Illo namque carmen audiente malus genius vel invite conquiescebat.

Secundum hæc Palæstini expeditionem adversus Judæos suscipiunt, deque castris illorum vir quidam prodit nomine Goliathus, ingentis magnitudinis (erat enim sex cubitorum et unius spithamæ), indutus ærea lorica quinque millia siclorum pendente, cujus magnitudini et ponderi arma quoque cætera respondebant. Hic ergo vocem immanem tollit, deque castris Israeliticorum aliquem ad singulare certamen provocat. Omnibus autem perterritis Davides ad Saulum introducitur, qui regem consolatus, eaque vix persuaso, quod parum in Davide, si respiceretur ipsius ætas, fiduciæ ponendum existimaret, Goliathum aggreditur hominemque funda jacta interficit. Cum autem ex eo tempore mulieres in carmine quodam canerent Saulum quidem mille Palæstinos fudisse, Davidem vero decem millia, regno suo metuere Saulus incipit, et ab eo die suspectum Davidem habens non parum invidiæ adversus eum alit. Quapropter ad expeditiones hominem ablegat, ut aliquo pacto in prœliis necaretur. Ille vero, qui Deum scilicet præsentem haberet, ubique rem præclare gerit ; quo factum est ut ipsa quoque Sauli filia virgo singulari eum amore complecteretur. Qua re Saulo patefacta oblatam ad struendum insidias occasionem minime negligit, uti Josephus commemorat, significari jubens ipsi se filiam suam ei collocaturum in matrimonium, si mille hostium capita regi referret. Atque hæc ita facta sunt : Micholem uxorem accipit. Verum indigne ferens Saulus quod accidisset, majori æstuat invidia, quasi jam regno suo me-

τὴν θυσίαν ἔφερεν, « Οὐ θέλει Κύριος ὁλοκαυτώσεις καὶ θυσίας ὡς τὸ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς αὐτοῦ, » καὶ αὖθις · « Διέῤῥηξε Κύριος τὴν βασιλείαν Ἰσραὴλ ἐκ χειρός σου σήμερον, καὶ δώσει αὐτὴν τῷ πλησίον σου τῷ ἀγαθῷ ὑπὲρ σέ. » Ὅθεν τοῦ προφήτου πολλὰ φροντίζοντος περὶ τοῦ Σαοὺλ, « Παῦσαι, » πρὸς αὐτὸν ἔφη ὁ Θεὸς, « καὶ λαβὼν τὸ ἅγιον ἔλαιον εἰς Βηθλεὲμ ἄπιθι πρὸς Ἰεσσαὶ, καὶ χρίσαι εἰς βασιλέα ἕνα τῶν υἱῶν αὐτοῦ. » Ἔρχεται οὖν, καὶ πάντων ἄλλων ἀποδοκιμασθέντων τῶν υἱῶν Ἰεσσαὶ (οὐδὲ γὰρ εἰς αὐτοὺς τὸ ἅγιον ἔβλυσεν ἔλαιον) χρίεται ὁ πάντων ὕστατος Δαβίδ. Ἐφ' ᾧ καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἔκτοτε ἦν ἐν αὐτῷ, τὸν δὲ Σαοὺλ πνεῦμα πονηρὸν ἐπέρχεται. Πνιγομένου τοίνυν αὐτοῦ ἔλεγον οἱ ἰατροὶ, καθά φησιν Ἰώσηπος, ὅτι μὴ ἄλλως τὸ τοιοῦτον καταπαύσεται πάθος, εἰ μή τις οἶδε διὰ κιννύρας ᾄδειν. Ὅθεν καὶ ζητηθείς εἴ που τοιοῦτός τίς ἐστιν, ἄγεται ὁ Δαβίδ. Ποιεῖ οὖν αὐτὸν ὁπλοφόρον, καὶ διὰ τιμῆς ἄγει. Καὶ ὁ μὲν Ἰώσηπος οὕτως. Τὸ δὲ δαιμόνιον τὸ συμπνίγον τὸν Σαοὺλ ἡ μὲν τοῦ Δαβὶδ κιννύρα κατέπαυε, πλὴν ὡς τῷ παναγίῳ Πνεύματι κινουμένη · τούτου γὰρ ἐπᾴδοντος ἐκεῖνο καὶ ἄκον ἡσύχαζε.

Μετὰ δὲ ταῦτα κατὰ Ἰουδαίων ἐκστρατεύουσι Παλαιστινοί. Ἀφ' ὧν καταβὰς ἀνὴρ τις Γωλιὰθ τοὔνομα παμμεγέθης (ἦν γὰρ πήχεων τεσσάρων καὶ σπιθαμῆς), ἐνδεδυμένος θώρακα σταθμὸν ἄγοντα πέντε χιλιάδας σίκλων καὶ τὰ λοιπὰ ὅπλα ἀναλόγως, φωνὴν μεγάλην ἀφίησι καὶ μονομαχεῖν ἐζήτει. Καὶ πάντων ἐξαπορουμένων εἰσάγεται ὁ Δαβὶδ, καὶ τὸν Σαοὺλ παραμυθησάμενος, μόλις δὲ καὶ πείσας αὐτὸν (οὐδὲ γὰρ ὁ Σαοὺλ ἐθάῤῥει, πρὸς τὴν τοῦ Δαβὶδ ἡλικίαν ἀφορῶν) ὁρμᾷ κατὰ Γωλιὰθ καὶ διὰ σφενδόνης αὐτὸν ἀναιρεῖ. Ἔκτοτε οὖν τῶν γυναικῶν λεγουσῶν ὅτι Σαοὺλ μὲν χιλιάδας Παλαιστινῶν κατηκόντισε, Δαβὶδ δὲ μυριάδας, πτοεῖται καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ὁ Σαούλ · ἐφ' ᾧ καὶ ὕποπτον εἶχεν ἔκτοτε τὸν Δαβὶδ, καὶ φθόνον ἔτρεφεν οὐ μικρόν. Ὅθεν καὶ εἰς ἐκστρατείας αὐτὸν ἀπέστελλεν ὡς ἐντεῦθεν τῷ πολέμῳ ἀναιρεθῆναι. Ὁ δὲ Δαβὶδ τὸν Θεὸν ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ ἠρίστευε πανταχοῦ, ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὴν θυγατέρα Σαοὺλ παρθένον οὖσαν ἔρωτα σχεῖν αὐτοῦ. Δῆλα γίνεται ταῦτα καὶ τῷ Σαοὺλ. Καὶ ὃς δραξάμενος ἀφορμῆς πρὸς τὴν κατ' ἐκείνου ἐπιβουλήν, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ, ἀποδοῦναι τὴν θυγατέρα ἔλεγεν, Ἂν χιλίας μοι κεφαλὰς κομίσῃ τῶν πολεμίων. Γίνεται ταῦτα, καὶ εἰς γυναῖκα λαμβάνει τὴν Μελχώ. Οὐ φέρει ταῦτα Σαοὺλ, ἀλλ' ἐπὶ πλέον φθονεῖ, ἅτε καὶ περὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ δεδιώς. Ἀποκτεῖναι λοιπὸν αὐτὸν μελετᾷ. Ἀνατίθησι ταῦτα τῷ υἱῷ τε Ἰωνάθαν καὶ τοῖς πιστοτάτοις τῶν οἰκετῶν. Ὁ δὲ μηνύει τῷ Δαβὶδ τὰ τῆς βουλῆς, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ πατρὶ διαλέγεται. Μετὰ δὲ ταῦτα διώκει τὸν Δαβὶδ καὶ ἅπας καὶ δὶς

[86] 1 Reg. xv, 22. [87] 1 Reg. xvi, 1.

καὶ πολλάκις. Τηνικαῦτα τῷ ἀρχιερεῖ Ἀβιάθαρ προτίρχεται· τότε καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν. Ἐκεῖθεν αὖθις φεύγει πρὸς Ἀβιμέλεχ· τότε δὲ καὶ τὰ τῶν ἐπιληπτικῶν ὑποκρίνεται. Ἐπ τούτοις δὲ ὁ Δαβὶδ εὑρὼν τὸν Σαοὺλ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς, καὶ ἀποκτεῖναι αὐτὸν εὐχερῶς ἔχων, ποιῆσαι τοῦτο οὐκ ἤθελε, τῷ Θεῷ πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἀνατιθείς. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

A tuens. Quamobrem interficiendum deinceps hominem statuit, simul **176** consilium suum Jonathani filio ministrisque fidissimis aperit. At filius ad Davidem paternum consilium enuntiat, ejusque causa patrem alloquitur. Ille semel, bis, multoties Davidem persequitur; qui tali rerum suarum statu Abiatharum pontificem accedit et panibus propositionis vescitur. Hinc ad Abimelechum fuga se confert, ubi morbo teneri epileptico judicabatur. Interim Davides Saulum semel atque iterum repertum necare cum facili momento posset, nequaquam tamen id facere voluit, Deo nimirum permittens quidquid de ipso futurum esset.

Παλαιστινοὶ δ' αὖθις κατὰ Ἰουδαίων στρατεύονται, ἐφ' ᾧ καὶ τοὺς αὐτοὺς συμμάχους ὁ Ἀγχοῦς καλεῖ. Ὄρει δὲ τῷ Γελβουὲ προσβάλλει καὶ ὁ Σαοὺλ, καὶ πολυπληθῆ τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων ἰδὼν ἐταράχθη, καὶ ἐξέστη ἡ καρδία αὐτοῦ. Καὶ ἐπηρώτησε τὸν Κύριον διὰ τοῦ Ἐφοὺδ, καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ· καὶ γὰρ εἰ μὴ εὐδοκίμουν παρ' αὐτῷ, οὐκ εἰσήκουσεν αὐτῶν. Ἐφ' ᾧ καὶ ζητεῖ Ἐγγαστρίμυθον, εἰ καὶ τὸ γένος αὐτῶν ἔφθασεν ἐκ τῆς πόλεως αὐτοῦ ἐκβαλεῖν ἅτε πρὸς Θεὸν πρότερον εὐσεβῶν. Ἐγγαστρίμυθοι δὲ ἐλέγοντο διὰ τὸ δαίμονα ἔχειν ἐν τῇ γαστρὶ αὐτῶν ἐγκαθήμενον καὶ τὰ μέλλοντα μυθευόμενον εἶτ' οὖν μαντευόμενον. Τὸ μέντοι γύναιον ἐκεῖνο πείθεται μόλις, καὶ τὴν τοῦ Σαμουὴλ ψυχὴν ἐξ ᾅδου ἀνάγει, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ. Ὁ γὰρ τὰ θεῖα σοφὸς Θεοδώρητος δυσσεβῆ λέγει τὸν λόγον τοῦτον καὶ ἀνόσιον· οὐδὲ γὰρ πείθεται νέκυος ψυχὴν ἐξ ᾅδου καὶ τὴν τυχοῦσαν ἀνάγειν, μήτοι γε τοσούτου προφήτου. Ἄλλοι δὲ τὸν λόγον τοῦτον μὴ θέλοντες ἀνόσιον δέξασθαι, λαοπλάνον τινὰ λέγουσι δαίμονα τὰ κατὰ τὸν Σαοὺλ ἀναγγεῖλαι τῇ ἐγγαστρίμύθῳ. Ὁ μὲν Θεοδώρητος οὔτε τὸ πρῶτον ὡς δυσσεβὲς κατεδέχεται οὔτε πάλιν τὸ δεύτερον· εἰ γὰρ δαίμων ἦν ὁ φανείς, οὐκ ἂν ἀληθῆ ἐφθέγγετο ῥήματα. Οὐκοῦν αὐτὸς ὁ Θεὸς τὸ εἶδος, φησὶ, τοῦ Σαμουὴλ σχηματίσας ἠβουλήθη, ἐξενήνοχε τὴν ἀπόφασιν· ἔφη καὶ γὰρ διά του τῶν προφητῶν· « Ἐὰν ἀπέλθητε πρὸς τὸν ψευδοπροφήτην, ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ἀποκριθήσομαι δι' αὐτοῦ. » Οὕτω διὰ τοῦ Βαλαὰμ εὐλόγησε τὸν λαὸν, καὶ διὰ δυσσεβοῦς μάντεως προηγγέλθησαν τὰ ἐσόμενα. Γίνεται ταῦτα, καὶ οἱ Παλαιστινοὶ τοῖς Ἑβραίοις προσβάλλουσι. Πίπτει λοιπὸν ὁ Σαοὺλ καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ. Ὁ μέντοι Σαοὺλ πολλὰς δεξάμενος πληγὰς, καὶ μὴ φέρειν δυναμένος, κελεύει τινὶ τῶν αὐτοῦ τὸ ξίφος αὐτοῦ ἐπενεγκεῖν, ἵνα μὴ ταῖς ἐχθρῶν χερσὶ παραδοθῇ. Ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο. Ἐπιπίπτει λοιπὸν αὐτὸς τῇ μαχαίρᾳ, καὶ μηδὲ οὕτως ἰσχύων ἑαυτῷ τὸ τέλος ἐπενεγκεῖν πείθει τινὰ τῶν Ἀμαληκιτῶν, καὶ τελειοῖ αὐτόν. Οἱ δὲ Παλαιστινοὶ σκυλεύοντες τοὺς πολεμίους ἐντυγχάνουσι τῷ Σαούλ τε καὶ τοῖ, παισὶν αὐτοῦ, καὶ κόψαντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν περιῆγον διὰ πάσης τῆς χώρας, τὰ δὲ σώματα αὐτῶν ἀνεσταύρωσιν ἔξω τοῦ τείχους, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ.

Rursum Palæstini copias suas adversum Judæos educunt, ideoque suos etiam auxiliares Achis rex convocat. Tum Saulus quoque cum suis ad montem Gelboem contendit; cumque maximas in alienigenarum castris esse copias conspexisset, perturbatus est animique gravi terrore correptus. Eam ob rem Dominum per Ephodum consulit, qui nihil ei respondet: quippe ni bona essent apud Deum Israelitæ in gratia, non exaudiret eos. Igitur feminam inquirit quæ oracula per ventrem redderet, quanquam antea, cum adhuc in Deum se religiose gereret, totam hujusmodi mulierum nationem e re publica sua expulerat. Vocantur autem hujusmodi feminæ ventriloquæ propterea quod genium in ventre delitescentem habeant, qui de futuris respondeat et vaticinetur. Vix Saulus, quod poscebat, a mulierecula tandem impetrat, quæ animam Samueli ex orco producit, ut Josephus memoriæ prodidit, quanquam peritissimus ille rerum divinarum Theodoretus orationem hujusmodi vocat impiam et irreligiosam. Non enim persuaderi sibi patitur vel vilis alicujus hominis mortui animam ex orco reduci posse, nedum talis ac tanti vatis. Alii negantes hanc orationem impiam esse, velut impostorem vulgi dæmonem quemdam mulierculæ vaticinatrici renuntiasse quid Saulo eventurum esset. At Theodoretus neque primum illud admittit, impium esse pronuntians, neque item alterum; nam si genius malus fuisset qui apparuit, verum sane non protulisset. Quamobrem statuit Deum ipsum, representata Samueli specie, pro arbitratu suo, verba istæc effatum esse. Nam alicubi per vatem quemdam dixit: « Quodsi falsum vatem accesseritis, ego Dominus per ipsum respondebo. » Sic opera Balaami populo fausta imprecatus est, perque vatem improbum quæ futura essent indicavit. Respondit hic quoque prædictioni eventus: Palæstini Hebræos invadunt, Saulus cum filiis occumbit; cumque multis vulneribus affectus esset, nec amplius imperare animo suo posset, suorum cuidam mandat ut se stricto **177** gladio transadigat, ne hostium in potestatem veniret. Sed eo recusante gladium capit, eique incubuit. Cumque nec sic quidem adimere sibi vitam posset, Amalecitarum quemdam exorat, qui finem ei vivendi attulit. Tum Palæstini spoliatis hostibus in Saulum ejusque filios incidunt; cumque capita ipsorum resecuissent, ea per omnem ditionem suam circumferebant, corporibus extra muros suspensis, ut Josephus narrat.

Hoc modo vitam Saulus finiit propterea quod in A exscindendis Amalecitis Deo non paruisset et sacerdotum nationem delevisset. Nam Doeci Syri opera sacerdotes ad trecentos quinquaginta, qui ephodum gestarent, interfecerat. Regnum apud Israelicos obtinuit annos 40, humeris Israelitas omnes supereminens. Quippe Deus Hebræis gratificari volens ejusmodi virum elegerat, qui eis cum imperio præesset, quod illi bellicæ fortitudinis adversus hostes causa, non pietatis, regem dari sibi petiissent. Quo factum ut eis maximum omnium præficeret, quando sic a natura comparati sumus ut non virtutem animi, sed proceritatem corporis admiremur.

Οὕτω κατέστρεψε τὸν βίον ὁ Σαοὺλ διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς Ἀμαληκίταις παρακοῦσαι τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τὸ τῶν ἱερέων γένος ἀπωλείᾳ παραδοῦναι· διὰ γὰρ τοῦ Σύρου Δωὴκ ὡσεὶ τν' ἱερεῖς ἀπέκτεινεν αἴροντας τὸ ἐφούθ. Ἐκράτησε δὲ τὸν Ἰσραὴλ ὁ Σαοὺλ ἔτη μ', ὑπερωμίας ὢν παντὸς τοῦ Ἰσραήλ. Τοῖς Ἑβραίοις ὁ Θεὸς χαριζόμενος τοιοῦτον ἄνδρα βασιλεύειν ἐν αὐτοῖς ἐξελέξατο· ἀνδραγαθίας γὰρ τῆς ἐν πολέμοις ἕνεκεν, οὐ μὴν εὐσεβείας, ᾐτήσαντο βασιλέα. Ταύτῃ τοι καὶ τὸν μέγιστον πάντων ἐκλέγεται, ἐπειδήπερ οὐ ψυχῆς ἀρετὴν ἀλλὰ σώματος θαυμάζομεν μέγεθος.

Post Sauli mortem filius ejus Memphibosetus regnum apud Israelicos occupat, Davide Judæorum B nationis imperio contento. Nam a Samuelo prius apud hos regno inunctus fuerat. Deinde Richabus et Baneas Memphiboseto clam interfecto ad Davidem se conferunt, quasi præclaram ejus cædis patratæ causa laudem apud illum inventuri. Davides vero utrumque supplicio mortis afficit, quemadmodum et ante puniverat Amalecitam illum, per quem Saulus occisus fuerat. Post id temporis Davides universæ nationis rex declaratur. Sauli quidem filiam uxorem accepit, aliter tamen quam Josephus exponat, videlicet præmii loco, cum Goliathum fundæ jactu necasset, quemadmodum inter ipsos convenerat. Posteaquam vero Davides rex designatus est, Hierosolyma cum copiis invadit, et ejectis C incolis oppidi Jebusæis regiam suam Hierosolymis constituit. Primus quidem certe Jebusæis inde pulsis, ut Josephus narrat, de suo nomine urbem Davidicam appellavit; nam Abrahami ætate Sōlyma nuncupabatur.

Μετὰ δὲ θάνατον τοῦ Σαοὺλ ἐβασίλευσεν ἐν Ἰσραὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Μεμφοστὲ (35), ἐν Ἰούδᾳ δὲ ὁ Δαβίδ· παρὰ Σαμουὴλ καὶ γὰρ χρισθῆναι προέφθασεν. Εἶτα Ῥιχαῦ καὶ Βανέας λάθρα τὸν Μεμφοστὲ ἀνελόντες ἦλθον πρὸς τὸν Δαβὶδ ὡς δῆθεν εὐδοκιμήσαντες διὰ τὸν φόνον. Ὁ δὲ ἀνεῖλεν αὐτούς, καθὰ δὴ καὶ τὸν Ἀμαληκίτην ἐκεῖνον, δι' οὗ ὁ Σαοὺλ τὸ τέλος ἐδέξατο. Τηνικαῦτα παντὸς τοῦ λαοῦ καθίσταται βασιλεὺς ὁ Δαβίδ. Τὴν δὲ θυγατέρα τοῦ Σαοὺλ, εἰ μὴ ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ, ἀλλ' οὖν ἔπαθλον ἔλαβεν, ἡνίκα τὸν Γολιὰθ ἐσφενδόνησεν· οὕτω γὰρ ἀναμέσον αὐτῶν συμπεφώνητο. Ὁ γοῦν Δαβὶδ μετὰ τὸ ἀναγορευθῆναι βασιλεὺς ἐφίσταται τῇ Ἱεροσόλυμα, καὶ τοὺς ἐκεῖσε κατοικοῦντας Ἰεβουσαίους τροπωσάμενος βασιλείαν ἑαυτοῦ ποιεῖται τὰ Ἱεροσόλυμα. Πρῶτος μὲν οὖν Δαβὶδ, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ, τοὺς Ἰεβουσαίους ἐκεῖθεν ἐκβαλὼν, ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν πόλιν προσαγορεύει· Σόλυμα καὶ γὰρ ἐπὶ Ἀβραὰμ ἐκαλεῖτο.

Secundum hæc forte conspecta Bersabea, quæ se domi suæ abluebat, ejus amore captus est; cumque in amplexus mulieris venisset, procurat ut maritus ejus Urias in prælio quodam occumberet. Non longo tempore interjecto a Nathane vate facinoris illius arguitur. Secuta est ipsius fuga propter Abesalomi filii rebellionem; qua quidem in fuga concubinas suas 10 relinquit, quæ domum custodirent. Causa vero quamobrem Abesalomus hoc parricidium moliretur, hæc fuit. Habebat filiam David des elegantissima forma **178** præditam, quæ eadem cum Abesalomo nata matre fuerat. Hanc cum Amnon, regiorum filiorum natu maximus, misere deperiret, nec libidinis explendæ rationem ullam reperiret, totus contabescebat. Tandem morbum simulat, ac patrem orat ut sororem adesse sibi velit in eo morbo ministrandi causa. Impetrat a patre quod volebat. Amorem suum puellæ aperit,

Μετὰ δὲ ταῦτα ὁρᾷ τὴν Βηρσαβεὲ λουομένην ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς, ὅθεν καὶ ταύτης ἐρᾷ. Μίγνυται λοιπὸν αὐτῇ, καὶ τὸν Οὐρίαν οἰκονομεῖ θανάτῳ περιπεσεῖν, ὃς ἀνὴρ αὐτῆς ἦν. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ διὰ Νάθαν ἐλέγχεται. Εἶτα φεύγει διὰ τὴν τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἐπανάστασιν, καταλείψας τὰς αὐτοῦ δέκα παλλακὰς φυλάσσειν τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ἡ δὲ αἰτία τοῦ Ἀβεσσαλὼμ πατραλοίαν γενέσθαι αὖτη. Τῷ Δαβὶδ θυγάτηρ ἦν σφόδρα περικαλλὴς, τῷ Ἀβεσσαλὼμ ὁμομήτριος. Ταύτης ὁ Ἀμνὼν ἐρᾷ τῶν ἀδελφῶν ὁ πρεσβύτατος. Καὶ μὴ ἔχων τὰ τῆς ἐπιθυμίας πλῆρῶσαι σφόδρα κατετήκετο. Ἐφ' ᾧ καὶ νόσῳ ὑποκρίνεται. Ἱκετεύει τὸν πατέρα συμπαραμένειν αὐτῷ τὴν ἀδελφὴν δουλείας ἕνεκεν. Γίνεται ταῦτα. Ἀποκαλύπτει τὸ πάθος αὐτῇ. ἡ δ' οὐκ ἐπείθετο. Βιάζεται αὐτὴν, ἐφ ᾧ καταπειθὴς ὁρᾶται. Πσραχρῆμα μῖσος τίκτεται κατ' αὐτῆς τῷ Ἀμνὼν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐκβάλλει αὐτήν. Θλίβεται οὐ μικρῶς αὕτη,

(35) Memphibosetum filium Saulis, ejusque in regni parte successorem gravissimo errore statuunt Glycas, atque ipsius interpres Leunclavius. LXX editio Romana vocat Ἰεβοσθὲ, Isboseth, quem codex noster ex quo Græcum textum edidimus, vocat Μεμφοστὲ, F. Μεμφιβοστὲ, ex quo Memphibosetum suum, qui Jonathanis filius fuit utroque pede claudus, conflavit Leunclavius. Richabum quoque et Baneam exhibuit, qui in LXX interpretatione dicuntur Ῥηχὰβ καὶ Βαανὰ, in F. Ῥιχὰς, in nostro Ῥιχαῦ καὶ Βανίας.

ἀποκαλύπτει ταῦτα τῷ Ἀβεσσαλώμ. Παρατηρεῖται καιρὸν, ἐξέρχεται εἰς κουρὰν τῶν θρεμμάτων αὐτοῦ, συλλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τοὺς ἀδελφούς. Τελεῖται συμπόσιον, καὶ κεκρωθέντα τὸν Ἀμνὼν κτείνουσιν οἱ οἰκέται αὐτοῦ. Ἐντεῦθεν οὖν ὁ Ἀβεσσαλὼμ πτοηθεὶς φρονεῖν ἤρξατο κατὰ πατρός. Καὶ πρῶτον μὲν πείθει αὐτὸν ὁ Ἀχιτόφελ εἰς τὰς παλλακὰς εἰσελθεῖν τοῦ Πατρὸς, ἔπειτα συμβουλεύει αὐτῷ μετὰ στρατιᾶ. ὁρμῆσαι κατὰ τοῦ Δαβίδ. Μὴ εἰσακουσθεὶς δὲ διὰ τὸ ἀγαθὴν δόξαι τὴν τοῦ Χουσὶ συμβουλὴν (ἔτυχε γὰρ φίλος εἶναι τῷ Δαβὶδ ὁ Χουσὶ) ἀγχόνῃ ἐχρήσατο. Ἐπὶ δὲ τούτῳ διώκεται μᾶλλον ὁ Ἀβεσσαλὼμ, καὶ δὴ καταλαμβάνεται. Ἀλλ' ὦ Δαβιδικῆς ψυχῆς! καὶ τοσαῦτα γὰρ παθὼν παρὰ τοῦ πατραλοίᾳ ἔλεγε· « Φείσασθε τοῦ παιδαρίου Ἀβεσσαλώμ. » Ἀλλὰ καὶ τοῦ Ἰωὰβ κατὰ καρδίας βαλόντος τὸν Ἀβεσσαλὼμ, ἡνίκα τῷ δένδρῳ ἀπηωρήθη τῶν τριχῶν, ἐθρήνησεν ἄμετρα.

A quæ cum ejus desiderio non assentiretur, vitium ei per vim offert. Mox concepto in eam odio foras violatam ejicit. Illa non parum semet afflictare, fratri Abesalomo rem patefacere; qui temporis opportunitate observata, suorum ad pecorum tonsuram proficiscens fratres suos invitatos secum abducit. Hinc epulum instruitur, Amnonemque factum hilariorem Abesaloni fratris famuli ex composito necant. Ex eo tempore metuens sibi Abesalomus consilia quædam contra patrem molitur. Ac primo quidem auctor ei fuit Achitophelus ut patris concubinas iniret; deinde ut cum exercitu Davidem invaderet. Verum cum ei propterea non obtemperaretur, quod Chusæi consilium melius esse visum fuisset, hominis Davidi valde familiaris, suspendio vitam finit. Secundum hæc Abesalomus impetu majori patrem persequitur: sed hæret tandem. Atque hic mihi Davidicum animum aspice. Quanquam talia tantaque perpessus a parricida fuisset, nihilominus in hæc verba suos alloquitur: « Parcite juveni Abesalomo [88]. » Idem, cum Abesalomus arbori crinibus innexis adhæsisset, supra modum calamitatem ejus deploravit.

B

Τῷ μέντοι Δαβὶδ μελετῶντι ναὸν οἰκοδομῆσαι τῷ Κυρίῳ εἶπεν ὁ Νάθαν· « Πάντα ὅσα ἐν τῇ καρδίᾳ σου βάδιζε καὶ ποίει, ὅτι Θεὸς μετὰ σοῦ. » Ἠγνόησε γὰρ καὶ οὗτος τὸ μέλλον, ὡς ὁ Σαμουὴλ τὸν χρισθησόμενον υἱὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὡς ὁ Ἐλισσαῖος τὸ τῆς Σομανίτιδος πάθος. Νύκτωρ δὲ ἐπιφανεὶς αὐτῷ ὁ Κύριος ἔφη· « Πορεύου, καὶ εἰπὲ τῷ δούλῳ μου τῷ Δαβίδ· Ὅτι οὐ σὺ οἰκοδομήσεις μου οἶκον, ὅτι αἵματα πολλὰ ἐξέχεας ἐπὶ τῆς γῆς ἐναντίον μου. » Τοῦτο δὲ εἰρῆσθαι δοκεῖ εἰς ὠφέλειαν τῶν τὰς μιαιφονίας ἐργαζομένων· οὐδὲ γὰρ ἂν δίκαιον φόνον ἐμέμψατο τῷ βασιλεῖ ὁ τοῦ ξένους τὸν δίκαιον φόνον θυσίας προσαγορεύσας. Ἐφ' ᾧ καὶ δίδωσι Δαβὶδ Σολομῶντι τῷ υἱῷ αὐτοῦ τὸ παράδειγμα τοῦ ναοῦ καὶ τῶν οἴκων αὐτοῦ. Πάντα ἐν γραφῇ ἐκ χειρὸς Κυρίου δέδωκεν αὐτῷ. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Νάθαν, ἡνίκα πρὸς αὐτὸν ἀπεστάλη παρὰ Θεοῦ, εἶπε· « Καλὸν τοῦτο ἐποίησας, ὅτι ἐγενήθη ἐν τῇ καρδίᾳ σου περὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι οἶκον· ἀλλ' οὐ σὺ, οἰκοδομήσει ὁ ἐκ σοῦ δέ. »

Secundum hæc cogitanti cum animo suo Davidi de templo in honorum domini exstruendo Nathan respondet, quidquid secum facere constituisset, id moliri Deo secundo pergeret. Ignorabat enim vates quid futurum esset, quemadmodum inungendus Jessæi filius a Samuelo non agnoscebatur, et Elissæus calamitatem Sumanitidis ignorabat. Sed noctu Deus Nathani conspectus inquit: « Abi significatum famulo meo Davidi, non ipsum esse qui ædem Domino sit exstructurus, multum enim ab eo sanguinis esse fusum [89]. » Quod quidem postremum ad utilitatem eorum dictum esse videtur qui cædibus sese coinquinant. Nam cæteroqui minime putandum est Deum huic regi cædes justas exprobrare voluisse, cum perpetratam a Phineaso cædem æquissimam sacrificii nomine dignetur. Hanc igitur ob causam Davides Salomoni filio suo tradit exemplar exstruendi templi et ædificiorum ejus, idque manu Domini expressum. Nathan certe, cum ad Davidem a Deo fuisset ablegatus, ostendit cum his rebus filio relinquendis occupatum fuisse. **179** Factum, inquit, abs te præclare, quod hujusmodi curam susceperis de templi structura: non tamen ea per te, sed natum ex te filium perficietur.

C

Εἰ καὶ μακροθυμεῖ ὁ Θεὸς τῇς ἁμαρτίας τολμωμένης, ἀλλ' ὀψέ ποτε κολάζει. Ἴδε γὰρ ὅτι μετὰ τῶν Γαβαωνιτῶν οἱ Ἰσραηλῖται συνέθεντο μὴ φονεῦσαι αὐτοὺς, ὁ δὲ Σαοὺλ σὺν τοῖς ἄλλοις ἀλλοφύλοις καὶ αὐτοὺς ἀπέκτεινε. Τὰς μέντοι τοῦ τοιούτου τολμήματος δίκας ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ εἰσέπραξε, λοιμὸν ἐπινεγκών. Καὶ εἰ μὴ τοὺς τοῦ Σαοὺλ ἑπτὰ παῖδας ἐφόνευσαν, οὐκ ἂν ἡ θεία ὀργὴ ἔπαυε. Μανθάνομεν οὖν ἐκ τούτου ὡς γένους ὁ Δεσπότης οὐκ οἶδε διαφορὰν, ἀλλὰ τοῖς ἠδικημένοις, κἂν ἀλλογενεῖς ὦσιν, ἐπαμύνει δικαίως Θεός. Καὶ αὐτὸς ὁ Δαβὶδ τὸν Οὐρίαν ἀδικήσας ἀλλόφυλον ὄντα (Χετταῖος γὰρ) οὐκ ἀτιμώρητος ἔμεινε. Τὸ δὲ μοιχίδιον βρέφος, ὃ πρῶτον τῇ Βηρσαβεὲ γέγονε μοιχευθείσῃ τῷ Δαβὶδ, ἐπά-

D

Observandum obiter quod tametsi Deus facinore quodam designato longa utatur patientia, tandem tamen aliquando puniat. Ejus rei licet a Gabaonitis exemplum petere. Pacti cum Gabaonitis fuerant Israelici non se illos interempturos. At Saulus eos nihilominus una cum exteris nationibus reliquis excidit. Ejus facinoris pœnas Deus per illatam regnante Davide famem exegit. Quod nisi septem Sauli filii fuissent interempti, ira Dei non cessasset. Hinc animadvertere licet Dominum generis discrimen nullum admittere, sed affectos injuria, tametsi generis diversi et peregrini sint, justo judicio suo vindicare. Quin etiam ipse Davides, quod Uriam per scelus violasset, hominem cæteroquin

[88] II Reg. XVIII, 5. [89] I Paral. XVII, 4.

alienigenam, ut qui Chetæus esset, impune non tulit. Ex adulterio quidem conceptus infans, primus ei natus ex Bersabea, divinitus morbo affectus interiit; quippe si superstes manisset, pio regi fuisset probro et manifestum admissi facinoris indicium atque argumentum. Quamobrem divina de Davide cura providentiaque factum est ut ejusmodi puero vita longior non concederetur.

Ταξεν ὁ Θεός. Ζῶν γὰρ ἐμελλεν εἶναι τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως ὄνειδος καὶ τῆς αὐτοῦ παρανομίας ἔλεγχος. Κηδόμενος οὖν αὐτοῦ ζῆν τὸ τοιοῦτον ὁ Δεσπότης οὐκ εἴασεν.

Cæterum in Omissorum primo libro significatur omnes psalmos Davidis esse. Testatur idem Theodoretus quoque, primum Davidem ordinasse dicens, Asaphati et fratrum ejus opera, ut hymnis Deus concelebraretur. Cum autem Davides, eodem Theodoreto auctore, annos triginta regnasset, septuaginta vixisset, fato functus est. Libet hoc loco superioribus hæc quoque de Josephi narrationibus adjicere. Accidit aliquando ut copias Davides adversus Palæstinos educeret, eumque persecutus eos diu fuisset, longo intervallo a suis omnibus est divulsus. Tum quidam ex hostibus, e gigantum posteritate natus, eum solum desertumque videns ac præ labore viribus destitutum, interficere festinabat; ac factum id sane fuisset, ni Abisæus Joabi frater mox adfuisset hostemque peremisset ac Davidem salvum suis restituisset. Qua de causa populus universus eum jurejurando adstrinxit, quo se deinceps cum cæteris in prælia non profecturum polliceretur. Rursum Palæstini castra castris Hebræorum opposuerant. Habebantque secum hominem proceritate sex cubitorum, cui essent in utraque planta pedis et utraque manu digiti plures quam naturæ conveniret; erat enim et ipse de gigantum posteris oriundus. Hunc, duello congressus, Jonathan Subæus **180** quidam interficit, eoque pacto victoriæ suis auctor exstitit. Ab eo tempore Palæstini bello Hebræos adoriri desierunt, hymnis Deum laudare cœpit odasque sacras contexere.

A ibi peredit? Tum se spiritus quidam proripuit, et coram Domino se sistens in hunc modum locutus est: «Ego vero hominem decipiam.» Cui Dominus: «Et quo tandem pacto?» «Abibo, inquit, et ero spiritus mendax in ore cunctorum vatum ejus; eoque modo ipsum fallam.» Tum Dominus: «Abi ergo, ait, quodque dixisti, facito.» Sunt autem hæc omnia, quemadmodum Theodoretus scripsit, meræ personarum fictiones, quæ nos de permissione divina erudiunt. Eodem modo cum in narratione de Jobo Literæ sacræ referunt angelos coram Domino astitisse, ac inter eos ipsum quoque diabolum, qui Deum compellaverit, divinus ille Chrysostomus personarum fictionem agnoscit. Cæterum Baal Josepho deus est Assyriorum, Astarte vero Sidoniorum, Baalim denique sacellum Baal interpretatur. Ac de his quidem hæc indicata sunto. Josaphatus autem requisito vate ac hujusmodi rebus ex eo cognitis nihilo minus cum

B Achaabo ad bellum profectus est. Quia tamen alioqui vir magnæ virtutis erat, ut supra quoque diximus, incolumis domum evasit. Michæas in carcerem ab Achaabo conjectus magna cum oris libertate dixit: «Quodsi prospere domum reversus fueris, Deum per me minime locutum esse fatebor.» Enimvero divinum illud oraculum de Achaabo, quod Elias edidit, eventus ipse comprobavit. Nam cum vulnus accepisset, diu admodum in curru stetit, ne conspecta regis fuga milites hosti terga darent. Ibi sanguis e vulnere profluens curru adhæsit; quem deinceps auriga ad fontem abluit et canes linxerunt. Mane vero meretrices ad fontem **190** Achaabi sanguine tinctum accedentes etiam in eo corpora sua pro more abluerunt.

Secundum hæc rex Joramus impietatem Achaabi soceri sui æmulatus meritas omnino pœnas luit. Nam magnus ille vates Elias hujusmodi verbis cum

C per literas compellavit: «Hæc tibi Dominus significat: Quoniam institutum paternæ Josaphati vitæ non es sectatus, sed fratres tuos interfecisti, en magna calamitate Dominus familiam tuam afficiet, ac tu gravibus admodum morbis laborabis, quos inter erunt viscerum tormina, tam diu durantia donec intestina egeras[9].» Non multo post exteræ nationes in eum copias educunt, omnes e medio tollunt, liberos regios interficiunt, Ochozia solo excepto. Simul et morbus hominem invadit, ac ne regiam quidem sepulturam a morte consecutus est. Nimirum reapse formidabile est in Dei viventis manus incidere[10].

Successit in regno filius Ochozias, et ipse paternæ impietatis æmulator. Hoc tempore missi

D sunt ad magnum illum vatem Eliam duo quinquagenum militum præfecti, qui cum superbe arcessunt de regis morbo consulendum. Tum ignem ille cœlitus deducens universos concremavit. Hoc loco qui crudelitatem vatis accusant, Deum ipsum criminantur: nam per eum hæc omnia facta sunt. Tandem et tertius quidam militum quinquagenum præfectus ablegatur, qui vatem mitibus verbis allocutus supplicium quo priores affecti fuerant evasit. Quamobrem vates de monte descendens, cum incidisset in homines ablegatos a rege ad consulendos deastros, hujusmodi verba protulit: «Quan-

[9] II Paral. II, 21. [10] Hebr. X, 31.

dequem delinquere non dubitasti, et quasi Deus apud Israelicos nullus foret, muscam Accaronis dum cousuluisti, ex eo lecto, quem semel jam conscendisti, non evades[11].» De quo licet astiment quali judicio et pœna percant, quantamque Dei concitent in se iracundiam, qui spes suas in astrologos et vates collocant. Estque adeo non abs re deploranda hominum impiorum luuta fatuitas. Non enim tantum olim illi maxima quævis animalia pro diis habuerunt, sed etiam minima, eaque piacularia. Nam quid, obsecro, musca potest esse fœdius et abominabilius? Nihilominus illi muscæ simulacro divinitatem tribuerunt; quamque vivam a bellis abigebant, ejus imagini appellationem Dei concesserunt.

A χρίματι περιπίπτουσι, καὶ ὅπως ἀγαναχτεῖν παρασκευάζουσι τὸν Θεὸν, οἱ τὰς ἐλπίδας αὐτῶν ἀστρολόγοις καὶ μάντεσιν ἀναθέμενοι. Ἄξιον δὲ θρηνῆσαι τῶν δυσσεβῶν τὴν ἀλογίαν. Οὐ γὰρ μόνον τὰ μέγιστα τῶν ζώων ἐθεοποίησαν, ἀλλὰ καὶ τὰ σμικρότατα καὶ μύσους μεστά. Τί γὰρ μυσαρώτερον μυίας; Ἀλλ' ὅμως καὶ τὴν εἰκόνα ταύτης Θεὸν ἀνηγόρευσαν, καὶ ἣν ζῶσαν ταῖς ῥιπίσιν ἐλαύνουσι, ταύτης τὸν τύπον θεὸν ὠνομάκασιν.

Cæterum ille vatum princeps Elias, cui tanta libertas oris erat ut hujusmodi verbis Achaabum alloqueretur: «Ita vivat Dominus Deus ille meus, ut annis hisce nec rorem nec pluviam habituri sumus, nisi me jubente[12]; » qui præterea Baalis sacrificos tanto **191** pudore affecit ut omnes etiam ipso exhortante ab Israelitis occiderentur, Elias ergo, ne quam in superbiam fastumque prolaberetur, tantum permittente Deo persecutionis est a Jezabele perpessus, ut etiam Deum his verbis appellaret: «Tandem satis hoc esto tibi, vitam, quæso, meam mihi auferto. Egone meis majoribus præstio[13]?» Possit autem mirum alicui fortasse videri, qui factum sit ut vates hic, vir omnino sanctus et legis e præscripto se gerens, cibum a corvis prælibatum comederet. Nimirum ipse legislator eum per corvos sic alebat, ut matutino quidem tempore panem, vespertino carnes acciperet. Leges hæ scilicet propter Judæorum imbecillitatem latæ fuerunt. Idcirco videmus Samsonem propter temulentiam lasciviamque divinitus sibi concesso beneficio fuisse spoliatum, cum nequaquam propterea culpetur quod favum mellis ab apibus in leonis cadavere congestum comederit.

Ὁ δέ γε τῶν προφητῶν καρυφαῖος Ἠλίας, ὁ παρρησίαν ἔχων τοσαύτην ὥστε καὶ πρὸς Ἀχαὰβ οὕτως εἰπεῖν, « Ζῇ Κύριος ὁ Θεός μου, εἰ ἔσται τὰ ἔτη ταῦτα δρόσος ἢ ὑετὸς εἰ μὴ διὰ λόγου στόματός μου, » ὁ τοὺς ἱερεῖς τοῦ Βάαλ ἐπὶ τοσοῦτον καταισχύνας ὥστε καὶ πάντας αὐτοὺς τῇ προτροπῇ αὐτοῦ παρὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀποκτανθῆναι, ἵνα μή τι πάθῃ ὑπέρογκον, τοσοῦτον παρὰ τῆς Ἰεζάβελ συγχωρεῖται διώκεσθαι ὡς καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εἰπεῖν, » Ἱκανούσθω δή, λάβε τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ. Μὴ κρείττων ἐγὼ ὑπὲρ τοὺς πατέρας μου; » Ἀπορήσειε δ' ἄν τις πῶς ἅγιος ὢν ὁ προφήτης καὶ κατὰ νόμον πολιτευόμενος ἤσθιε τὴν διὰ κοράκων τροφήν. Αὐτὸς ὁ νομοθέτης ταύτην αὐτῷ διὰ τῶν κοράκων προσέφερε, καὶ ἄρτον μὲν ἑωθεν, δείλης δὲ κρέα. Οἱ γὰρ νόμοι οὗτοι διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀσθένειαν ἐτέθησαν. Καὶ γὰρ καὶ Σαμψὼν διὰ μὲν τὴν μέθην καὶ τὴν λαγνείαν ἐγυμνώθη τῆς χάριτος, φαγὼν δὲ τὸ κηρίον τοῦ μέλιτος, ὃ ἐν νεκρῷ λέοντι ἐξύφανεν μέλισσαι, κατηγορίαν οὐδεμίαν ἐδέξατο.

Hoc etiam, dilecte fili, factum scito. Cum Saraphtiam vates Elias pervenisset ac famis tempore qualicunque pane exciperetur, hujusmodi votum de vasis ipsis concepit: «Hydria qua farina continetur, ne deficiat, et cadus olei nunquam minus habeat[14].» Fuerit autem hic operæ pretium quærere num reapse in illo cado fuerit oleum. Equidem cum vatem dicere audio: «Cadus olei nunquam minus habeat, donec huic regioni Deus pluviam suam concesserit,» nequaquam existimo vatem hoc de oleo votum concepisse. Nam cum tantus esset æstus, homines que propter aquæ inopiam id temporis perirent, quid, quæso, fructus attulisset, si cadus oleum de perpetuo quasi fonte quodam suppeditasset? De quo licet intelligere non fuisse cadum illum plenum oleo, quandoquidem oleo non indigebant qui aquæ penuria graviter laborabant. Verum certa quadam de causa cadum illum vates olei cadum appellavit. Non enim quidquam esse potest quod homines tantopere possit exhilarare ut aqua magni alicujus æstus tempore. Licet hoc de sacris Litteris intelligas, quæ alicubi aquam mel nuncupant: nam cum Hebræi affligerentur in-

Πρόσεχε δὲ, ἀγαπητέ. Ἡνίκα προσῆλθε τῇ Σαρεφθίᾳ ὁ προφήτης καὶ ἄρτῳ ἐδεξιώθη αὐτοσχεδίῳ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ λιμοῦ, τοῖς ἀγγείοις ἐκείνοις ἐπηύξατο οὕτως εἰπών· « Ἡ ὑδρία τοῦ ἀλεύρου οὐκ ἐκλείψει, καὶ ὁ καμψάκης τοῦ ἐλαίου οὐκ ἐλαττονήσει. » Ἀλλ' ἐνταῦθα ζητῆσαι ἄξιον εἴπερ ὀληθῶς ἐν τῷ καμψάκῃ ἐκείνῳ ἔλαιον ἦν. Ἔγωγε γὰρ τοῦ προφήτου ἀκούων λέγοντος, « Καὶ ὁ καμψάκης τοῦ ἐλαίου οὐκ ἐλαττονήσει, ἕως οὗ δώσει τὸν ὑετὸν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, » οὐκ οἶμαι τὸν προφήτην περὶ ἐλαίου εὔξασθαι. Τοσούτου γὰρ ὄντος αὐχμοῦ, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐκλειπόντων τηνικαῦτα τῇ ἀνυδρίᾳ, τίς ἡ ὠφέλεια εἴπερ ὁ καμψάκης ἐπήγαζεν ἔλαιον; οὐκ ἦν λοιπὸν ὁ καμψάκης ἐκεῖνος ἐλαίου καμψάκης, ὅτι μηδὲ χρεία ἐλαίου τοῖς ἕνεκεν ὕδατος κάμνουσιν. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἔλαιον ἀγαλλίασιν ὑπεμφαίνει παρὰ τῇ Γραφῇ, διὰ τοῦτο καμψάκην ἐλαίου τὸν καμψάκην ἐκεῖνον ὁ προφήτης ἐκάλεσεν. Οὐδὲ γὰρ ἕτερον ἀγαλλίασιν ἐπὶ τοσοῦτον εἰσφέρει ὡς αὐτὸ τὸ ὕδωρ ἐν αὐχμώδει καιρῷ. Καὶ πειθέτω σεαυτὸν ἁγία Γραφὴ, μέλι τὸ ὕδωρ καλέσασα. Οἱ γὰρ Ἑβραῖοι διψῇ συσχεθέντες ἀφορήτῳ κατὰ τὴν ἔρημον, καὶ ὕδωρ εὑρόντες, μέλιτος ἐδόκουν ἐμπίμπλασθαι. Πρὸς γοῦν τὴν διά-

[11] IV Reg. I, 16. [12] III Reg. XVII, 1. [13] III Reg. XIX, 4. [14] III Reg. XVII, 14.

θεσιν τῶν πινόντων ἀφορῶσα ἡ Γραφὴ μέλι ὕδωρ ἐκάλεσεν.

A tolerabili quadam in solitudine siti, aquam sepeta melle satiari se putabant. Quo fit ut res, ieient's Litteræ sacræ ad illorum affectionem qui aquam hauriebant, eam ipsam appellatione melis dignatæ sint.

Μετὰ δὲ ταῦτα κρατεῖ Ἰωᾶς, ὃς ἐποίησε τὸ εὐθὲς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πάσας τὰς ἡμέρας Ἰωδὲ τοῦ ἀρχιερέως. Οὗτος ζήσας ἔτη ρλ' καὶ θανὼν θήκης ἠξιώθη βασιλικῆς. Αὐτοῦ δὲ θανόντος ἐξέκλινεν Ἰωᾶς εἰς ἀσέβειαν. Ἐφ' ᾧ καὶ στέλλονται προφῆται πρὸς αὐτὸν τὸν Ἰωᾶν, μεθ' ὧν καὶ ὁ τοῦ Ἰωδὲ Ζαχαρίας, ὃν καὶ κατέλευσαν ἔνδον τοῦ ὑπαίθρου ἐν τῷ ναῷ. Καὶ ἀποθνήσκων εἶπεν, « Ἴδε, Κύριε, καὶ κρίνε. » Καὶ οὐ διήμαρτε τῆς αἰτήσεως· ἀῤῥωστίᾳ γὰρ περιπεσὼν ὑπὸ τῶν ὑπηκόων ἐσφάγη. Ὁ δὲ τούτου υἱὸς Ἀμασίας βασιλεύσας καὶ τῇ θείᾳ συμμαχίᾳ τοὺς Ἰδουμαίους νικήσας καὶ τοὺς θεοὺς αὐτῶν ἀνδραποδίσας ὕστερον ἱερούργει αὐτοὺς ὁ ἀνόητος ἐτίμησε, τὴν νίκην αὐτοῖς λογισάμενος. Ὡρὸς δή ποτε προφήτης « Ἔγνων ὅτι ἐβουλεύσατο Κύριος τοῦ διαφθεῖραί σε· » ὁμοίως γὰρ πατρὶ ἐτελειώθη.

Secundum hæc imperio potitus est Joas, qui erga Deum se recte gessit, quandiu pontifex maximus Joiadas superstes fuit; qui cum annis centum et triginta vivendo expletis fato functus fuisset, tantum honoris est consecutus, ut regio sepulcro 192 inferretur. Cum autem rebus humanis exemptus esset, ad impietatem deinde rex Joas deflexit. Quam ob causam vates nonnulli ad eum ablegantur, quos inter et Joiadæ pontificis filius Zacharias fuit, quem Joas rex in parte templi sub dio sita lapidibus adobruit. Cum moreretur, hujusmodi verbis usus est: «Inspicito hæc, Domine, ac punito [15].» Neque petitio ipsius irrita fuit: nam rex in morbum cum incidisset, suis a subditis est interfectus. Ejus filius Amasias cum regnum occupasset et ope divina victoriam de Idumæis reportasset eorumque divos evertisset, tandem vanus homo consecratos religiose coluit et partam victoriam ipsis acceptam retulit. Quapropter ei vates quidam denuntiavit statuisse Deum Amasiam e medio tollere [16]. Neque multo post consimili mortis genere quo pater exstinctus est.

Ἐπαινεῖ δὲ τὸν Ὀζίαν ἡ θεία Γραφή· « Ἦν, » γάρ φησιν, « ἐκζητῶν τὸν Κύριον ἐν φόβῳ Κυρίου ἐν ταῖς ἡμέραις Ζαχαρίου. » Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιθυμήσας εἰσελθεῖν εἰς τὰ ἅδυτα καὶ θυμιᾶσαι, καὶ ἐλεγχθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν ὀγδοήκοντα ἱερέων. Εἶπον γὰρ πρὸς αὐτὸν, « Οὐκ ἔξεστί σοι, Ὀζία, θυμιᾶν, ἀλλὰ ταῖς ἱερεῦσι τοῖς υἱοῖς Ἀαρών· » ὁ δὲ, « Οὐχὶ βασιλεύς εἰμι καὶ ἀλουργίδα βασιλικὴν περιβέβλημαι; » Ἐλεπρώθη οὖν ἐπὶ τούτῳ. Ἐντὸς δὲ τούτου καθημένου διὰ τὴν λέπραν, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἰωαθὰμ τὴν βασιλείαν διεθύνων ἦν. Ἕτερος δὲ Ζαχαρίας ἦν ὁ τοῦ Ἰωδὲ, ὃν Ἰωᾶς κατέλευσε, καὶ ἕτερος ὁ ἐπὶ τοῦ Ὀζίου. Οἶμαι δὲ ταῦτον εἶναι, φησὶ Θεοδώρητος, περὶ οὗ πρὸς Ἡσαΐαν ἔφη ὁ Κύριος, « Ποίησόν μοι μάρτυρας πιστοὺς ἀνθρώπους, τὸν Οὐρίαν τὸν ἱερέα καὶ Ζαχαρίαν υἱὸν Βαραχίου. »

Celebrant deinde Litteræ sacræ regem Oziam, nimirum quod Dei studiosus et metuens fuerit, quandiu Zacharias fuerit superstes. Ab eo tempore incensus est libidine quadam ingrediendi adyta et suffitum in eis faciendi; quo in conatu a pontifice ac sacerdotibus 80 reprehensus, qui dicerent nequaquam ipsi fas esse suffitum ut istic faceret, cujus rei posteris Aaronis sacerdotibus jus esset, lepra correptus est. Cum autem lepræ causa domi conclusus delitesceret, Joathamus ipsius filius regnum administrabat. Ac Zacharias hic, qui Ozia regnante vixit, alius fuit ab Joiadæ pontificis filio, quem Joas rex lapidibus obruit. Theodoretus ait existimare se Zachariam hunc illum ipsum esse, de quo Dominus ad Isaiam verbis hisce mentionem fecerit: « Adhibeto mihi testes, viros fide digaos, Uriam sacerdotem et Zachariam Barachiæ filium [16].»

Ἄχατζ δὲ ὁ τοῦ Ἰωάθαμ πάντας ὑπερενίκησας τῇ ἀσεβείᾳ, ἐφ' ᾧ καὶ πολλὰ κακὰ εὗρατο. Καὶ οὐδὲ οὕτω συνῆκεν, ἀλλὰ, « Ζητήσω, » ἔλεγε, « τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν τοὺς τύπτοντάς με, καὶ θύσω αὐτοῖς, καὶ ἀντιλήψονταί μου. » Ἀλλὰ καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ διῆγεν ἐν πυρί. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Ὡς μὲν Ἰώσηπος ἱστορεῖ, ἕνα τῶν υἱῶν αὐτοῦ ὁλοκαύτωσε τῷ Βάαλ. Ἐγὼ οἶμαι, φησὶ Θεοδώρητος, τὸ μέχρις ἡμῶν φθάσαν τῆς πλάνης εἶδος ἐντεῦθεν αἰνίττεσθαι. Ἅπας γὰρ τοῦ ἔτους πυρὰς ὁρῶμεν ἀναπτομένας, καὶ ταύταις τινὰς ὑπεραλλομένους παῖδάς τε καὶ ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ βρέφη παραφερόμενα διὰ τῆς φλογὸς ὑπὸ τῶν μητέρων αὐτῶν. Ἐοὐκε δὲ τοῦτο ἀποτροπιασμός τις εἶναι καὶ κάθαρσις. Ταύτην οἶμαι κατὰ τοῦ Ἄχατζ γεγενῆσθαι τὴν κατηγορίαν, ὃν καὶ ἀποθανόντα τιμῆς βασιλικῆς οὐκ ἠξίωσαν.

Post hunc Achazus Joathami filius impietate cunctos superavit, quapropter multa passus est mala. Ac ne sic quidem prudentior factus. « Quaeram, inquit, deos gentiles, qui me flagellant, eisque sacra faciam, ac impetrabo tandem ut opem mihi ferant. » Quin etiam liberos suos per ignem trajecit. Quid autem istuc verbum sibi quæso, vult? Josephus tradit Achazum quemdam suorum filiorum Baali calido sacrificio concremasse. Verum Theodoretus aliter censet. « Arbitror, inquit, hisce verbis significari speciem quamdam erroris, qui ad nostra usque tempora duravit. Videmus enim semel in anno rogos accendi, quibus injiciantur pueri quidam et viri. Quin etiam infantes ab ipsis matribus per flammam transportantur. Quæ res videtur esse quasi quædam averruncatio et lustratio. Hanc ob causam Achazum ipse reprehendi putat, quem morte sublatum regio fumere sui non cohonestarunt.

[15] II Paral. xxiv, 22. [16] II Paral. xxv, 16. [16] Isa. viii, 2.

193 At filius ipsius Jezechias summa virtute præditus fuit, omniaque præstitit quæ olim Davides, unus ex majoribus ipsius, præstiterat. Inter alia serpentem aheneum a Mose factum attrivit. Nam ad illa usque tempora suffitum ei faciebant Israelitæ. Idem summam templi curam habuit, cumque sacerdotes mactandis victimis non sufficerent, ut in Omissorum libro narratur [17], Levitas eis operas subsidiarias facere jussit, quod quidem nunc etiam fieri videmus : nam cum senior non adest atque usus ita postulat, etiam diaconus requirenti baptismum impertiri cogitur. Cum autem Senacheribus expeditionem adversus ipsum suscepisset, ad Isaiam cum hisce verbis misit : « Dies angustiæ et explorationis et iracundiæ hodiernus dies est. Nam partus quasi quidam instat, nec matri tantum est virium ut eniti possit [17a].» Quibus verbis hoc scilicet voluit : Ardent animi et ira succensi sunt, ex quo Rapsacis blasphemias audivimus ; neque tamen impios homines pœnis afficere possumus. Jusserat enim Senacheribus ei per Rapsacem dici ne se decipi a Deo suo pateretur, cujus ope fretus esset. Verum Deus progresso in templum regi atque ibi precato vatem Isaiam mox adesse jubet, ac futuram ipsi prosperitatem significat, hujusmodi usus inter alia verbis : «Propugnabo hanc urbem tam mea quam Davidis famuli mei causa.» Quæ quidem ita divinitus prolata sunt, ne putaret Jezechias orationem suam justitiæ causa, qua præditus erat, exauditam esse. Præterea licet hinc intelligere justos homines etiam vita functos viventium patronos agere. Cæterum Jezechias et fidebat Deo et suam quoque diligentiam adhibebat. Primum enim fontes, qui ante urbem erant, obstruxit ; deinde turres in altum excitavit, itemque munitionem quamdam aliam ædificavit. Deinde accidit ut cum præsenti mortis periculo langueret. Quamobrem demisso animo semet ad Dominum convertit, quemadmodum in Omissorum libro memoriæ proditum est [18]. « Jezechias, inquit, ex imo pectore se demisit.» Quia enim pater ipsius oraculum acceperat hujusmodi : «En virgo prægnans erit [19],» seipsum putarat illum Emmanuelum esse, ac promissionis eventum in se finem habiturum. Quapropter virginitatem colens nullo conjugii studio tenebatur. Præterea cum extraneorum interitum conspexisset, ex quibus una nocte 185 millia sunt ab angelo interempta, magis etiam in opinione sua stolida confirmabatur. Quapropter a Domino ad frugem revocatur, pede sic afflicto ut jam putresceret. Sed tamen ei deinde signum quoddam dedit, ex quo se mortem id temporis non obiturum **194** intelligeret : « En, inquit, ego convertam umbram graduum, quos jam decem sol descendit in iis qui sunt in domo tua paterna gradibus. » Tradunt enim Achazum per machinam quamdam in domo sua gradus quosdam

Ἐζεκίας δὲ ὁ τούτου υἱὸς τὴν ἀκροτάτην κατώρθωσεν ἀρετήν, καὶ πάντα ὅσα ἐποίησε Δαβὶδ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Σὺν τοῖς ἄλλοις καὶ τὸν χαλκοῦν ὄφιν συνέτριψεν, ὃν ἐποίησε Μωσῆς· ἕως γὰρ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ἦσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ θυμιῶντες αὐτῷ. Καὶ ἄλλην πᾶσαν ἐπιμέλειαν ποιεῖται τοῦ ναοῦ. Τότε δὴ τῶν ἱερέων μὴ ἐξαρκούντων εἰς τὰς θυσίας, ὡς ἡ τῶν Παραλειπομένων βίβλος φησί, συνεβοήθησαν καὶ οἱ Λευῖται. Ὅπερ καὶ νῦν ἔστιν ἰδεῖν· πρεσβυτέρου γὰρ μὴ παρόντος καὶ τῆς χρείας κατεπειγούσης ἀναγκάζεται καὶ διάκονος προσφέρειν τῷ δεομένῳ τὸ βάπτισμα. Τοῦ Σενναχηρεὶμ στρατεύσαντος κατ' αὐτοῦ, ἀπέστειλε πρὸς Ἡσαΐαν λέγων, « Ἡμέρα θλίψεως καὶ ἐλεγμοῦ καὶ παροργισμοῦ ἡ ἡμέρα αὕτη, ὅτι ἦλθον οἱ υἱοὶ ἕως ὠδίνων, καὶ ἰσχὺς οὐκ ἔστι τῇ τικτούσῃ. » Ἐμπιπράμεθα, φησί, καὶ ἐξαπτόμεθα τῷ θυμῷ τῶν τοῦ Ῥαψάκου βλασφημιῶν ἀκούσαντες· κολάσαι δὲ τοὺς δυσσεβεῖς οὐ δυνάμεθα. Ἔλεγε γὰρ ὁ Σενναχηρεὶμ διὰ τοῦ Ῥαψάκου, « Μὴ ἀπατάτω σε ὁ Θεός σου ἐφ' ᾧ πέποιθας. » Ἀλλ' ὁ Θεὸς ἀνελθόντι τῷ βασιλεῖ εἰς τὸν ναὸν καὶ εὐξαμένῳ αὐτίκα στέλλει τὸν Ἡσαΐαν, μηνύων τὰ ἐσόμενα αὐτῷ χρηστά. Τηνικαῦτα καὶ γὰρ ἔλεγεν, « Ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης δι' ἐμὲ καὶ διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδά μου. » Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃ Ἐζεκίας ὅτι διὰ τὴν αὐτοῦ δικαιοσύνην ἡ δέησις αὐτοῦ εἰσηκούσθη, ταῦτα λέγει Κύριος. Ἐμάθομεν οὖν ἐντεῦθεν ὅτι καὶ τεθνηκότες οἱ δίκαιοι τῶν ζώντων προΐστανται. Ὁ μέντοι Ἐζεκίας καὶ τῷ Θεῷ ἐθάρρει καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ συνεισέφερε. Καὶ πρῶτον τὰς πρὸ τῆς πόλεως πηγὰς ἐνέφραξεν, ἔπειτα τοὺς πύργους ἀνέστησεν εἰς ὕψος, καὶ προτείχισμα προσῳκοδόμησεν ἕτερον. Τότε συνέβη καὶ τὰ πρὸς θάνατον μαλακισθῆναι αὐτόν, ὥστε ταπεινωθέντα ἐπιστρέψαι πρὸς Κύριον, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Παραλειπομένων ἱστόρηται· « Καὶ ἐταπεινώθη, » γάρ φησιν, « Ἐζεκίας ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς καρδίας αὐτοῦ. » Τοῦ γὰρ πατρὸς αὐτοῦ Ἀχὰτζ τὴν προφητείαν δεξαμένου. « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, » αὐτός τε ἐνόμισεν εἶναι ὁ Ἐμμανουὴλ, καὶ ὡς εἰς αὐτὸν τὰ τῆς ἐπαγγελίας ἐκβήσεται· ἐφ' ᾧ παρθενίαν ἀσκῶν γάμοις ὁμιλῆσαι οὐκ ἤθελεν. Ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἀλλοφύλων ἰδὼν ἀπώλειαν (ὑπ' ἀγγέλου καὶ γὰρ ἐν μέσῃ νυκτὶ τε' χιλιάδες ἀνῃρέθησαν), ἐπηύξησε μᾶλλον τὴν αὐτοῦ ἀπόνοιαν. Ἐφ' ᾧ συνετίζεται παρὰ Κυρίου, σῆψει ποδὸς ὑποβληθείς· σημεῖόν τε δίδωσιν αὐτῷ ὡς οὐκ ἀποθανεῖται οὕτως ἔχων· « Ἰδοὺ ἐγὼ στρέφω τὴν σκιὰν τῶν ἀναβαθμῶν οὓς κατέβη ὁ ἥλιος τοὺς δέκα ἀναβαθμοὺς τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. » Φασὶ γὰρ τὸν Ἀχὰτζ ἐκ μηχανῆς τινος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἀναβαθμοὺς κατασκευάσαι τινὰς οἷον ὡρολογοῦντας καὶ τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον ἐκμετροῦντας. Τότε λοιπὸν ὁ Θεὸς εἰς πίστιν τῶν λεγομένων (προσετίθη γὰρ αὐτῷ καὶ ἕτερα ζωῆς ἔτη πεντεκαίδεκα) ἀνόπιν ἰέναι ποιεῖ τὴν τοῦ ἡλίου σκιάν, ἐπειδὴ καὶ ὁ Ἐζεκίας ἀπὸ δυσμῶν τοῦ βίου ἐπὶ δευτέραν ἀρχὴν ἐπαλινδρόμει ζωῆς· ἐφ' ᾧ τὸ τοῦ ἡλίου σημεῖον, καὶ οὐχ ἕτερον,

[17] II Paral. xxx, 15. [17a] IV Reg. xix, 3. [18] II Paral. xxxii, 20. [19] Isa. vii, 14.

εἰδωτε γ ὁ Θεός. Γίνεται οὖν ἡ ἡμέρα ἐκείνη κατὰ τὸν Ἱππόλυτον τριάκοντα καὶ δύο ὡρῶν· τοὺς γὰρ δέκα ἀναβαθμοὺς διαβραμὼν ὁ ἥλιος τοὺς αὐτοὺς πάλιν ἀνέβραμεν, εἶτα τῇ ἰδίᾳ διατάξει χρησάμενος ἐπὶ δυσμὰς ἦλθε τοὺς δώδεκα πάλιν διαβραμών. Καὶ οὕτω μὲν ὁ Ἱππόλυτος· ὁ δὲ πατριάρχης Ἀντιοχείας Εὐστάθιος εἴκοσι καὶ δύο λέγει γενέσθαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὡρῶν· ἐν ῥιπῇ γὰρ ὀφθαλμοῦ λέγειν ἔοικεν, οὐ μὴν ἐν ὥραις δέκα τὸν τοῦ ἡλίου γενέσθαι ἀναποδισμόν. Οὕτω μὲν οὖν κδ' ὡρῶν ἡ ἡμέρα ἐκείνη γέγονε, καθ' ἣν ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς ἐν αὐτῷ τῷ μεσουρανήματι τὸν ἥλιον ἔστησεν ἡμέρας ὅλης διάστημα· διὰ γὰρ ἓξ ἀνῆλθεν ὡρῶν, καὶ δι' ὁμοίων αὖθις μέσον τοῦ οὐρανοῦ. Γίνωσκε δέ, ἀγαπητέ, ὅτι οὔτε προηγουμένως ἔστη ὁ ἥλιος, οὔτε τὸ θαῦμα περὶ μόνον τὸν ἥλιον γέγονεν, ἀλλὰ περὶ αὐτὸν τὸν πρῶτον οὐρανόν· αὐτοῦ γὰρ κωλυθέντος τῆς πρόσω φορᾶς τῷ θείῳ προστάγματι, ἀνάγκη πᾶσα στῆναι καὶ τὸν αὐτῷ συγκινούμενον ἥλιον. Καὶ πείθου τῷ μεγάλῳ Μαξίμῳ ἐν τοῖς πρὸς Θαλάσσιον οὕτω κατὰ ῥῆμα διεξιόντι περὶ τούτου· « Ἥλίου δὲ καὶ σελήνης δρόμον ἀκώλυτον ἐπέσχε παραδόξως ὁ Θεὸς, τὴν ἀεικίνητον τοῦ παντὸς φύσιν στήσας ἀκίνητον. Ταῦτα δὲ ὁ τῶν ὅλων θαυματουργεῖ Θεὸς, ἵν' ἐντεῦθεν δείξῃ σαφῶς ὡς οὔτε ὄρος οὔτε ἀνάγκη τοῖς ἄστροις ἐπίκειται, καθάπερ ᾠήθησαν οἱ πολλοὶ, βλέποντες ὡσαύτως ἀεὶ κινουμένους αὐτούς. Ἵστησι λοιπὸν αὐτοὺς, τὴν ἐπὶ πᾶσι προσοῦσαν αὐτῷ παρίστων ἐξουσίαν, καὶ φέρεσθαι αὖθις ἐᾷ κατὰ τὸν ἀρχῆθεν αὐτοῖς ἐπιτεθέντα θεσμόν. »

effecisse, qui horas commonstrarent et solis cursum metirentur. Itaque Deus ut iis quæ prædixerat fidem faceret (adjecturum enim se promittebat ipsius vitæ quindecim annos), effecit ut umbra solis retro graderetur, quando etiam Jezechias ipse ab occasu vitæ suæ ad alterum quasi quoddam vitæ principium revertebatur. Quapropter hoc ei de sole signum Deus, non aliud dedit. Ac diem quidem illum tradit Hippolytus triginta duas horas habuisse : sed enim gradus decem permensus deinceps per eosdem recurrebat, quo facto suum ad cursum ordinarium reversus 12 reliquis gradibus peragratis ad occasum pervenit. Hæc Hippolyti est sententia. Verum Eustathius, Antiochenus ille patriarcha, vult diem illum non habuisse plures quam viginti duas horas. Videtur enim ita sensisse, quasi solis retro facta regressio non horis decem, sed oculi uno momento acciderit. Eodem modo dies ille viginti quatuor horarum fuit, quo Jesus Navæ filius in ipso meridie totum diei spatium solem subsistere jussit. Nam sol id temporis intervallo sex horarum ad meridiem usque progressus erat, ac totidem horas habuit donec ad occasum perveniret ; in ipso autem meridie, quemadmodum diximus, totius diei spatium in medio cœli substitit. Debes vero scire hoc loco, dilecte fili, solem principaliter non institisse, nec prodigium ad unum solem referri debere, sed etiam ad primum illud cœlum. Nam illo per divinum mandatum impedito quominus in motu suo progrederetur, omnino necesse erat solem quoque subsistere, qui una cum ipso movetur. Hoc verum esse, velim eximius ille Maximus tibi persuadeat ; qui in eis ad Thalassium quæ scripsit, hac de re verbis hujusmodi disseruit : Deus solis et lunæ cursum, qui alias impediri nequit, id temporis nova et insolita ratione quadam inhibuit, cum naturam universi hujus, nunquam non mobilem, motus expertem esse jussit. Et fecit profecto Deus ille rerum universitatis hujusmodi prodigium ea potissimum de causa, ut luculente declararet neque certæ legi neque necessitati sidera esse obnoxia, quemadmodum plerique sunt arbitrati, cum cernerent semper eodem illa modo moveri. Quamobrem aliquando ea subsistere jussit, ut potestatem suam in res universas ostenderet ; ac deinde rursus eadem terri motu suo permisit, quem ab initio rerum ipsis præscripserat.

Οἰκοῦν ἀποστέλλει πρὸς Ἐζεκίαν Μαρωδὰχ ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος τῆς νόσου τε ἕνεκα καὶ τοῦ περὶ τὸν ἥλιον θαύματος. Ἀλλ' ἐκεῖνος τἆλλα πάντα παρεὶς τὸν πλοῦτον αὐτοῦ τοῖς πρέσβεσιν ἔδειξεν. Ἐφ' ᾧ καὶ τάδε παρὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πρὸς αὐτὸν ἐλαλήθη, « Ἰδοὺ ἔρχονται ἡμέραι, καὶ ληφθήσονται πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ σου καὶ εἰς Βαβυλῶνα ἀπελεύσονται. Καὶ οἱ υἱοί σου, οὓς γεννήσεις, ἔσονται εὐνοῦχοι ἐν τῷ οἴκῳ βασιλέως Βαβυλῶνος. » Υἱοὺς δὲ λέγει τοὺς τρεῖς παῖδας σὺν τῷ προφήτῃ Δανιήλ· ἀπόγονοι γὰρ οὗτοι τοῦ Ἐζεκίου γεγόνασιν. Εἴωθεν οὖν ἡ Γραφὴ τοὺς ἀπογόνους ἐπονομάζειν υἱοὺς, καθὰ δὴ καὶ τὸν Δαβὶδ πατέρα τοῦ Ἐζεκίου καλεῖ· οὐδὲ γὰρ υἱὸς τοῦ Δαβὶδ ὁ Ἐζεκίας, ἀλλ' ἀπόγονος πάντως αὐτοῦ. Ὁ μέντοι Μαρωδὰχ, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, τοῦ περὶ τὸν ἥλιον χάριν θαύματος πρὸς Ἐζεκίαν ἀπέστειλε· τὸν γὰρ ἀναποδισμὸν αὐτοῦ τοσοῦτον εἶναι λέγει παραδοξότατον ὁ Ἀρεσο-

Secundum hæc Marodachus rex Babyloniorum **195** ad Ezechiam legatos suos mittit, tum ejus morbi causa ex quo convaluerat, tum prodigii quod in solo acciderat. Tum cæteris rebus Ezechias omissis et neglectis opes suas legatis ostentat. Quamobrem Isaias vates cum verbis hujusmodi compellavit : « Scito fore tempus cum omnia quæ domi tuæ sunt, auferentur et Babylonem transferentur. Quin et de filiis tuis a te ortis atque genitis sumentur, qui in regis Babyloniorum domo sint eunuchi [20]. » Quibus in verbis filiorum appellatione veniunt tres illi pueri, quibuscum et Danielus vates fuit : nam illi Ezechiæ nepotes ac posteri exstiterunt ; et frequens est Litteris sacris posteros nepotesque vocare filios, sicut et Davidem Ezechiæ patrem nuncupant ; atqui non filius Davidis erat Ezechias, sed ejus e posteris ortus. Cæterum Marodachus alia nulla de causa legatos ad Ezechiam

[20] IV Reg. xx, 17.

inserat, ut supra quoque indicatum est, quam quod miraculum illud in sole acridisset. Nam solis illam regressionem tam novam prorsus et inusitatam fuisse tradit Areopagita Dionysius, ut Babyloniis stupori esset, eisque præberet occasionem ultro se submittendi Ezechiæ tanquam homini divino.

A παγίτης θεῖος Διονύσιος, ὥστε καθ' ὑπερβολὴν ἐκπλῆξαι τοὺς Βαβυλωνίους καὶ ὡς ἰσοθέῳ τινὶ τῷ Ἐζεκίᾳ καθυποτάξαι αὐτούς.

Post Ezechiam Manasses ejus filius imperio potitur. Hic inter alia facinora quæ commisit, etiam copias coeli universas adorabat, hoc est sidera, et ariolationibus utebatur, hoc est omina de futurorum eventu observabat, quod Græci κληδονίζεσθαι dicunt, quanquam alii quidam volunt κληδόνα vocari geniorum per excantationes certas attractionem et e sublimi deductionem; qua de causa tradunt ejus vocis originem esse a verbo κλῶ, quod idem sit cum καλῶ, significationem evocandi habente. Præterea Manasses auguriis utebatur, hoc est avium volatus observabat, deque illis conjecturas rerum futurarum sumebat. Atque hoc illud ipsum est, cujus in hisce versibus mentionem Homerus fecit: « Quin vel sacrificum vel vatem accessimus ultro, vel conjectorem, faciat qui somnia plana. A Jove namque ipso proficisci somnia scimus. » Nimirum hinc animadvertere potes, existimasse priscos illos homines futurorum cognitionem percipi de tali vel tali avium volatu vel ex pecudum jecinoribus vel ipsis denique somniis.

B Μετὰ δὲ Ἐζεκίαν κρατεῖ Μανασσῆς ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Οὗτος σὺν ταῖς λοιπαῖς αὐτοῦ κακίαις προσεκύνησε καὶ πάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστι τοῖς ἄστρασι, καὶ ἐκληδονίζετο, ἤγουν διὰ λόγων παρετηρεῖτο τὰ ἐκβησόμενα, εἰ καί τινες ἕτεροι κληδόνα λέγουσι τὴν διά τινων ἐπῳδῶν ὁλκὴν τῶν δαιμόνων καὶ καταφοράν· ἐφ' ᾧ καὶ κληδὼν ἐτυμολογεῖται παρ' αὐτοῖς παρὰ τὸ κλῶ τὸ καλῶ. Καὶ οἰωνίζετο δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις ὁ Μανασσῆς, ἤγουν τὰς τῶν ὀρνέων πτήσεις παρετηρεῖτο, κἀντεῦθεν τοῦ μέλλοντος καταστοχαζόμενος ἦν. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος ἔλεγεν· « Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα, ἢ καὶ ὀνειροπόλον· καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. » Πρόσεχε οὖν ὅτι καὶ διὰ τῆς τοιᾶσδε πτήσεως τῶν ὀρνέων καὶ δι' ἥπατος πρόβάτων καὶ δι' ὀνείρων αὐτῶν ἐδόκουν οἱ παλαιοὶ τὸ μέλλον προορᾶν. Καὶ οἱ μὲν ἀρχαιότεροι ἐκεῖνοι, καθάπερ εἴρηται, καὶ πτήσεσιν ὀρνέων καὶ ἄλλοις τοιούτοις, κατά γε δοκοῦν αὐτοῖς, τοῦ μέλλοντος ἐστοχάζοντο.

At vero quod volatus avium, pecudum jecinora somniaque hoc illove modo observari nefas sit ac prohibitum, cum aliis ex argumentis et indiciis est perspicuum, iisque non paucis, tum ex illis quæ magnus noster Basilius est complexus. Declarans enim hoc in secunda visione adversus Judæos Isaiæ vatis dictum, cujus hæc ipsa verba sunt: « Referta est regio ipsorum ariolationibus, sicut olim, cum eam extranei possiderent[21], » hujusmodi quædam subjicit: Vides quantum malum sit ariolatio, quod scilicet faciat ut homo ipsi deditus Dei cura prorsus excidat. At vero multi Christianorum citra ullum discrimen auribus ostenta captant, omina venantur, animum notis et signis advertunt. Sed audi tu, quid hoc loco dicatur, nimirum populum illum rejectum esse qui hæc curiose observaverit. Etenim complures divinationes, ut ariolationes, ominationes, auguria, lege Mosaica tanquam malorum geniorum inventa prohibentur. Nam exstant hæc in ea verba: « Non ulla vel omina vel auguria captabitis. Quippe nationes istæ, quas Dominus vestra causa de medio tollit, ariolationibus et aliis vaticiniis utuntur. Vobis autem Dominus Deus ille vester id nequaquam permittit[22]. » Absurdum enim fuerit, ut qui de præscriptis a Deo consilium habere potest, ad considerationem rerum agendarum animalia bruta pro consiliariis adhibeat, imo eis ne pro consiliariis quidem, sed magistris et legum quasi latoribus utatur. Itidem propositum sibi periculum et ante oculos imminens ignorat

C Ὅτι δὲ τὸ παρατηρεῖσθαι τοιῶσδε ἢ τοιῶσδε κεκώλυται, δῆλον μὲν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐξ ὧν ὁ μέγας διείληφε Βασίλειος. Ἐπεξηγούμενος γὰρ τὸ ἐν τῇ κατὰ τῆς Ἰουδαίας δευτέρᾳ ὁράσει τοῦ προφήτου Ἡσαΐου ῥητὸν τὸ κατὰ λέξιν αὐτωσὶ διαλαμβάνον, ὅτι « Ἐνεπλήσθη ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἡ χώρα αὐτῶν κληδονισμῶν, ὡς ἡ τῶν ἀλλοφύλων, » καὶ τάδε διέξεισιν· Ὁρᾷς ἡλίκον κακὸν τὸ κληδονίζεσθαι. Ἔξω τῆς παρὰ Θεοῦ ἐπιμελείας ποιεῖ τὸν προσέχοντα αὐτῷ. Πολλοὶ τῶν Χριστιανῶν ἀδιαφόρως ὠτακουστοῦσι καὶ φήμας θηρῶνται καὶ συμβόλοις προσέχουσιν. Ἀλλ' ἄκουε ὅτι ἀπερρίφη ὁ λαὸς ὁ ταῦτα περιεργαζόμενος. Πολλαὶ γὰρ ἐκ τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου μαντεῖαι καὶ κληδόνες καὶ οἰωνισμοὶ καὶ ὀρνιθοσκοπίαι διαβέβληνται ὡς δαιμόνων εὑρέματα. « Οὐκ οἰωνεῖσθε, » γάρ φησιν, « οὐδὲ ὀρνιθοσκοπεῖσθε. Τὰ γὰρ ἔθνη, οὓς Κύριος ὁ Θεὸς ἐξολοθρεύει ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, οὗτοι κληδόνων καὶ μαντειῶν ἀκούσονται. Σοὶ δὲ οὐχ οὕτως δέδωκε Κύριος ὁ Θεός σου. » Ἄτοπον γὰρ τὸν ἔχοντα τὴν ἐκ τῶν δικαιωμάτων τοῦ Θεοῦ συμβουλὴν πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν πρακτέων σκέψιν συμβούλου ἑαυτοῦ παραλαμβάνειν τὰ ἄλογα, μᾶλλον δὲ οὐδὲ συμβούλους, ἀλλὰ διδασκάλοις χρῆσθαι καὶ νομοθέταις. Καὶ τὸν μὲν ἑαυτοῦ κίνδυνον παρακείμενον καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ὄντα οὐκ οἶδεν ἡ ὄρνις, σοὶ δὲ τὸ μέλλον προαγορεύσει; Εἰ δὲ ἀπὸ δαιμόνων ἐνεργείας ἀπατηλῶς περιπέτονται, μή μοι καθέζου δεσποτῶν ἀπάταις προσεχηνώς, μηδὲ γίνου διαβολικαῖς ἐκδότος ἐνεργείαις, ὃς ἐπειδὰν ἅπαξ λάβῃ

[21] Isa. II, 6. [22] Deut. XVIII, 10.

ψυχὴν εὐάγωγον εἰς ἀπώλειαν, πάντα τρόπον αὐτῇ καταχρώμενος οὐκ ἀνίησιν. Ἀλλὰ καὶ κράζοντες κόρακες καὶ ἀετοὶ ἀλύοντες δι' ἀπορίαν θήρας τὴν δεισιδαίμονα καρδίαν πτήσσουσι. Καὶ τοσαύτη τοῦ ἐχθροῦ εἰς τὸν ἄνθρωπον ὕβρις, ὥστε καὶ γαλῆ παραφανεῖσα καὶ κύων διακόψας καὶ ἄνθρωπος ἐπιφανεὶς ἔωθεν τοὺς ἐντυγχάνοντας πάντη ποιοῦσιν ἐκπλήττεσθαι. Τί ἐλεεινότερον τοῦ τοιούτου βίου, πάντα ὑποπτεύειν, ὑπὸ πάντων ἐμποδίζεσθαι, δέον πανταχόθεν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπανάγειν; Ὅταν ἴδῃς ὄρνιθας διαπετομένους τὸν ἀέρα, μὴ τὰ σχήματα τῶν πτήσεων περιεργάζου, ἀλλὰ ταῦτα καταλιπὼν τοῦ Δημιουργοῦ τὴν ἐπ' αὐτοῖς σοφίαν καὶ διακόσμησιν θαύμαζε, πῶς βάρος τοσοῦτον δι' ἀέρος φέρεται, πῶς ἡ ἁπαλὴ τοῦ ἀέρος φύσις ὄχημα γίνεται τῷ πτερῷ, πῶς τῇ μὲν ἐκτάσει τῶν πτερῶν ἐπινήχονται τῷ ἀέρι, τῇ δὲ οὐρᾷ οἷον πηδαλίῳ τὴν πτῆσιν ἑαυτῶν ἀπευθύνουσι. Καὶ τοιαύτη μὲν ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ· ὁ δὲ μικρόψυχος καὶ ταπεινὰ φρονῶν τὰς τῶν ἀλόγων κινήσεις τῷ ἰδίῳ σκοπῷ συναρμόζειν ἐπιχειρεῖ, καὶ καταλιπὼν τὸν Θεὸν δαίμοσιν ἐπιβούλοις ἐκδέδωκεν ἑαυτόν. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

A avis: tibi vero quod futurum sit indicabit? Quodsi aves malorum efficacitate fraudulenta geniorum hinc inde volant, neli horum dominorum, a quibus agitantur, fraudibus inhiando desidere, nec te diabolicis imposturis capi patitor. Quippe diabolus ubi semel nactus est, animum proclivem ad proprium interitum, omnibus eo modis abuti non desinit. Videmus autem crocitantes corvos et aquilas propter inopiam cibi oberrantes cordi superstitioso pavorem incutere. Tantaque adeo nostri hostis illius est in hominem petulantia, ut alicunde se offerens mustela, vel prospectans canis, vel ab ortu adventans homo magnam in eis formidinem excitent in quos forte inciderunt. Quid ejusmodi vita miserabilius esse possit, in qua omnia suspecta sint et negotia quævis ab omnibus impediantur? Potius undiquaque noster animus ad Deum revocandus est. Cum aves aera pervolantes intueris, noli figuram volatus curiose perscrutari, sed illis rebus omissis declaratam in eis sapientiam Creatoris et ordinationem admirare, qui scilicet fiat ut tantum pondus aerem permeet, quo pacto tenera istæc aeris natura volucrum alis pro vehiculo sit, qui per alarum extensionem in aere natent ac motu caudæ ceu clavi cujusdam volatum suum dirigant. In his enim Dei sapientia conspicitur. At homo quispiam pusilli animi et humilia tantum respiciens animalium rationis expertium motus instituto suo accommodare nititur, Deoque relicto malis se geniis dedit, qui reapse nihil aliud sunt quam insidiatores. Ac de his quidem rebus in hunc modum dictum esto.

Ὁ δέ γε διαληφθεὶς βασιλεὺς καὶ ἐγγαστριμύθους ἐποίησε, καὶ γνώστας ἤτοι μάντεις ἐπλήθυνε, καὶ τὸ πάντων ἀνοσιώτερον, ἐν τῷ θείῳ νεῷ τὸ τῆς ἀκολάστου δαίμονος ἔστησεν ἄγαλμα. Οὐ μόνον δὲ εἰδώλοις ἐλάτρευεν ἐν ἔτεσι πεντήκοντα καὶ δύο, ἀλλὰ καὶ αἷμα ἀθῶον ἐξέχεεν, εἴτε προφητῶν εἴτε καὶ ἄλλων τινῶν εὐσεβῶν. Καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἡσαΐαν ξυλίνῳ λέγουσι πρίσαι πρίονι. Πλὴν ὥς φησι Γεώργιος, Μαροδὰχ βασιλεὺς Ἀσσυρίων δεσμώτην ἤγαγε τὸν Μανασσῆν, καὶ βαλὼν ἐν φυλακῇ ἄρτῳ πιτυρίνῳ καὶ ὕδατι σὺν ὄξει ἔτρεφεν. Ὡς δὲ καὶ ὁ θειότατός φησιν Ἀναστάσιος, ἐξ ἱστορικῶν τινων τοῦτο μαθὼν, καὶ ζωδίῳ χαλκῷ παρὰ τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος ἐμβάλλεται· ἀλλ' ἔνδον τοῦ ζωδίου ὢν ἐπέγνω τε τὸν Θεὸν καὶ τὴν ᾠδὴν ἔψαλλεν. Ἐφ' ᾧ καὶ δυνάμει θείᾳ διερράγη τὸ εἴδωλον, καὶ ἄγγελος Κυρίου κατήγαγεν αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ ἔζησε τὸ λοιπὸν ἐν μετανοίᾳ, καὶ τὰ προλαβόντα διωρθώσατο. Τοσαῦτα δὲ εἰς Θεὸν ἐπλημμέλησεν ὡς καὶ τὸν θειότατον Ἀναστάσιον οὕτως εἰπεῖν· « Εἰ Μανασσῆν ἔσωσεν ὁ Θεὸς, τολμῶ εἰπεῖν ὡς καὶ τὸν διάβολον ἔσωσεν ἄν, εἴπερ ἐπιστρέψαι ἠθέλησεν. » divinus ille Anastasius dicere non dubitaverit: quod etiam diabolum ipsum servaturus fuerit, si

C **197** Cæterum hic ipse rex, quo de agimus, etiam ventriloquos instituit et gnostarum sive divinatorum numerum auxit; quodque omnium maxime impium erat, impudicæ deæ simulacrum divino in templo statuit. Neque tantum deastros religiose coluit totos quinquaginta duos annos, verum etiam sanguinem innoxium tam vatum quam aliorum quorumdam piorum hominum fudit. Quin et ipsum Isaiam perhibent ab eo serra lignea dissectum esse. Sed tandem, ut Georgius auctor est, Marodachus rex Assyriorum Manassem ab se captum et in vincula conjectum abduxit, ac pane de furfure confecto et aqua aceto permista aluit. Præterea divinus ille Anastasius commemorat, accepta haud dubie hujusmodi narratione quibusdam ex historicis, Manassem in animal quoddam aheneum a rege Babylonio conclusum fuisse; in quo deinceps Deum agnovit et carmen illud suum cecinit. Quapropter divina vi simulacro rupto angelus cum Hierosolyma reduxit, ubi deinceps in anteactorum pœnitentia vixit et priora delicta emendavit. Tot autem tantaque facinora Manasses patravit, ut «Si Manassem Deus servavit, equidem ausim dicere reverti ad Deum voluisset.»

Μετὰ δὲ Μανασσῆν ἐβασίλευσεν Ἀμμὼς ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Οὗτος τὴν μὲν πατρικὴν ἀσέβειαν ἐμιμήσατο, οὐ μὴν δὲ τὴν μετάνοιαν. Ἄξιον δὲ ζητῆσαι διὰ τί τοῦ μὲν Μανασσῆ τὴν ἐπιστροφὴν ἀνέμεινεν ὁ Θεὸς, τοῦ δὲ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀμμὼς οὐχὶ, ἀλλ' ἐθέρισεν αὐτὸν ἔτη δύο βασιλεύσαντα. Φησὶ γὰρ ἡ Γραφὴ, « Καὶ παρελογίσατο Ἀμμὼς λογισμὸν πο-

Post Manassem Amosus filius ejus imperium obtinuit. Is paternam quidem impietatem est æmulatus, at non pœnitentiam. Fuerit autem pretium operæ inquirere quamobrem Deus Manassis quidem pœnitentiam exspectaverit, sed non itidem filii quoque ipsius Amosi, quem annis duobus regno potitum, ut sacræ Litteræ loquuntur, instar maturæ

segetis demessuit. Nimirum cogitationem quamdam pravam apud animum instituit Amosus, cum secum ita loqueretur: «Pater meus a puero multa scelerate fecit, ac in senecta pœnitentiam egit. Quamobrem et ipse hac in ætate pro animi mei libidine hæc geram, et deinceps ad Dominum me conver-tam.» Hac igitur de causa Deus pœnitentiam ipsius nullo modo factus erat melior.

A

Eum Jo ias filius in regno secutus est. Is Davidis sui generis auctoris, pietate præditus fuit. Ac primum quidem templi curam habuit, everso inter alia etiam illo fano quod Solomo Sidoniorum piaculo Astartæ condiderat. Deinde cum perscripta in Deuteronomio divina oracula ipsi recitata fuissent, non solum vestem suam dilaceravit, sed etiam maximopere lacrymis suam miseriam deploravit. Quamobrem Deus adversus ipsum quidem famum atque populum sententiam suam pronuntiavit, verum regi prospera quaeque prædixit. «Quoniam, inquit, **198** præceptis meis auditis cor tuum se demisit, tuque vestimenta tua dilacerasti et coram me lamentatus es, oculi tui cuncta illa mala non aspicient, quibus ego familiam hanc affecturus sum.» Idem rex simulacrorum vasa in torrentem Cedronem confracta dejecit, et Bethele deastrorum sacrificos concremavit, quemadmodum Jocius homo divinus futurum vaticinatus fuerat. Ejusdem Josiæ regis imperio, quemadmodum Georgius memoriæ prodidit, urbs Byzantium a Byzo Thracum rege condita est.

B

Secundum hæc sciendum Hierosolymam a Nabuchodonosore ter spoliatam esse, videlicet regnantibus Joacimo, Jechonia et Sedecia, quemadmodum Georgius scripsit. Theodoretus autem, divinissimum vatem Jeremiam secutus, ex Joacimo et Jechonia facit unum eumdemque regem. Sedecias vero, sicut magnus Epiphanius meminit, effossis oculis Babylonem abductus et in pistrinum conjectus ibidem annos viginti sex contrivit, ac tandem honorifice vicissim est habitus. Sunt igitur anni regum, quotquot a Davide ad Sedeciam usque Hierosolymis imperarunt, in unum collecti 498, et reges ipsi viginti duo, Davidici generis omnes. Samariæ vero regnarunt 18, ab Hieroboamo usque ad Oseam, sub quo Salmanasar Samariam delevit ac regnum ejus everlit, Samaritanorum loco deductis eo coloniis Assyriorum, a quibus ortæ sunt Samaritanorum et Sadducæorum hæreses. Cum autem a leonibus hi devorarentur subito in ipsos irruentibus, deque

C

D

Μετὰ τοῦτον Ἰωσίας ὁ ἔγγονος αὐτοῦ. Οὗτος τοῦ προγόνου Δαβὶδ ἐκτήσατο τὴν εὐσέβειαν. Καὶ πρῶτον μὲν ἐπεμελήθη τοῦ ναοῦ, κατασκάψας πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὸν οἶκον ὃν ᾠκοδόμησε Σολομὼν τῇ Ἀστάρτῃ προσοχθίσματι Σιδονίων· ἔπειτα δὲ τῶν ἐν τῷ Δευτερονομίῳ θείων λόγων ἀκούσας καὶ τὴν ἐσθῆτα διέῤῥηξε καὶ ἐπὶ πλείστον ἀθρήνησε. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς κατὰ μὲν τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ ναοῦ τὴν ψῆφον ἐξήνεγκε, τῷ δὲ βασιλεῖ χρηστὰ προηγόρευσεν· «Ἀνθ' ὧν, » γάρ φησιν, «ἤκουσας τῶν λόγων μου καὶ ἠπαλύνθη ἡ καρδία σου, καὶ διέῤῥηξας τὰ ἱμάτιά σου καὶ ἔκλαυσας ἐνώπιόν μου, οὐκ ὄψονται οἱ ὀφθαλμοί σου πάντα τὰ κακὰ ἃ ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦτον.» Καὶ τὰ μὲν σκεύη τῶν εἰδώλων ἐν τῷ χειμάῤῥῳ τῶν Κέδρων συνέτριψεν, ἐν δὲ τῇ Βαιθὴλ τοὺς τῶν εἰδώλων ἱερέας κατέκαυσε, κατὰ τὴν προφητείαν Ἰωὴλ ἐκείνου τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ. Ἐπὶ μέντοι τῶν χρόνων τοῦ βασιλέως Ἰωσίου, ὥς φησι Γεώργιος, ἐκτίσθη τὸ Βυζάντιον ὑπὸ Βύζου βασιλέως Θρᾴκης (40).

Ἰστέον ὅτι τρίτον ἐπόρθησε τὴν Ἱερουσαλὴμ ὁ Ναβουχοδονόσορ, ἐπὶ Ἰωακεὶμ Ἰεχονίου, καὶ ὕστερον ἐπὶ Σεδεκίου, ὥς φησι Γεώργιος. Ὁ δὲ Θεοδώρητος Ἰωακεὶμ καὶ Ἰεχονίαν τὸν αὐτὸν εἶναι λέγει, τῷ θειοτάτῳ Ἱερεμίᾳ ἑπόμενος. Ὁ δὲ Σεδεκίας κατὰ τὸν μέγαν Ἐπιφάνιον τυφλωθεὶς καὶ εἰς Βαβυλῶνα ἀπαχθεὶς ἐνεβλήθη μύλωνι ἐπὶ ἔτεσιν εἴκοσι καὶ ἕξ, εἰ καὶ ὕστερον ἐτιμήθη. Γίνονται οὖν ἁμοῦ τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ βασιλευσάντων ἀπὸ Δαβὶδ ἄχρι Σεδεκίου τὰ ἔτη υιζ' καὶ η', οἱ δὲ βασιλεῖς εἴκοσι καὶ δύο πάντες ἐξ ἑνὸς γένους τοῦ Δαβίδ. Οἱ δὲ ἐν Σαμαρείᾳ βασιλεύσαντες ιη', ἀπὸ Ἱεροβοὰμ ἕως Ὡσηέ, ἐφ' οὗ πέπαυται καὶ ἀπώλετο Σαμάρεια ὑπὸ Σαλμανασάρ. Ἀντὶ δὲ τῶν Σαμαρειτῶν Ἀσσύριοι ἐκεῖσε κατῴκησαν, ἐξ ὧν οἱ αἱρετικοὶ Σαμαρεῖται καὶ Σαδδουκαῖοι. Οὗτοι μὲν οὖν ὑπὸ λεόντων βιβρωσκόμενοι ἐξαπίνης αὐτοῖς ἐμπιπτόντων, καὶ μαθόντες ἀπὸ γερόντων ἀρχαίων τὸν τιμώμενον ἐκεῖσε Θεὸν, καὶ ὅτι παρ' ἐκείνου τὰ τοιαῦτα πά-

(40) Byzus hic Thraciæ rex, Byzantii conditor, dicitur aliis Byzas. Ex ista vero pericope, aliisque quibusdam, lector discet, non esse integrum Georgii Syncelli chronicon, suisque omnibus partibus absolutum, quod e codice ms. Bibliothecæ Regiæ a R. P. Jacobo Goaro ord. Præd. typis Regiis excusum prodiit, sed quædam adhuc in eo desiderari, ex aliis, si quæ forte occurrant, uberioribus membranis supplenda. Advertat autem lector fœde allucinatum nostrum Glycam fuisse, dum Jechoniam regem cum ejus successore Sedecia reclamantibus sacris paginis confudit. Neque enim Sedecias in Babylonem deductus, ullo postea in honore consenuit, sed Joachim, Joakimi filius, qui etiam dictus est Jechonias, de quo hæc sacer scriptor cap. ultimo libri quarti Regum: Καὶ ἐγενήθη ἐν τῷ τριακοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς ἀποικίας τοῦ Ἰωαχὶμ βασιλέως Ἰούδα . . . . . *Factum est vero in anno 37 transmigrationis Joachim regis Juda, mense 12, die 27 mensis, sublevavit Evilmerodach rex Babylonis caput Joachim regis Juda de carcere: et locutus est*, etc.

σχουσι, τὴν τοῦ Μωσέως ἐπικτῶνται πεντάτευχον· καὶ οὕτω τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἐπιγνόντες ἀβλαβεῖς τοῦ λοιποῦ διετηρήθησαν, εἰ καὶ εἰς αἱρέσεις ἐντεῦθεν ἐξώκειλαν, ὅτε μὴ κατ' ὀρθὸν λόγον ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐγκύπτοντες. Τὰ δὲ ἔτη τῶν βασιλευσάντων ἐν Σαμαρείᾳ σύν καὶ γ', ἐκ διαφόρων μὲν γεγονότων, πάντων δὲ πεποιηκότων τὸ πονηρὸν κατὰ τὴν ἁμαρτίαν Ἱεροβοάμ.

A senioribus educti fuissent quinam iis in locis Deus antiquitus coli consuevisset, a quo malis ejusmodi afficerentur, quinque Mosis volumina receperunt, eoque modo agnito vero Numinæ nihil ab eo tempore mali perpessi sunt, quanquam in sectas quasdam deinceps etiam exorbitarent, ut qui recta ratione libros sacros non inspicerent ac pervolverent. Anni autem illorum qui Samariæ regnarunt sunt 255, ac fuerunt hi diversis orti familiis, et omnes ad exemplum Jeroboami se impie gesserunt.

Τὴν μὲν οὖν ἀπὸ Περσίδος τῶν Ἰουδαίων ἐπάνοδον ἐξηγήσατό τε ὁ Ἔσδρας καὶ συνεγράψατο. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπανόδου κατὰ τὸν Ἰώσηπον αὕτη. Τρεῖς στρατιῶται φυλάσσοντες τὸν βασιλέα, ἐν οἷς ἦν καὶ Ζοροβάβελ, ἦρισαν ἐν προβλήματι τεθείσης συμφωνίας αἰτῆσαι τὸν νικῶντα ἅπερ ἂν ἐθελήσῃ παρὰ τοῦ βασιλέως. Τοῦ τοίνυν ἑνὸς εἰπόντος νικᾷν τὸν οἶνον, καὶ τοῦ ἑτέρου τὸν βασιλέα, ὁ Ζοροβάβελ εἶπε νικᾷν τὰς γυναῖκας, καὶ ὑπὲρ πάντα τὴν ἀλήθειαν. Καὶ ἐπεὶ ταῦτα εἰρηκὼς νενίκηκε, καὶ ἤκουσεν αἰτήσασθαι ἃ βούλεται, ἠξίωσεν αὐτὸν ἀφεθῆναι τὴν αἰχμαλωσίαν. Ὃ δὴ καὶ γέγονε· τηνικαῦτα καὶ γὰρ ἐπληροῦντο τὰ ο' ἔτη τῆς θείας ὀργῆς. Καὶ οἱ μὲν οἰκοδομοῦντες τὸν ναὸν ἦσαν Ζοροβάβελ καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ, οἰκοδομηθῆναι δὲ ὁ τοιοῦτος ἔφθασε ναὸς τὴν δευτέραν ταύτην οἰκοδομὴν ἐν χρόνοις μϛ' διὰ τὸ παρὰ τῶν γειτονούντων ταύτην κωλύεσθαι· ἡ γὰρ πρώτη ἐν χρόνοις εἴκοσι ἐγένετο παρὰ Σολομῶντος, ὡς Ἔσδρας ἱστορεῖ. Καὶ τὴν μέντοι ἀπὸ Βαβυλῶνος τῶν Ἰουδαίων ἐπάνοδον, καὶ μὴν καὶ τὴν τῶν νεκρῶν παγκόσμιον ἀνάστασιν αἰνιττόμενος ὁ Θεὸς ὑπέδειξε τῷ Ἰεζεκιὴλ πεδίον πλῆρες ὀστῶν νεκρῶν, ἃ παραδόξως ἐζωογονήθησαν. Ὁ μὲν οὖν Ἔσδρας εὐφυὴς ὢν προεκόμισε τότε τὸν νόμον, καὶ ἀνέγνω, καὶ ὑπετύπωσε πάντα τὰ κατὰ τὸ ἱερὸν, καὶ τοὺς λαβόντας ἀλλογενεῖς γυναῖκας ἐν τῷ καιρῷ τῆς αἰχμαλωσίας ἐκβαλεῖν πεποίηκε. Καὶ οὕτω πάντες καθαρισθέντες ἐποίησαν τὸ Πάσχα. Ἀλλὰ καὶ αὖθις γυναῖκας ἑωρακὼς Ἀζωτίους Ἑβραίοις ἐπιμιγείσας, καὶ θρηνήσας, ἔπεισε τὸν λαὸν ταύτας ἐκβαλεῖν ὡς γάμον παράνομον. Λέγεται δὲ καὶ τοῦτο, ὡς εἰ μὴ ἦν ὁ Ἔσδρας, οὐκ ἂν οὐδὲ ἓν βιβλίον διά γε τὴν τῶν Ἰουδαίων ῥᾳθυμίαν καὶ τὴν πολυχρόνιον αἰχμαλωσίαν μέχρι τοῦ νῦν διεσώζετο. Προσσχεῖν δὲ ἄξιον καὶ τῷ μεγάλῳ Κυρίλλῳ ἐν τοῖς κατὰ Ἰουλιανοῦ καὶ τάδε περὶ τούτου διειλεγμένῳ· Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀπεκομίζοντο οἱ Ἰουδαῖοι καὶ νόμῳ τῷ διὰ Μωσέως παιδαγωγεῖσθαι πάλιν ἐσπούδαζον, τότε δὴ τότε παρ' αὐτοῖς ἐδέχετο σκῆπτρον Ζοροβάβελ ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ὥστε εἰ καὶ καταλῆξαί φησιν ὁ παράφρων εἰς Σεδεκίαν τὴν τοῦ Δαβὶδ βασιλείαν, ματαιάζειν ἔοικε προφανῶς, εἴ γε μετὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν τὰς τῆς βασιλείας θώκους ὁ Ζοροβάβελ ἐνιδρυμένος ἐφαίνετο. Οὗτος μὲν οὖν παρέπεμψε τὸ σκῆπτρον διὰ τῶν ἑφεξῆς μέχρι τῆς Ἡρῴδου βασιλείας, ὃς μητρὸς μὲν γέγονεν Ἰουδαίας, ἀλλογενοῦς, ὃς πατρός. Ἐκλελοιπότων γὰρ οὕτω τῶν ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς τὸ

Judæorum autem e Perside reditum scriptis libris Esdras est complexus. Ejus autem reversionis hæc fuit occasio, sicuti Josephus quidem memoriæ prodidit. Tres milites, satellites regi, quorum erat in numero Zorobabelus, contendebant inter sese per occasionem pacti conventi, ut qui vicisset, potestatem haberet a rege petendi quidquid vellet. Cum igitur unus dixisset vincere vinum, alter regem, Zorobabelus feminas vincere statuit, ante omnia vero veritatem. Quod verbum ubi protulisset, victoriam cæteris eripuit petereque jussus est quod libuisset. **199** Tum ille nationem suam captivam in libertatem restitui postulavit, idque continuo factum est: quippe tum etiam 70 illi anni divinæ iræ completi erant. Exstruebant autem deinceps Hierosolymitanum templum Zorobabelus et Jesus Josedeci filius, neque perfici secunda istæc structura potuit ante annum quadragesimum sextum, quod a finitimis nationibus impediretur. Prior vero intra vicesimum annum a Solomone absoluta fuerat, ut Esdras commemorat. Cæterum exemplo quodam declarare volens Deus non modo Judæorum e Babylone reditum, sed etiam universalem ex mortuis resurrectionem, Jezechielo campum ossibus cadaverum plenum ostendit, quæ novo et inusitato modo vitam recuperabant. Esdras autem, vir præstantis ingenii, legem id temporis protulit, eaque recitata templi structuram universam linois deformavit. Effecit etiam ut quicunque peregrinas uxores durante captivitate duxissent, excluderentur; quo pacto lustratis omnibus Pascha celebratum est. Cumque rursum vidisset Hebræos quosdam cum Azotiis mulieribus consuescentes, deplorato malo auctor populo fuit ut earum conjugio tanquam illegitimo valedicerent ipsasque feminas repudiarent. Hoc quoque memoriæ proditum est, quod absque hoc viro fuisset, ne unum quidem librum sacrum habituri essemus, ob Judæorum negligentiam diuturnamque captivitatem. Animadvertendum hoc etiam, quod eximius ille Cyrillus in libris adversus Julianum scriptis exposuit. Posteaquam, ait, in patriam suam Judæi reversi fuissent, seque rursus ad præscriptum legis a Mose traditæ magno studio conformare cœpissent, Zorobabelus Salathielii filius ex Judaica tribu regnum apud eos occepit. Quapropter cum vesanus ille Julianus regnum Davidis in Sedecia finem habuisse dicit, palam delirat, quando post captivitatis tempus in regio solio Zorobabelus consedit. Idem ad posteros sceptrum trans-

misit usque ad Herodis imperium, qui natu quidem Judæa prognatus fuit, patre vero extraneo. Quippe cum defecissent ex tribu Judaide principes, Christus exspectatio gentium natus est. Herodes autem, cujus mentionem modo facebamus, cum opem Augusto Cæsari suis impensis atque sumptibus id temporis tulisset, quo contra Cleopatram copias ducebat, regnum Judaicum tanquam liberale navalæ operæ præmium ab eo consecutus est. At de his quidem hactenus.

A ἄρχειν λαχόντων ἐγεννήθη ὁ Χριστός· ὃς καὶ γέγονεν ἐθνῶν προσδοκία. Οὗτος μὲν οὖν, ὁ διαληφθεὶς δηλονότι Ἡρῴδης, τῷ Αὐγούστῳ συμμαχήσας Καίσαρι μετὰ τῶν οἰκείων ἀναλωμάτων, ἡνίκα κατὰ Κλεοπάτρας ὥρμησε, τὸ βασιλεύειν ἐν Ἰουδαίᾳ ὥσπερ τι παρ' ἐκείνου φιλοτίμιμα ἔλαβε. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

260 Caterum cum Nabuchodonosor magnifice sonet jactaret ejus urbis nomine quam condendo ad elegantiam insignem perduxisset, vox quædam de cœlo est audita, quæ hujusmodi verba pronuntiaret : « Regnum tuum, Nabuchodonosor, jam tibi perlit, adeoque abigeris a mortalium cœtibus, inter feras belluas deges, agri gramine veseeris, anni denique septem hoc modo tibi peragentur, donec agnoveris esse quemdam excelsissimum, cujus dominatu ac potestate regna mortalium contineantur[28]. » Quæ ubi dicta fuissent, eadem hora respondit eventus. Nam inter alia crines ejus excreverunt ad leoninorum crinium magnitudinem, itidemque consecutus est ungues qui volucrum ungues æquarent. Hæc autem propterea perpessus est, quod inter alia nimis magnos sumpsisset animos ob conspectam in somno imaginem. Nam deum se putabat esse. Qua ductus opinione simulacrum suum erexit, ut adoraretur, incensa etiam fornace, in quam præcipitarentur, si qui facere imperata renuissent. Secundum hæc alterum illud somnium habuit, in quo videbat arborem ad cœlum usque pertingentem, in qua omnis generis volucres cantillarent. Secuta est vox cœlitus edita, quæ resectionem arboris, radice tamen excepta, minitabatur. Illud etiam somnium Danielus interpretatur, simulque futurum prædicit ut annos septem inter bellnas montanas vagaretur ; quo tempore exacto regnum, sicut etiam accidit, recuperaret.

Deinceps Dominus noster Jesus Christus ad crucifigendum traditur : tu quæ consequta sint, vide. Nam ab hora diei sexta tenebræ terram universam occuparunt ad horam usque nonam, Deo, ceu credi par est, propter ea quæ designabantur indignante. Non enim solis defectum accidisse, quemadmodum Chrysostomus ait, sed rem totam ab ira et indignatione divina profectam fuisse, licet ex ipso etiam tempore colligere ; duravit enim hæc caligo tres horas, quæ carteroqui fieri solet in uno temporis momento. Hæc Chrysostomi est ratio. Divinus autem vir ille, Dionysius Areopagita, non ita simpliciter, sed per objectionem corporis lunaris, solem velut obstruentis, universales hasce tenebras exstitisse novo quodam et inusitato modo tradit. Nam ad Polycarpum hierarcham de eo perscribens quod Apollophanes sophista Christianam religionem non amplecteretur, ad verbum hæc profert : « Dicito autem ei, » nimirum Apollophani, « Quid de illa censes eclipsi, quæ salutiferæ passionis tempore accidit ? nos enim ambo id temporis Heliopoli una eramus, et eodem in loco consistentes lunam inusitato modo in solem incidere cernebamus : quippe non illud coitionis eorum sidereum tempus erat. Deinde rursus eam conspiciebamus ab hora nona usque ad vesperam ratione quadam ultranaturali eo reversam, **220** ut oppositum sibi ex diametro solem haberet. Quinetiam ipse adeo tum temporis perculsus metu quodam obstupuit, ut ad me conversus diceret : Hæc, Dionysi, rerum divinarum sunt vicissitudines. » Hunc in modum hac de re Dionysius. De iisdem tenebris salutiferæ passionis tempore obortis etiam Zacharias vates admiranda quadam ratione loquitur : « Illo, inquit, die lux nulla exsistet [87], » quo videlicet Christus in crucem agetur ; « sed toto die frigus ac gelu durabit ; quem quidem diem Dominus novit. » Deus enim omnia prius cognita habet. Non is dies erit, nec item nox. Nimirum appellari dies proprie non poterat

Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς τὸ σταυρωθῆναι παραδίδοται· καὶ ὅρα τὰ μετὰ ταῦτα. Ἀπὸ γὰρ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης, ἀγανακτούντος ἐπὶ τοῖς τολμωμένοις, οἶα εἰκός, τοῦ Θεοῦ. Ὅτι γὰρ οὐκ ἦν ἔκλειψις, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, ἀλλ' ὀργὴ καὶ ἀγανάκτησις, καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ ὄφελον· τρεῖς γὰρ ὥρας παρέμεινεν ἡ ἔκλειψις, ἥτις ἐν μιᾷ γίνεται καιροῦ ῥοπῇ. Καὶ τὰ μὲν τοῦ Χρυσοστόμου τοιαῦτα· ὁ δὲ θειότατος Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης οὐχ ἁπλῶς οὕτω, κατὰ δὲ ἀντίφραξιν τῆς σελήνης τὸ σκότος ἐκεῖνο λέγει γενέσθαι καινοπρεπῶς τὸ παγκόσμιον. Ἐπιστέλλων γὰρ ἱεράρχῃ τῷ Πολυκάρπῳ διὰ τὴν σοφιστὴν Ἀπολλοφάνην μὴ καταδεχόμενον τὰ Χριστιανῶν καὶ τάδε φησὶ κατὰ ῥῆμα πρὸς αὐτόν· « Εἰπὲ δὲ αὐτῷ τῷ Ἀπολλοφάνει, Τί λέγεις περὶ τῆς ἐν τῷ σωτηρίῳ σταυρῷ γεγονυίας ἐκλείψεως ; Ἀμφότεροι γὰρ τότε κατὰ τὴν Ἡλίου πόλιν ἅμα παρόντες καὶ συνεστῶτες παραδόξως τῷ ἡλίῳ τὴν σελήνην ἐμπίπτουσαν ἑωρῶμεν (οὐ γὰρ ἦν συνόδου καιρὸς) αὖθίς τε αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἐννάτης ὥρας ἄχρι τῆς ἑσπέρας εἰς τὸ τοῦ ἡλίου διάμετρον ὑπερφυῶς ἀντικαταστᾶσαν. Τοσοῦτον δὲ καὶ αὐτὸς ἐξεπλάγη τότε ὡς οὕτω πρός με εἰπεῖν· « Ταῦτα, ὦ Διονύσιε, θείων ἀμοιβαὶ πραγμάτων εἰσί. » Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Περὶ δὲ τοῦ σκοτασμοῦ ἐκείνου τοῦ κατὰ τὸ σωτήριον πάθος γεγονότος θαυμασίως πως καὶ τῷ προφήτῃ Ζαχαρίᾳ διείληπται· λέγει γάρ, « Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἔσται φῶς (ἵνικα δηλαδὴ σταυρωθήσεται ὁ Χριστός), ἀλλὰ ψῦχος καὶ πάγος ἔσται μίαν ἡμέραν· καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ Κυρίῳ. » Ἄνω γὰρ ἅπαντα προεγίνωσκεν ὁ Θεός. Καὶ γὰρ οὐχ ἡμέρα καὶ οὐ νύξ. Οὔτε γὰρ ἡμέρα κυρίως ἦν διὰ τὸ τρίωρον ἐκεῖνο σκότος, οὔτε νὺξ ἀληθῶς διά τε τὸ μέχρις ἕκτης ὥρας καὶ μετὰ τὴν ἐννάτην γενόμενον φῶς. Ὃ δὴ καὶ δηλῶν ὁ προφήτης ἔλεγε, « Καὶ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. » Ταῦτα δέ, ἀγαπητέ, οὐ μόνον προῴρηται πρόσθεν, ἀλλὰ καὶ ἐν πολλοῖς Ἑλληνικοῖς ὑπομνήμασιν εὑρηνται· καὶ σεισμὸν γὰρ μέ-

[87] Zachar. xiv. 6.

γαν τηνικαῦτα λέγουσι γενέσθαι, καὶ σκότος τοσοῦτον ὥστε ἀστέρας φανῆναι.

A propter illas trium horarum tenebras; nec nempe nox erat propter eam lucem, quæ sextam horam antecessit et nonam est subsecuta. Quod ipsum quoque vates innuens subjecit : « Sub vesperam lux erit. » Neque tantum hæc, dilecte fili, sic a vatibus exposita sunt, verum etiam in multis Græcorum monumentis et commentariis reperiuntur, qui eo tempore tradunt terræ motum ingentem accidisse, tantasque tenebras, ut ipsa quoque sidera conspicerentur.

Τότε δὴ, τότε καὶ προφητικὴν ἐπιφέρει ῥῆσιν ἐπὶ σταυροῦ τὴν οὕτω λέγουσαν « Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; » Ἑβραΐστὶ δὲ ταῦτα ἔλεγεν, Ἠλὶ, ἠλὶ, λαμμᾶ σαβαχθανί. Τίνος ἕνεκεν; Ἵνα καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ταῦτα κατάδηλα γένηται. Ἀλλ' ἐπὶ τοσοῦτον ἀκόλαστοι καὶ ἀσελγεῖς ὄντες ἐκεῖνοι, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, ἐνόμισαν Ἠλίαν καλεῖν. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως. Ἀλλ' ἡ φωνὴ ἐκείνη καὶ τὸ καταπέτασμα ἔσχισε, καὶ τὰ μνημεῖα ἀνέῳξεν. Ἀλλ' οἱ μάταιοι καὶ τοιαῦτα βλέποντες συνιέναι ὅλως οὐκ ἤθελον. Μᾶλλον μὲν οὖν, « Καταβάτω ἐκ τοῦ σταυροῦ, » ἔλεγον, « ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμεν. » Ἀλλ' ἐκεῖνος ἐν τῷ σταυρῷ μένων, ὡς ὁ Χρυσορρήμων φησὶν, ἐν τοῖς τῶν δούλων σώμασιν ἐκ περιουσίας ἐδείκνυε τοῦτο πολλῆς· εἰ γὰρ τὸ τεταρταῖον ἐξελθεῖν τὸν Λάζαρον μέγα, πολλῷ μᾶλλον τὸ πολλοὺς τῶν πάλαι κοιμηθέντων φανῆναι ζῶντας ἀθρόον. Καὶ πρόσσχες τῷ θειοτάτῳ Ματθαίῳ περὶ τούτων οὕτω λέγοντι : « Πολλὰ δὲ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθησαν, καὶ εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ. » Ἀλλ' ἐνταῦθα προσέχειν σοι ἄξιον. Εἰ γὰρ κατὰ τὸν χρυσορρήμονα Ἰωάννην ἐπὶ σταυροῦ ἔτι ὄντος τοῦ Χριστοῦ τὰ τοιαῦτα ἠγέρθησαν σώματα, πῶς ἐμφανισθῆναι ταῦτα μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἔγερσιν ὁ εὐαγγελιστὴς ἱστορεῖ; Ἐγὼ δέδοικα μήποτε τὸ *αὐτοῦ* ἀντὶ τοῦ *αὐτῶν* ὀφείλει ἀναγινώσκεσθαι· τὰ γὰρ σώματα ἐκεῖνα μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν αὐτῶν καὶ εἰσήλθοσαν εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς. Τότε δὴ, τότε καὶ ἡ προφητικὴ ῥῆσις ἔλαβε πέρας ἡ λέγουσα τοῖς ἐν δεσμοῖς, Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, Ἀνακαλύπτεσθε. Καὶ κατὰ μὲν τὴν ἕκτην ὥραν, ὡς φασιν αἱ Γραφαὶ, σταυροῦται ὁ Κύριος, κατὰ δὲ τὴν ἐνάτην τὸ πνεῦμα ταῖς πατρικαῖς χερσὶ παρατίθησιν.

Protulit tum Christus in cruce verbum istiusmodi : « Mi Deus, mi Deus, cur me dereliquisti? » Protulit autem vocibus Hebraïcis hujusmodi : « Heli, Eli, lamasabachthani [68]. » Cur istud? ut Judæi ea intelligerent. Illi vero tanta fuerunt petulantia et procacitate, quemadmodum Chrysostomus ait, ut ipsum existimarent Eliam vocare. Verum ea vox et templi velum diffidit et apertæ sepulcra; quæ tametsi cernerent homines illi stolidi, prorsus tamen intelligere nolebant. Imo etiam verbis hujusmodi obganniebant : « Descendat de cruce, ut ea re visa fidem ipsi habeamus [69]. » Verum ipse in cruce manens, ut Chrysostomus inquit, quod ab eo postulabatur, in suorum servorum corporibus excitatis a morte quadam velut ex triumpho declarabat. Quanquam enim magnum aliquid fuit Lazarum toto jam quatriduo mortuum e sepulcro exire, longe tamen majus id erat quod multi jam olim vita functi subito vivi conspicerentur. Factum autem hoc omnino esse, licet ex hisce Matthæi verbis cognoscas : « Multa corpora sanctorum, quæ obdormiverant, suscitata sunt, et ipsi urbem sanctam ingressi, post resurrectionem ejus a mortuis sunt conspecti [70]. » Quibus verbis operæ pretium fuerit te diligentius animum advertere. Nam si de Joannis Chrysostomi sententia Christo adhuc cruci suffixo corpora ista sunt resuscitata, qui fit ut evangelicæ auctor historiæ dicat ea post Christi e mortuis resurrectionem apparuisse? Verum equidem ne pro vocabulo *ejus* legendum sit *eorum*. Nam illa corpora postquam a mortuis resuscitata erant, urbem sanctam **221** ingressa sunt et multis apparuerunt. Tunc et illud valis [71] oraculum finem habuit, quod vinculis alligatos exire jubet, et in tenebris versantes lucem accipere. Fuit autem hora sexta, quemadmodum Lucæ sacræ significant, Dominus crucifixus : nona vero spiritum suum in manus paternas deposuit.

Εἰ δὲ καὶ πρὸς ᾅδην ἀκούεις τὴν αὐτοῦ κατιέναι ἁγίαν ψυχὴν, μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν, ἀδύνατον εἶναι λέγων καὶ πρὸς ᾅδην αὐτὴν κατελθεῖν καὶ ταῖς τοῦ Πατρὸς παρατεθῆναι χερσίν. Ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ χεὶρ, ἡ τὰ πάντα δηλαδὴ συγκρατοῦσα δυνάμεις, καὶ ἄνω ἐστὶν ἐν οὐρανῷ καὶ κάτω ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τῶν τοῦ ᾅδου μυχῶν οὐ διαλείπει ποτέ. Ὥστε εἰ καὶ πρὸς ᾅδην ἡ ἁγία τοῦ Χριστοῦ ψυχὴ τηνικαῦτα κατῄρχετο, ἀλλὰ τῆς τὰ πάντα συγκρατούσης δυνάμεως, καθάπερ εἴπομεν, οὐ καθελιμπάνετο, εἴγε καὶ μᾶλλον δύναμις τοῦ Πατρὸς αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὡς ὁ Παῦλός φησι. Παρατίθησι μὲν οὖν ταῖς πατρικαῖς χερσὶ τὴν ψυχὴν, ὡς ἐντεῦθεν καὶ πάσαις

Ad orcum descendisse cum sanctam ipsius animam, noli obstupescere, neque dicere fieri handquaquam potuisse ut eadem anima migraret ad orcum et paternis in manibus deponeretur. Quippe Dei manus, videlicet illa continens omnia vis et potestas, tum in cœlo est superne tum in terris deorsum, neque adeo ipsius ab omni angulis unquam abest. Quo fit ut si maxime sancta Christi anima id temporis ad orcum sit profecta, minime tamen a vi potestateque illa, ceu diximus, omnia continente abfuerit. Imo dicendum potius potentiam Patris ipsum esse Christum, quemadmodum Paulus loquitur. Deponit igitur animam suam pa-

[68] Psal. xxi, 2. [69] Matth. xxvii, 42. [70] Ibid. 52. [71] Isa. xlix, 9.

ternas in manus, ut hoc modo cunctis justorum animabus iter ad superna cælestiaque largiretur : non enim gratis et frustra pro nobis est mortuus. Ad orcum vero descendit, ut etiam iis qui istic detinerentur prædicaret, ac religiosam illam pietatem docendo commonstraret, quam prius ignorassent. Fidem hac in parte summo illi Petro habeto, qui de rebus hisce in hunc modum disserit : « Etiam spiritibus qui erant in carcere prædicatum ivit, qui antea fidem non habuerant [62]. » Quæ sane verba secutus Gregorius ille Theologus, in hunc modum hac de re disputat : Num, quæso, conspectus in orco salvavit omnes Dominus, an eos tantum qui crediderant? Noli scilicet hac de re ambigere. Quemadmodum enim hominibus in terra degentibus lætum pacis nuntium exposuit, et credentibus quidem salutis exstitit auctor, incredulis vero propriæ incredulitatis index, ut Joannes Damascenus loquitur, ita cum iis etiam egit qui erant in orco. Nec mirum, dilecte fili, tibi videatur quasdam in orco detentas animas prædicationem Christi nequaquam admisisse. Sicut enim accidisse videmus ut Dei alicui causa succutiente ipsa carceris fundamenta custos quidem ipse carceris continuo fidem amplecteretur, ac reliqui vinculis astricti sua persisterent in incredulitate, quanquam pedicas suas ferreas subito diruptas laceratasque cernerent, ita putato cum iis etiam actum fuisse qui orco detinebantur.

A ταῖς τῶν δικαίων ψυχαῖς τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω πορείαν χαρίσασθαι (οὐδὲ γὰρ ἀπέθανε δωρεὰν ὑπὲρ αὐτῶν), κάτεισι δὲ πρὸς τὸν ᾅδην, ἵνα καὶ τοῖς ἐκεῖσε κατεχομένοις κηρύξῃ καὶ διδάξῃ πάντας ἣν ἠγνοήκασι θεοσέβειαν. Καὶ πείθου τῷ κορυφαίῳ Πέτρῳ περὶ τούτων οὕτω διεξιόντι. « Καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν ἀπειθήσασί ποτε. » Ἀλλὰ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐντεῦθεν ὁρμώμενος περὶ τούτων οὕτω φησίν. « Ἆρα πάντας ἔσωσεν ἐπιφανεὶς ἐν ᾅδῃ ὁ Κύριος, ἢ κἀκεῖ τοὺς πιστεύσαντας; » Μὴ οὖν ἀμφίβαλλε· καθάπερ γὰρ τοῖς ἐν γῇ εὐαγγελίσατο εἰρήνην, καὶ τοῖς μὲν πιστεύσασι σωτηρίας γέγονε πρόξενος, τοῖς δὲ ἀπειθήσασιν ἀπιστίας ἔλεγχος, ὡς ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησίν, οὕτω καὶ τοῖς ἐν ᾅδου. Μὴ θαύμαζε δὲ, ἀγαπητὲ, εἴγε καὶ ψυχαί τινες ἐν ᾅδου κατεχόμεναι τὸ κατὰ Χριστὸν B οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι κήρυγμα· καθάπερ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Παύλου, ἡνίκα τὰ τῆς φυλακῆς ἔσεισε θεμέλια, ὁ μὲν δεσμοφύλαξ εὐθέως ἐπίστευσεν, οἱ δὲ δεσμῶται τῇ ἀπιστίᾳ ἐναπέμειναν, καὶ ταῦτα τὰς σιδηρᾶς αὐτῷ χειροπέδας ἑωρακότες ἄφνω διαῤῥαγείσας, οὕτω κἀν τοῖς ἐν ᾅδου γενήσεσθαι πίστευε.

Quodsi causam quoque cupis cognoscere, qua de causa Servator etiam iis animabus prædicaverit quæ erant in orco, scito illam hanc esse. Naturam nostram Servator assumpsit anno ab orbe condito 5500. **222** Quamobrem istuc? Quod eo tempore ad lucem ea perduceretur quæ mysterio Christi servitura erat, ut magnus ille Basilius inquit. Etenim vitiositatis morbus, ceu Nyssensis ille Gregorius loquitur, qui ab initio naturam humanam invaserat, vigorem jam suum amiserat. Quippe gentes nunc per vocationem creditura erant, uti magnus etiam Paulus ille verbis hisce significat : « Posteaquam plenitudo temporis advenit, Filium suum Deus ablegavit [63]. » Recte igitur anno jam indicato carnem Dominus assumit, quod esset is ad hanc rem omnino appositus atque commodus. Quia vero nonnulli eorum qui vitam in pietatis ignoratione suam clauserant, tam egregiis erant animis præditi, ut vocati omnino accessuri fuisseut et Evangelium de Christo amplexuri, si quidem cum superioribus sæculis cum carne in terris degentem conspexissent, propterea non recusat etiam ad orcum descendere ac detentis istic animabus prædicare, ut hoc modo nemini ullus se purgandi locus relinqueretur, nec vel boni suam bonitatem perderent, vel mali respondere verbis hujusmodi possent : « Si vidissemus, omnino adhibuissemus fidem. » Hæc de his dicta sunto.

Εἰ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν βούλει μαθεῖν δι' ἣν ἐκήρυξε καὶ ταῖς ἐν ᾅδου ψυχαῖς ὁ Σωτὴρ, αὕτη ἐστίν. Ἐν τῷ εφ' ἔτει γέγονεν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρώπησις (57). Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι κατ' ἐκεῖνον καιρὸν προῆχθη εἰς φῶς ἡ τῷ κατὰ Χριστὸν μυστηρίῳ C ὑπηρετοῦσα, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος, ὅτι τῆς κακίας ἡ νόσος, ὡς ὁ Νυσσαεὺς ἔφη θεῖος Γρηγόριος, τηνικαῦτα παρήκμαζεν, ἡ ἀρχῆθεν ἐνσκήψασα τῇ φύσει τῆς ἀνθρωπότητος, ὅτι τὰ ἔθνη καλούμενα τότε πείθεσθαι ἤμελλον· καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ὁ πάμμεγας ἔλεγε Παῦλος, ὅτι « ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ. » Καλῶς οὖν ἐν τῷ διαληφθέντι ἔτει σαρκοῦται ὁ Κύριος, ὅτι καὶ κατὰ πάντα τὸ τοιοῦτον εὔθετον ἦν. Ἀλλ' ἐπειδὴ καί τινες τῶν ἐν ἀσεβείᾳ τὴν ζωὴν καταλυσάντων ἀγαθῆς τοσοῦτον ὑπῆρχον ψυχῆς ὥστε καὶ προσελθεῖν καλουμένους αὐτοὺς καὶ τὸ κατὰ Χριστὸν ἑτοίμως Εὐαγγέλιον δέξασθαι, εἴπερ εἶδον αὐτὸν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις μετὰ σαρκὸς D ἐπὶ γῆς διατρίβοντα, τούτου χάριν οὐ παραιτεῖται καὶ πρὸς ᾅδην αὐτὸν κατελθεῖν καὶ ταῖς ἐκεῖσε κηρῦξαι ψυχαῖς, ὡς ἐντεῦθεν ἀναπολογήτους εἶναι ἅπαντας, καὶ μήτε τοὺς ἀγαθοὺς ἀπολέσαι τὴν ἑαυτῶν ἀγαθότητα, μήτε τοὺς οὐκ ἀγαθοὺς ἀντιλέγειν δύνασθαι ὡς « Εἴπερ εἴδομεν, ἐπιστεύσαμεν ἄν. » Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

[62] I Petr. III, 19. [63] Galat. IV, 4.

(57) Glycas noster annos ab orbis conditu ad incarnationem Verbi numerat quinquies mille ac quingentos, cum alii ex Græcis aut plures aut etiam pauciores assignent. Vide quæ præ cæteris de hoc argumento disputavit Petavius noster libris De doctrina temporum.

Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν Σαββάτῳ, ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν (ἦν γὰρ μεγάλη ἡμέρα ἐκείνη τοῦ Σαββάτου), ἠρώτησαν τὸν Πιλᾶτον, καὶ τὰ ἑξῆς. Κατάγουσιν οὖν ἀπὸ τοῦ ξύλου τὸν Ἰησοῦν, καὶ μνήματι καινῷ κατατίθενται. Ἀλλ' ὅρα κάνταῦθ' τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, ἀγαπητέ, ἵνα μὴ τὸν σταυρὸν αὐτὸν ζημιωθῶμεν, ἵνα μὴ τὸ πανάγιον τοῦ Κυρίου σῶμα πυρὶ ἢ θαλάσσῃ ἔργον ποιήσωσι, τῇ συνήθει κἀν τούτῳ μανίᾳ χρησάμενοι, τὸν Αὔγουστον ἤγειρε Καίσαρα τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἀπογράψασθαι. Γίνεται ταῦτα, καὶ τὸ τῶν Ἑβραίων γένος τῇ τῶν Ῥωμαίων ὑποπίπτει ἀρχῇ. Ταύτῃ τοι καί τῷ λαχόντι Πιλάτῳ τὴν ἡγεμονίαν αὐτῶν παριστῶσι τὸν Κύριον, μὴ συγχωροῦμενοι τὸ βουλητὸν αὐτοῖς ἐπ' αὐτῷ διαπράξασθαι. Καὶ γὰρ εἰ συνεχωρήθησαν, λίθοις ἂν τὸν Χριστὸν ἐθανάτωσαν ἢ ξυλίνῳ κατέπρισαν πρίονι, κἀντεῦθεν ἡμεῖς τὸν φύλακα ἡμῶν ἐζημιούμεθα σταυρόν. Εἰ γὰρ τὸν φιλόθεον Ἱερεμίαν βορβόρου λάκκῳ ἐνέβαλον, τί οὐκ ἂν εἰς τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα ἐποίησαν, εἰ μή γε τὸν Ῥωμαϊκὸν εἶχον νόμον αὐτοὺς ἀναστέλλοντα; Γίνεται λοιπὸν ἡ ἀπογραφή, τὰ τῆς εὐταξίας εἰσάγεται, κἀντεῦθεν τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα τελείᾳ ταφῇ παραδίδοται.

Οἶδα δέ, ἀγαπητέ, ὅτι καὶ περὶ τῆς τριημέρου ταφῆς τοῦ Κυρίου πολλὴν ἐποιήσω συζήτησιν, ἡμέρας ἐκμετρῆσαι δῆθεν ἐπὶ ταύτης τρεῖς μὴ δυνάμενος. Ἀλλ' ἄφες, εἰ βούλει, τῶν πολλῶν, ὅτι καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων εἰσὶν ἐφευρέματα. Πείθου δὲ μᾶλλον Ἰσιδώρῳ τῷ Πηλουσιώτῃ λέγοντι ὅτι καθάπερ ἐπὶ τῶν τελευτώντων ποιεῖν εἰώθαμεν, ὁποίᾳ δ' ἂν ὥρᾳ τελευτήσῃ τις, τὴν ἑξῆς μόνην ὑπερτιθέμεθα, τῇ δὲ ἑτέρᾳ ἔωθεν τριταίαν ἄγομεν ἡμέραν αὐτοῦ· καὶ οὕτω καὶ ἐπὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ διανοεῖσθαί σε χρή. Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Παρασκευὴν παρέδωκε τὸ πνεῦμα· τοῦτο μία ἡμέρα. Τὸ Σάββατον ὅλον ἐν τῷ τάφῳ ἐποίησεν· ἰδοὺ δύο ἡμέραι. Μετὰ δὲ τοῦτο τῆς Κυριακῆς ἐπιφωσκούσης ἐκ τάφου ἐγήγερται· ἰδοὺ καὶ τρίτην ἔχεις ἡμέραν. Καὶ πείθου τοῖς περὶ Λουκᾶν καὶ Κλεόπαν οὕτω λέγουσι πρὸς αὐτὸν τὸν Χριστόν, «Ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο.» Εἰ δὲ καὶ τάχιον ἐκ τάφου ἐγήγερται, οὐ κατὰ τοῦτο πάντως αἰτιαθήσεται, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ προσκυνηθήσεται παρὰ πάντων, ὅτι μὲν τὴν ἐμπρόθεσμον καρτερήσας ὑπόσχεσιν τὴν ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ τάχιον ἐποιήσατο ἔγερσιν. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως ὁ διαληφθεὶς θεῖος ἀνήρ, ὁ δὲ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶν ὅτι καὶ λίαν ἐποίησε καλῶς ὁ Χριστὸς πρὸ τῆς τῶν τριῶν ἡμερῶν συμπληρώσεως ἐγερθείς ἐκ νεκρῶν. Εἰ μὴ γὰρ τότε ἀνέστη καθημένων αὐτόθι τῶν στρατιωτῶν καὶ φυλασσόντων, ἀλλ' ἀναχωρησάντων μετὰ τὴν τρίτην ἡμέραν, εἶχον ἄν τι καὶ λέγειν οἱ κάκιστοι. Προέφθασε λοιπὸν ἀναστάς. Ἔδει γὰρ παρακαθημένων αὐτῶν γενέσθαι τὴν ἀνάστασιν. Οὐκοῦν ἠναγκάζετο καὶ τῶν τριῶν ἡμερῶν ἐντὸς ἐκ νεκρῶν ἐγερθῆναι,

A Cæterum Judæi ne in cruce corpora per Sabbatum manerent, quando tum præparationis dies erat, Sabbati autem dies celebris atque magna, exorato precibus Pilato Jesum de ligno demittunt, isque novum in monumentum deponitur. Hic quoque, dilecte fili, sapientiam mihi divinam intuere. Quippe ne crucis beneficio spoliaremur, neve sacrosanctum illud Domini corpus Judæi vel igne vel mari perderent, furore videlicet consueto usi, Augustum Cæsarem excitat ut mundum universum censeret. Quo facto Hebræorum natio Romanorum in potestatem devenit. Propterea captum ab se Dominum Pilato sistunt, qui prætoris apud ipsos munere fungebatur. Ita potestas eis adempta est, quominus ex animi sui libidine cum ipso agerent. B Etenim si permissum hoc eis fuisset, vel lapidibus ad mortem usque Christum obruissent, vel serra lignea dissecuissent, eoque pacto nobis custos illa nostra crux periisset. Quippe si Dei amicum Jeremiam in voraginem lutosam abjecerunt, quid non in ipsum Domini corpus designassent, ni lege Romana repressi fuissent? Hac igitur de causa census institutus fuit et egregie ordinata res publica, ut Domini quoque corpus expers sepulturæ non foret.

Memini etiam, dilecte fili, te mecum multa de triduana sepultura contulisse, cum trium dierum hic spatium metiri non posses. Velim te autem hac in parte opiniones plerorumque missas facere tanquam humanarum ratiocinationum inventa. Potius C **223** Isidoro Pelusiotæ fidem adhibeto, qui hujusmodi quædam tradit. Quod in iis facere consuevimus qui vita decesserunt, ut quacunque tandem hora quis moriatur, modo dies alter intercedat, eum summo tertii diei mane triduo jam mortuum perhibeamus, idem de Christo cogitare nos oportet. Nam is ipso præparationis die spiritum Deo tradidit; dies igitur hic unus est. Sabbatum totum in sepulcro mansit; en diem alterum habes. Deinde cum jam Dominicus dies diluxisset, e sepulcro resurgit: en diem tibi tertium. Hæc vera dabis, si Lucæ voles et Cleopæ credere, qui ad ipsum Christum aiunt: « Accedit ad hæc omnia, quod tertius hic dies agitur, ex quo hæc facta sunt [64]. » Citius D autem aliquanto Christum e sepulcro resurrexisse, culpam omnino nullam meretur: sed potius hoc nomine magis etiam ab omnibus est adorandus, quod præstita toleranter promissione, certi temporis spatio definita, celerius resurrectionem ex mortuis suam maturaverit. In hunc modum divinus ille vir, quem diximus, hac de re disseruit. Joannes autem Chrysostomus ait Christum etiam valde in eo præclare fecisse, quod ante dies tres completos resurrexerit. Etenim si eo ipso tempore non resurrexisset, commorantibus adhuc istic militibus sepulcrumque custodientibus, adeoque si milites illinc tertio die discessissent, homines improbissimi fortasse nonnihil habuissent quo se purga-

[64] Luc. XXIV, 21.

rent. Quapropter resurgendo ipsos antevertit, quod oporteret omnino illis adhuc sepulcrum obsidentibus resurrectionem fieri. Quod si accidere debebat, necessario intra diem tertium ipsi a mortuis resurgendum erat. Quippe si facta resurrectio fuisset triduo jam præterito et illis a sepulcro digressis, omnino res suspecta fuisset. Hac ipsa de causa Pilatum concedere voluit, Deus ut sigillo sepulcrum obsignaretur. Quæ cum ita sint, cave in divinarum Litterarum verba curiosius inquiras, neve tres integros dies cum tribus noctibus in sepultura Christi ac Servatoris nostri desideres, præsertim cum Isidorum plane divinam hominem habeas, qui spatium hoc tibi metitur. Sexta præparatorii diei hora Dominus est crucifixus. Ab hac ad nonam usque horam caligo exstitit : eam tu mihi pro nocte ducito. Rursus ab hora nona usque ad vesperam lux fuit ; hic iterum tibi dies esto. Quamobrem jam integrum diei noctisque spatium habes. Secuta est diem præparationis nox, indeque dies Sabbati ; quæ duo rursum diei noctisque spatium integrum constituunt, ut jam dies duos totidemque noctes habeas. Post hæc Sabbati nox et Dominici diluculum noctem diemque similiter efficiunt ; quod jam diurnum nocturnumque spatium tertium erit, quo Dominus resurrexit, quanquam incerta fuerit hora resurrectionis ejus, sicut et de alterius adventus hora nemo certus esse poterit.

A ὡς εἴγε παρελθουσῶν αὐτῶν κἀκείνων ἀναχωρησάντων ἡ ἀνάστασις γέγονεν, ὕποπτον ἂν εἶναι τὸ πρᾶγμα ἔμελλε· διὸ καὶ σφραγίσαι τὸν τάφον, ὡς ἐβούλοντο, συνεχώρησεν ὁ Πιλᾶτος. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, μὴ ἐπὶ πλέον τὰ θεῖα περιεργάζου ῥητά, μηδὲ ζήτει τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας ἐπὶ τῇ ταφῇ τοῦ Χριστοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, ὅπου γε καὶ ταύτας, εἰ βούλει, τὸν θειότατον ἔχεις Ἰσίδωρον ἐκμετροῦντά σοι. Ἕκτῃ ὥρᾳ τῆς Παρασκευῆς ἐσταυρώθη ὁ Κύριος. Ἀπὸ ταύτης ἕως ὥρας ἐννάτης σκότος ἐγένετο· τοῦτό μοι νύκτα νόησον. Πάλιν ἀπὸ ἐννάτης ἕως ἑσπέρας αὐτῆς φῶς· τοῦτο νόησον αὖθις ἡμέραν. Ἔχεις ἰδοὺ νυχθήμερον ἕν. Πάλιν ἡ νὺξ τῆς Παρασκευῆς καὶ ἡ τοῦ Σαββάτου ἡμέρα νυχθήμερον· ἔχεις ἰδοὺ νυχθήμερα δύο. Πάλιν ἡ τοῦ Σαββάτου νὺξ καὶ ὁ τῆς Κυριακῆς ὄρθρος νυχθήμερον· ἔχεις ἰδοὺ νυχθήμερον τρίτον, ἐν ᾧ καὶ ἀνέστη ὁ Κύριος, εἴγε καὶ ἄδηλος ἦν ἡ ὥρα τῆς ἀναστάσεως, καθὰ δὴ καὶ ἡ τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ.

B

224 Memini vero, dilecte fili, te inter alia de hoc etiam quæsivisse, quamobrem scilicet Domini sepultura triduana fuerit, non majoris vel minoris intervalli. Nimirum pro universa hominum natura Christum mori oportebat, pro iis scilicet qui jam ante in fata concesserant, pro vivis adhuc, et pro exstituris aliquando. Quippe tria quoque tempora sunt, præteritum, futurum, præsens. Eos qui jam præcesserant, servavit ad orcum descendens ; superstites autem id temporis, ut qui credidissent in ipsum ; exstituros denique aliquando, tanquam in apostolorum prædicationem credituros et baptismum consecuturos. Si ergo totam naturam nostram assumpsit, perspicuum est etiam totam naturam nostram ipsum reflexisse. Quamobrem Domini sepultura non abs re triduana fuit.

Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις ζητοῦντά σε, τίνος ἕνεκεν ἡ τοῦ Κυρίου ταφὴ τριήμερος καὶ οὐ πλείων ἢ ἐλάσσων αὕτη ἐγένετο. Ὑπὲρ πάσης ἔπρεπε τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως ἀποθανεῖν τὸν Χριστὸν, ὑπέρ τε δηλαδὴ τῶν προαποθανόντων τῶν τε περιόντων καὶ τῶν μελλόντων γενέσθαι, ἐπειδὴ καὶ τρεῖς εἰσι καιροὶ, παρεληλυθὼς, ἐνεστὼς, μέλλων. Καὶ τοὺς μὲν προαποθανόντας ἔσωσε κατελθὼν ἐν τῷ ᾅδῃ, τοὺς δὲ τότε περιόντας ἔσωσεν ὡς πιστεύσαντας εἰς αὐτὸν, τοὺς δὲ μετὰ ταῦτα γενησομένους ὡς πιστεύσαντας εἰς τὸ τῶν ἀποστόλων κήρυγμα καὶ βαπτισθέντας. Εἰ οὖν τὴν ὅλην ἡμῶν φύσιν ἔλαβε, δῆλον ὅτι καὶ τὴν ὅλην ἡμῶν φύσιν ἀνέπλασε. Καλῶς οὖν ἡ τοῦ Κυρίου ταφὴ τριήμερος γέγονεν.

C

Iloc modo ex mortuis Dominus resurgit, sed non statim ad cœlos subvehitur. Nam de magni Athanasii sententia propterea dies in terris 40 commoratus est Dominus, quod discipulos confirmare vellet. Ideirco se conspiciendum eis interdum præbet, amice pacificeque cum eis loquitur, cicatrices in corpore divino commonstrat, comedit atque bibit una, cætera denique facit omnia quæ ad confirmandos imbecillos aliquid afferre momenti possent. Primum omnium a duabus mulierculis conspectus est, quo tempore pedibus illæ comprehensis eum amplectebantur. Deinde soli Magdalenæ apparet ; hinc Petro apostolorum principi, vel ipso Paulo teste, qui ait : « Resuscitatus ex mortuis Dominus primo a Cepha conspectus est [65]. » Secundum hæc conspectus est a Luca et Cleopa,

Ἀνίσταται οὖν ὁ Κύριος ἐκ νεκρῶν, ἀλλ' οὐκ αὐτίκα πρὸς οὐρανοὺς ἀνάγεται. Κατὰ γὰρ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, τοὺς μαθητὰς ἐπιστηρίξαι βουλόμενος ἡμέρας ἐνταῦθα ποιεῖ μ', ὀπτανόμενος αὐτοῖς ἔστιν ὅτε καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην διαλεγόμενος, ὠτειλὰς ἐν τῷ θεοειδεῖ δεικνύων ἐκείνῳ σώματι, συνεσθίων αὐτοῖς ἅμα καὶ πίνων, οὐχ ὡς τροφῆς δεόμενος ἀλλὰ πιστούμενος, καὶ τἆλλα πάντα ποιῶν ὅσαπερ εἰώθεσι τοὺς ἀσθενεῖς ἀσφαλίζεσθαι. Καὶ πρῶτα μὲν ὤφθη δυσὶ γυναιξὶν, ἡνίκα καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ κρατήσασαι κατησπάζοντο. Ἔπειτα τῇ Μαγδαληνῇ μόνῃ ὀπτάνεται, μετὰ δὲ ταῦτα τῷ κορυφαίῳ Πέτρῳ, καθὰ καὶ Παῦλος φησίν· « Ὁ Κύριος ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν ὤφθη πρῶτον Κηφᾷ. » Ὤφθη τοῖς περὶ Λουκᾶν καὶ Κλεόπαν, ὤφθη τοῖς δέκα, εἶτα τοῖς ἕνδεκα· ὤφθη κατὰ τὴν Γαλιλαίαν αὐτοῖς, ὁμοίως

D

[65] I Cor. xv, 5.

ἐν τῇ Τιβεριάδι· ὤφθη Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφοθέῳ· ὤφθη ἐπάνω πενταχοσίων ἀνδρῶν. Καὶ τελευταῖον ἐφάνη αὐτοῖς ἐν τῷ ὄρει τῶν Ἐλαιῶν, ἐν ᾧ καὶ τὴν χαμόθεν ἐποιήσατο ἔπαρσιν μεθ' ἡμέρας, ὡς εἴρηται, μ'.

A conspectus a discipulis decem, conspectus ab undecim; ab iisdem conspectus in Galilæa, consimiliter ad Tiberiadem; conspectus a Jacobo Christi Dei fratre, conspectus a pluribus quam quingentis hominibus; conspectus postremum ab eis in Olivarum monte, ubi etiam a terra sublatus est post diem, ceu diximus, quadragesimum.

Εἰ δὲ καὶ τοῦτο βούλει μαθεῖν, τίνος ἕνεκεν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἔγερσιν ἡμέρας ἐπὶ γῆς ἐποίησε μ' καὶ οὐ πλεῖον ἢ ἔλασσον, ὁ μέγας ἰδοὺ Ἐπιφάνιος δι' ὀλίγων ἐπιλύσει σοι τὸ τοιοῦτον ἀπόρρητον. « Ὃν γὰρ τρόπον, » φησὶ, « μετὰ τὸ γεννηθῆναι ὁ Χριστὸς ἀνεκλίθη ἐν φάτνῃ, ἐσπαργανώθη, καὶ μεθ' ἡμέρας μ' προστήχθη τῷ θείῳ ναῷ καὶ κατὰ τὸν τοῦ Μωσέως νόμον παρέστη τῷ Θεῷ, οὕτω καὶ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν γεγονὼς ἡμέρας ἐνταῦθα ποιεῖ μ', εἶθ' οὕτως πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐπανάγεται, τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ἐμφανισθησόμενος ὑπὲρ ἡμῶν. » Καὶ πείθου τῷ μεγάλῳ Παύλῳ λέγοντι· « Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν. »

B Quodsi jam illud quoque cognoscere cupis, quamobrem post excitationem de mortuis dies illos 40 in terris egerit, non plures vel pauciores, ea magnus Epiphanius hanc tibi dubitationem paucis dissolvet. Quo pacto, inquit, Christus statim a nativitate sua reclinatus est in præsepi, fasciis involutus, post quadragesimum diem ad templum deportatus ac secundum Mosaicæ legis præscriptum oblatus Deo, sic etiam tum, cum primogenitus mortuorum factus esset, dies in terris 40 commoratur, atque ita deinde superam Hierosolymam revertitur, coram vultu Dei nostra causa compariturus. Persuadeat hoc ipse tibi Paulus, cum ait: « Non in sacraria manufacta Christus ingressus est, quæ verorum sacrariorum simulacra sunt: sed in cœlum ipsum, ut modo nostra causa coram Dei facie compareat [66]. »

Οὐκοῦν ἀνελήφθη ὁ Κύριος. Ἡμέραι μετὰ ταῦτα διέρχονται δέκα, καὶ ἡ τοῦ παναγίου Πνεύματος γίνεται κάθοδος. Μετὰ δέκα δὲ συμπλήρωσιν ἡμερῶν ἡ τοιαύτη γίνεται κάθοδος, διότι τέλειος ὁ δέκατος ἀριθμός. Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τοῦτο κατερχόμενον, ἵνα καὶ τοὺς ἀτελεῖς μαθητὰς τελείους ἀπεργάσηται, τούτου χάριν ἐν ἀριθμῷ τελείῳ, τουτέστιν ἐν ἡμέρᾳ δεκάτῃ, πρὸς αὐτοὺς ἐπεφοίτησεν. Ὅτι δὲ τελείους ἔδειξε τοὺς ἀτελεῖς μαθητὰς, ὁ κορυφαῖος Πέτρος τοῦτο παρέστησεν. Ὅρα γὰρ νουνεχῶς ὅτι παιδίσκῃ τινὶ πρότερον οἰκτρᾷ θροηθεὶς τὸν διδάσκαλον τρίτον ἠρνήσατο, τῷ παναγίῳ δὲ Πνεύματι στομωθεὶς ὕστερον μετὰ παῤῥησίας ὅτι πολλῆς ἐδημηγόρει μέσον λαοῦ, κἀντεῦθεν ἔπειθεν ἅπαντας ἀνενδοιάστως προσέρχεσθαι τῷ Χριστῷ.

C **225** Posteaquam vero assumptus fuisset Dominus, decem elapsis diebus sanctus ille Spiritus e cœlo descendit. Factum hoc est decimo post die propterea, quod numerus denarius sit perfectus. Quoniam igitur Spiritus sanctus ideirco demittebatur, ut imperfectos adhuc discipulos perfectos efficeret, ea de causa in perfecto quoque numero decimo nimirum die, super eos descendit. Quod autem ex imperfectis discipulis perfectos effecerit, summus ille Petrus satis ostendit. Nam si hunc diligenter inspicere voles, videbis illum a misera territum ancillula magistrum suum ter negasse. Deinceps vero confirmatus a sancto Spiritu maxima cum fiducia et oris libertate medio in populo perorabat, omnibusque persuadebat ut ad Christum citra dubitationem omnem accederent.

Μεθ' ἡμέρας οὖν, ὡς εἴρηται, πεντήκοντα τῆς ἐκ νεκρῶν ἐγέρσεως τοῦ Χριστοῦ ἡ τοῦ παναγίου Πνεύματος γίνεται κάθοδος. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι καὶ ὁ παλαιὸς νόμος ἐν ἡμέρᾳ πεντηκοστῇ Θεοῦ φανέντος ἐδίδοτο. Κατὰ γὰρ τὸν χρυσορρήμονα καὶ θεῖον Ἰωάννην, μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν τοῦ θεόπτου Μωσέως ἱστορίαν, πεντήκοντα διῆλθον ἡμέραι μετὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου τῶν Ἰουδαίων ἔξοδον, καὶ τηνικαῦτα τὰς θεοχαράκτους ὁ Μωσῆς πλάκας ἔλαβεν. Εἰ τοίνυν ἐν ἡμέραις πεντήκοντα ὁ παλαιὸς ἐδίδοτο νόμος, ἔδει πάντως κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν δοθῆναι καὶ τὴν τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριν, ὡς ἐντεῦθεν, ἀγαπητὲ, κατά γε τὴν Παλαιὰν καὶ τὴν Νέαν, ἀδιαίρετον δειχθῆναι τὴν φύσιν τῆς θεότητος, καὶ ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐνομοθέτει καὶ τότε καὶ νῦν.

D Post diem ergo, ceu diximus, quinquagesimum a Christi de mortuis resurrectione, Spiritus sancti descensus accidit. Quamobrem illud? Quia vetus etiam lex quinquagesimo die post Dei patefactionem data fuerat. Nam ut divinus ille vir Joannes Chrysostomus scripsit, vel potius teste Mosis Dei spectatoris historia, dies ab exitu Hebræorum ex Ægypto 50 elapsi erant, cum perscriptas divinitus tabulas Moses accepit. Quare si prisca lex illa data fuit intra diem quinquagesimum, oportebat omnino eadem die sancti etiam Spiritus gratiam dari. De quo, fili dilecte, colligi potest tam in prisco quam novo fœdere nobis ostendi, quod natura divinitatis indivisa sit, sanctusque Spiritus tam id temporis quam modo legem promulget.

Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός. Διὰ τί γλῶσσαι; ἐπειδὴ κηρύγματος χρεία,

Conspectæ sunt autem in apostolis linguæ velut igneæ dispertitæ [67]. Cur, obsecro, linguæ conspe-

[66] Hebr. IX, 24. [67] Act. II, 3.

cia sunt? Quia prædicatione opus erat, et ut ipsa figura declararet effectionem, quemadmodum aureus ille noster orator inquit. Quippe piscatores erant apostoli, et vi orationis ad prædicandum egebant. Dispertitas autem fuisse dicit, quod ignis uniformis dividi videretur ac in apostolos distribui. Et ignis illo non ipse Spiritus erat, sed vis quædam Spiritus. Atque hæ linguæ non in eorum ora fuerunt immissæ, sed capitibus insidebant. Nam hoc modo apostoli confirmabantur, et constituebantur quasi quidam mundi principes et præcones. Nam vides hodieque morem illum obtinere, ut pontificis confirmandi capiti Evangelium imponatur; quod ubi fuerit impositum, nihil est videre aliud quam capiti linguam talem incumbentem. In ignis autem forma conspectus est Spiritus propter illum qui dixit: «Ignem in mundum immissurus veni,» propter excrescentia scilicet quasique silvescentia nimium vitia.

καὶ ἵνα τὸ σχῆμα τὴν ἐνέργειαν ἑρμηνεύσῃ, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν Χρυσοῦς. Ἁλιεῖς γὰρ ἦσαν οἱ ἀπόστολοι, καὶ πρὸς τὸ κήρυγμα λόγου ἐδέοντο. Μεριζόμεναι δὲ εἶπεν, ὅτι πῦρ ἐφάνη κατερχόμενον μονοειδὲς, εἶτα τοῖς ἀποστόλοις ἐμερίζετο. Τὸ δὲ πῦρ ἐκεῖνο οὐκ αὐτὸ ἦν τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ δύναμις Πνεύματος. Οὐκ ἐν τῷ στόματι δὲ αὐτῶν ἐβλήθησαν αἱ γλῶσσαι, ἀλλ' ἐπὶ κεφαλῆς ἐκάθισαν· ἄρχοντες γὰρ τῆς οἰκουμένης ἐχειροτονοῦντο καὶ κήρυκες. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ἕως ἄρτι τοῦτο κρατεῖ· ἐπιτίθεται γὰρ τῇ κεφαλῇ τοῦ μέλλοντος χειροτονηθῆναι ἀρχιερέως τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ὅταν ἐπιτεθῇ, οὐδὲ ἄλλο ἔστιν ἰδεῖν ἢ γλῶσσαν προσεπικειμένην τῇ κεφαλῇ. Ἐν εἴδει δὲ πυρὸς διὰ τὸν εἰπόντα· «Πῦρ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον βαλεῖν» χάριν τῶν ὑλομανούντων παθῶν.

Sedit autem in eorum quolibet. Quisquis igitur Dei ministerium obit, thronus atque solium Dei est. Nam ea de causa dicitur Spiritum in eis consedisse. **226 B**

Καὶ ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν. Πᾶς οὖν ὁ διακονῶν τῷ Θεῷ θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐκάθισεν εἶπε.

Atque hoc modo repleti fuerunt omnes sancto Spiritu, cœperuntque loqui linguis aliis, prout Spiritus ille dabat eis loqui. Propterea dicebant astantes: «Annon ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? quomodo igitur nos audimus ecs sua quisque lingua, in qua nati sumus, Parthi et Medi et Elamitæ et cæteri[68]?» Quindecim vero linguarum dona tunc acceperunt apostoli, quemadmodum Chrysostomus inquit, ad usum illorum qui præsentes erant. Quid enim opus fuisset lingua Persica vel aliis, non præsentibus iis qui uterentur? Et fuerunt omnino linguæ quindecim propterea, ut hinc intelligeretur sacrosanctæ Trinitatis efficacitas cum ministris duodecim conjuncta. Videre tum erat Petrum, qui Galilæus esset, Romana lingua utentem, quam nunquam antea discendo percepisset, itidemque singulos reliquorum peculiari quadam lingua loquentes. Hoc enim Spiritus sanctus singulari quodam consilio sic administravit, ne qua inter apostolus esset ea de re discordia, quo scilicet unicuique abeundum foret. Ideoque singulis sua in lingua data est quædam quasi norma et regula. Verbi gratia, Romana uteris lingua: Romam igitur abito. Persice loqueris: ad Persas proficiscitor. Hanc igitur in certa lingua regulam acceperunt. Rursum vero, quia Romam profecturis per nationes multas iter faciundum erat, idcirco linguas alias tanquam opitulatrices prioris accipiebant, cum illam primam ordinationis quasi loco haberent. Videmus enim singulos apostolos etiam diversis usos fuisse linguis, ut quibus variæ nationes peragrandæ fuerint. Licet hoc de Pauli verbis hisce colligas: «Ago Deo meo gratias, quod magis quam vestrum quisquam linguas teneo peregrinas[69].»

Καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι. Ἐφ' ᾧ καὶ οἱ παρεστῶτες ἔλεγον· «Οὐκ ἰδοὺ πάντες οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι οὗτοί εἰσι; καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ ἡμῶν διαλέκτῳ, Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται καὶ οἱ λοιποί;» ιε' δὲ γλωσσῶν τέως ἔλαβον χαρίσματα, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν Χρυσοῦς, ὕσον πρὸς τοὺς παρόντας. Τίς γὰρ ἦν ἡ χρεία Περσικῆς γλώττης μὴ παρόντων Περσῶν; Δεκαπέντε δὲ γλῶσσαι ἐφάνησαν καὶ διὰ τοῦτο, ἵνα καὶ ἡ ἐνέργεια τῆς Τριάδος φανῇ καὶ ὑπηρέται οἱ δώδεκα. Καὶ ἦν ἰδεῖν τὸν Γαλιλαῖον Πέτρον Ῥωμαϊστὶ λαλοῦντα, γλῶσσαν ἣν οὐκ ἔμαθεν, ὥσπερ δὴ καὶ ἕνα ἕκαστον τῶν λοιπῶν ἰδίαν γλῶσσαν λαλοῦντα. Οἰκονομεῖ γὰρ τοῦτο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα μὴ στάσις ᾖ ἐν τοῖς ἀποστόλοις περὶ τοῦ ποῦ δεῖ ἕκαστον ἀπελθεῖν. Ἐφ' ᾧ καὶ δίδοται ἑκάστῳ ἰδία γλῶσσα ὥσπερ κανών. Ἥγουν, Ῥωμαϊστὶ λαλεῖς; ἄπελθε εἰς τὴν Ῥώμην. Περσιστὶ λαλεῖς; ἄπελθε εἰς τὴν Περσίαν. Καὶ ἐν τῇ γλώσσῃ μὲν, ὡς εἴρηται, ἔλαβον τὸν κανόνα· ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν ἐχρῆν αὐτοὺς ἀπερχομένους εἰς Ῥώμην διέρχεσθαι διὰ πολλῶν ἐθνῶν, ἐλάμβανον ὥσπερ παραβοηθοὺς ἑτέρας γλώσσας, τὴν πρώτην ἀντὶ χειροτονίας ἔχοντες. Εὑρίσκεται γὰρ ἕκαστος τῶν ἀποστόλων καὶ διαφόροις γλώσσαις λαλῶν, ἐπειδὴ καὶ διὰ πολλῶν παρῆσαν ἐθνῶν. Δῆλον ἐξ ὧν ὁ Παῦλος φησίν· «Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, πάντων ὑμῶν γλώσσαις λαλῶ.»

Cæterum id temporis etiam divinissimi Joelis vaticinio respondit eventus, cujus quidem hæc sunt verba: «Perfundam meo Spiritu omnem carnem[70],» videlicet credentem. Non enim apostoli

Τότε δή, τότε καὶ ἡ τοῦ θειοτάτου Ἰωὴλ προφητεία πέρας ἐλάμβανεν ἡ οὕτω λέγουσα· «Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα,» πιστεύσασαν δηλαδή. Οὐ μόνον γὰρ οἱ ἀπόστολοι γλώσσαις ἐλά-

[68] Act. II, 8. [69] I Cor. XIV, 18. [70] Joel II, 28.

λουν, ἀλλὰ κα. πάντες οἱ παρ' αὐτῶν βαπτιζόμενοι τὸ τοιοῦτον ἐδέχοντο χάρισμα. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ὁ Κύριος ἔλεγε· « Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει· ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι, γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς. » Καὶ ὅρα δώδεκα ἐν Ἐφέσῳ ἄνδρας, ὡς ὁ Λουκᾶς ἱστορεῖ, προβαπτισθέντας μὲν εἰς τὸ τοῦ Ἰωάννου βάπτισμα, Πνεῦμα δὲ μὴ εἰδέναι τί ποτέ ἐστι λέγοντας· ἀλλ' ἡνίκα τὰς χεῖρας ὁ Παῦλος ἐπέθηκε, τηνικαῦτα τὸ τῶν γλωσσῶν ἐδέχοντο χάρισμα. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀόρατον ἦν, ἔδει πάντως τῆς ἐκείνου παρουσίας αἰσθητόν τινα γίνεσθαι ἔλεγχον, ὡς ἐντεῦθεν ἀδιστάκτως ἐπὶ τὸ θεῖον λουτρὸν ἅπαντας ἔρχεσθαι. Τοῦτο μέντοι τὸ χάρισμα ἠρέθισε καὶ τὸν Σίμωνα τοῖς ἀποστόλοις τε προσελθεῖν καὶ τὸ βάπτισμα αἰτήσασθαι· εἰ μὴ γὰρ αἰσθητὴν ἑώρα τὴν τοῦ Πνεύματος δύναμιν, οὐκ ἂν ἐκεῖνος τοῖς Χριστοῦ προσήρχετο μαθηταῖς, οὐκ ἂν ἐπιδεὴς αὐτῶν ἐπὶ τοσοῦτον ἐφαίνετο. Καὶ τότε μὲν οἱ βαπτιζόμενοι τῇ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐπιφοιτήσει τὸ τῶν γλωσσῶν ἐδέχοντο χάρισμα· ἐπὶ δέ γε τοὺς περὶ τὸν Κορνήλιον καὶ πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἑλάλουν γλώσσαις. Διὰ τί δὲ καὶ πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι τὴν τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐνέργειαν ἐδέχοντο; διὰ τὴν πολλὴν τῶν ἐκ περιτομῆς πιστευσάντων διάκρισιν. Διεκρίνοντο γὰρ οὗτοι μὴ θέλοντες καὶ βαπτιζομένοις τοῖς ἐθνικοῖς ἀναμίγνυσθαι.

A tantum linguis peregrinis loquebantur, sed etiam ceteri omnes, quotquot baptizabantur ab ipsis, donum ejusmodi consequebantur. Atque hoc illud est quod Dominus dixit : « Signa credentes hæc comitabuntur : in nomine meo genios expellent, et linguis novis inusitatisque loquentur [11]. » Vide quid viris illis duodecim acciderit, qui Ephesi degentes, ut Lucas commemorat, baptizati quidem erant in baptismum Joannis, nondum tamen scire se profitebantur quid esset Spiritus. Verum postquam Paulus eis manus imposuisset, linguarum donum illud accipiebant. Nam quia Spiritus sanctus erat inaspectabilis, **227** oportebat omnino sensile quoddam argumentum præsentiæ ipsius edi, ut citra ullam hæsitationem omnes divinum illud ad lavacrum accederent. Hoc autem donum Simonem etiam incitavit, ut ad apostolos accederet ac baptismum postularet : quippe nisi vim potestatemque Spiritus aspectabilem vidisset, ad Christi discipulos non accessisset, nec se ipsorum indigere opera putasset. Ac tunc sane qui baptizabantur, donum linguarum accipiebant una cum Spiritus sancti immissione. At in eos qui cum Cornelio erant, idem Spiritus sanctus etiam decidit antequam baptizarentur, itidemque linguis ante baptismum diversis loquebantur. Cur hi, quæso, prius etiam sancti Spiritus efficacitatem experiebantur quam baptizarentur? Propter nimium superbos scilicet eorum præjudicia, qui antea circumcisi crediderant. Etenim illi se ab aliis segregabant, et ne cum baptizatis quidem ethnicis quidquam habere commercii volebant.

Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ τὸν καιρὸν ἐκβιάζῃ μαθεῖν καθ' ὃν ἡ τοῦ μακαρίου Παύλου γέγονε κλῆσις. Καὶ κατὰ τινὰς μὲν ἱστορικοὺς, καὶ μᾶλλον Ἱππόλυτον τὸν Θηβαῖον, ἐνιαυτοὶ διῆλθον ζ' μετὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ ὁ πρωτομάρτυς Στέφανος τὸ μακάριον τέλος ἐδέξατο· μετὰ δὲ ταῦτα ὡσεὶ μῆνες διῆλθον ἕξ, καὶ ἡ τοῦ Παύλου γέγονε κλῆσις. Ἀλλ' ἡ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἱστορία διέξεισιν ὡς οὔπω εἷς ἐνιαυτὸς ἐπεπλήρωτο μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν τοῦ Κυρίου ἀνάστασιν, καὶ ταῦτα πάντα ἐγένετο, οἱ ἆθλοί τε τοῦ πρωτομάρτυρος καὶ ἡ τοῦ μακαρίου Παύλου προσέλευσις. Ἀλλ' ἦν ἰδεῖν ἐπ' αὐτῷ τηνικαῦτα πληρούμενον τὸ λόγιον τὸ λέγον· « Ποῦ ὑπάγεις, οἶδας· τί δὲ μέλλεις παθεῖν, οὐκ οἶδας. » Ἐπιστολὰς γὰρ ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων λαβὼν ὥστε ἀπελθεῖν καὶ τοὺς ὁπουδήποτε παρευρισκομένους Χριστιανοὺς ἀναιρεῖν, πηροῦται τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ καθ' ὁδόν· περιήστραψε γὰρ ἄνωθεν αὐτὸν ἄῤῥητον φῶς, καὶ οὕτως οἱ τοῦ σώματος αὐτοῦ λύχνοι παραχρῆμα ἐσβέσθησαν. Ἀλλὰ καὶ φωνῆς ἄνωθεν ἤκουσε πρὸς αὐτὸν οὕτω λεγούσης· « Σαοὺλ, Σαοὺλ » (τουτέστιν ἀδελφὲ, ἀδελφὲ), « τί με διώκεις; » Στέλλεται λοιπὸν πρὸς Ἀνανίαν, καὶ βάπτισμα δέχεται, κἀντεῦθεν φωτίζεται τούς τε ψυχικοὺς καὶ σωματικοὺς ὀφθαλμούς. Κηρύσσει λοιπὸν ὁ πάμμεγας Παῦλος ἔτη λε'. Ἐν γὰρ τῷ δεκάτῳ ὀγδόῳ ἔτει Τιβερίου Καίσαρος τὸ σωτήριον πάθος γέγονε τοῦ Χρι-

B

C

Præterea non ignoro, dilecte fili, cupere te illud etiam tempus nosse quo beatus ille Paulus vocatus fuerit. De nonnullorum quidem historicorum sententia, præsertim Hippolyti Thebani, post Domini ex mortuis resurrectionem anni septem præterierant, cum testium veritatis princeps ille Stephanus beatum vitæ finem est consecutus; ab ejus autem morte mensibus prope sex elapsis Pauli vocatio facta est. Verum Eusebii Pamphili filii narrat historia nondum a Domini resurrectione annum unum exactum fuisse, cum hæc omnia fierent, nimirum principis illius testis certamina beatique Pauli ad fidem accessio. Erat autem in eo videre perfici tum temporis oraculum hoc, quo dicitur : «Nosti quo pergas, ad quid eventurum tibi sit, ignoras.» Etenim cum litteras a pontificibus accepisset, ut profectus in alia loca ubivis gentium deprehensos Christianos e medio tolleret, ipso in itinere suos oculos amittit. Nam lux quædam inexplicabilis cum cœlitus circumfulsit, quo factum ut corporis ipsius faces continuo exstinguerentur. Præterea vocem e sublimi se compellantem his verbis audivit : «Saule, Saule, quid me persequeris [12]?» Hinc ad Ananiam remittitur, baptismum recepit; oculi ejus tam animales quam corporales collustrantur; denique vir eximius ab eo tempore totis 35 annis prædicationis munere fungitur. Nam

D

[11] Marc. xvi, 1. [12] Act. ix, 4.

dicatione et octavo Tiberii Cæsaris anno salutifera Christi gressa conigit. Is vero 18 annus nondum exactus erat, cum commemorata hactenus accidissent. Ubi 19 annus Tiberii Cæsaris currere cœpisset, Paulus initium prædicandi facit, quemadmodum ipsa historia demonstrat. Prætereunt hinc imperii Tiberii 228 Cæsaris quatuor anni reliqui; nam 22 annos in universum Tiberius rerum potitus esse reperitur. Consimiliter imperii Caii Cæsaris quatuor annis elabuntur, itemque Claudii prorsus undecim 14 anni. Huic in imperio successit Nero, qui anno regni sui 13 Paulum interfecit. Quapropter anni esse triginta quinque deprehenduntur, quos in prædicatione Paulus exegerit. Tam diligenter autem ministerium suum obibat, ut Jacobum quoque Domini fratrem conveniret, ejusque consilium exploraret num se tondere ac lustrare Judæorum causa deberet.

Hic Jacobus primus Hierosolymorum pontifex fuit, delectus ad hoc muneris, ne Petrus et Joannes et Jacobus gloriæ causa contenderent, quemadmodum Clemens ille Stromateus memoriæ prodidit. Eundem Jacobum et justum virtutis causa nuncupabant. Estque ille ipse qui de templi pinnis præcipitatus est, et a fullone ligno quodam ita percussus in caput ut moreretur. Etenim Judæi, cum ad Cæsarem Paulus provocasset et ad Cæsarem a Festo præfecto missus esset, spe sua frustrati propter quam insidias ei struxerant, ad hunc se Jacobum conferunt, eumque sic compellant: «Jubibeto populum hunc, quandoquidem errore quodam in Jesum propendet. Nam tibi nos testimonio omnes, ac populus adeo universus, quod sis vir justus.» Erat, cum hæc agerentur, Paschæ festum. Quare cum in pinnas eum templi statuissent, aiebant: «Tibi, o juste, cuncti fidem adhibemus. Quia vero populus, errore impulsus Jesum illum crucifixum sectatur, indicato nobis quodnam Dei sit ostium.» Ibi cum ipse respondisset Jesum in cœlo ad dexteram magnæ illius potestatis considere ac in aeris nubibus aliquando reversurum, exclamarunt omnes: «Heu! Heu! justus etiam in errorem perductus est.» Itaque ad templi pinnas ascendentes eum dejecerunt et lapidibus obruerunt. Neque multo post Vespasianus eos obsedit. Jacobus ipse tam justus erat, ut homines apud Judæos maxime proditi existimarent obsideri urbem ejus ob cædis causam. Josephus quidem certe in hunc modum verba scribit: «Evenerunt hæc Judæis, ut justi illius Jacobi cædes vindicaretur, qui frater erat ejus Jesu quem Christum nuncupant.» Quo gratio existimatus sit, nimirum quod præcipitatus, quod fullonibus obvertus, quod positis genibus pro adversariis Deum precatus, quod ligno percussus eundem mortuum fuerit, Alexandrinus ille Clemens illatis consignavit. Addit autem Josephus hujusmodi: «Vinum et siceram non bibebat; animatum nihil commedebat; novaculam in caput nullam admiserat; oleo se non perungebat; balneo nullo utebatur. Ei quidem soli fas erat in adyta templi et penetralia ingredi, ut preces pro populo

Οὕπω τὸ τοιοῦτον ιη' ἔτος πεπλήρωται, καὶ τὰ διαληφθέντα τηνικαῦτα γεγόνασι. Τρέχειν ἤρξατο τὸ ιθ' ἔτος τῆς βασιλείας Τιβερίου Καίσαρος, καὶ κηρύσσειν ὁ Παῦλος ἄρχεται, ὡς ἱστορία φησί. Διέρχονται τοίνυν ἔτη δ' τὰ ἐπίλοιπα τῆς βασιλείας Τιβερίου· καὶ γὰρ εἴκοσι καὶ δύο ἔτη τὰ πάντα κρατήσας εὑρίσκεται. Διέρχονται δὲ ὁμοίως καὶ τὰ τῆς βασιλείας Γαΐου ἔτη δ', καὶ Κλαυδίου δὲ ὁμοίως διέρχονται ἔτη ὡσεὶ ιδ'. Τοῦτον ὁ Νέρων διαδέχεται, καὶ τῷ ιγ' ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀναιρεῖ τὸν Ἀπόστολον. Τριάκοντα λοιπὸν καὶ πέντε εὑρίσκονται τὰ ἔτη ἐν οἷς ὁ Παῦλος ἐκήρυξε. Τοσοῦτον δὲ τὰ τῆς αὐτοῦ μετεχειρίζετο διακονίας, ὡς καὶ πρὸς Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον εἰσελθεῖν καὶ συμβουλὴν ἐξ ἐκείνου δέξασθαι ξυρηθῆναι καὶ ἁγνισθῆναι τῶν Ἰουδαίων ἕνεκεν.

Οὗτος ὁ Ἰάκωβος ἀρχιερεὺς Ἱεροσολύμων πρῶτος ἐχρημάτισε· προείλοντο γὰρ αὐτὸν ὥστε μὴ Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον δόξης ἕνεκεν ἐπιδικάζεσθαι, καθὰ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἱστορεῖ. Τοῦτον μέντοι τὸν Ἰάκωβον καὶ δίκαιον ἐκάλουν διὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετήν. Οὗτός ἐστιν ὁ κατὰ τοῦ πτερυγίου βληθεὶς καὶ παρὰ τοῦ κναφέως ξύλῳ πληγεὶς κατὰ κεφαλῆς εἰς θάνατον. Ἰουδαῖοι γὰρ τοῦ Παύλου Καίσαρα ἐπικαλουμένου καὶ ὑπὸ Φήστου πεμφθέντος, τῆς ἐλπίδος καθ' ἣν ἐξήρτυον αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν ἐκπεσόντες, ἐπ' αὐτὸν τρέπονται, καὶ λέγουσιν «Ἐπίσχες τὸν λαὸν, ἐπεὶ ἐπλανήθη εἰς Ἰησοῦν· ἡμεῖς γὰρ μαρτυροῦμέν σοι, καὶ πᾶς ὁ λαὸς, ὅτι δίκαιος εἶ.» Ἦν δὲ Πάσχα. Καὶ στήσαντες αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον εἶπον. «Δίκαιε, σοὶ πάντες πειθόμεθα· Ἐπεὶ δὲ ὁ λαὸς πλανᾶται ὀπίσω Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος, ἀπάγγειλον ἡμῖν τίς ἡ θύρα τοῦ Θεοῦ.» Ἐκείνου δὲ ἀποκριθέντος ὅτι Ἰησοῦς κάθηται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγάλης δυνάμεως, καὶ μέλλει ἔρχεσθαι ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ἐκραξαν· «Ὦ ὦ, καὶ ὁ δίκαιος ἐπλανήθη.» Κατέβαλλον οὖν αὐτὸν ἀναβάντες, καὶ ἔβαλλον λίθοις. Καὶ εὐθὺς Οὐεσπασιανὸς πολιορκεῖ αὐτούς. Τοσοῦτον δὲ ἦν δίκαιος ὡς τοὺς ἔμφρονας τῶν Ἰουδαίων νομίζειν δι' αὐτὸν ταῦτα γενέσθαι. Γράφει δὲ καὶ Ἰώσηπος· «Ταῦτα δὲ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις κατ' ἐκδίκησιν Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ». Τὸν μὲν οὖν τρόπον τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, ἤγουν τὸ κρημνισθῆναι καὶ λιθασθῆναι καὶ γονυπετῆσαι καὶ εὐξασθαι ὑπὲρ αὐτῶν καὶ ξύλῳ πληγέντα τελειωθῆναι, ὁ Κλήμης ἱστόρησεν, ὁ δὲ Ἰώσηπος ταῦτα· Οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιεν, ἔμψυχον οὐκ ἔφαγεν, ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ οὐκ ἀνέβη, ἔλαιον οὐκ ἠλείψατο, καὶ βαλανείῳ οὐκ ἐχρήσατο. Τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι καὶ δέεσθαι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, ὡς ἐντεῦθεν ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτοῦ δίκην καμήλου, γονυπετοῦντος καὶ δεομένου ἄφεσιν τῷ λαῷ. Ἀπέκτειναν δὲ αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι μετὰ τὴν τελευτὴν Φήστου ἀναρχίαν εὑρόντες.

conciperet; qua sane de causa occalluerant instar cameli **229** ejus genua, cum perpetuo in iis procumberet ac Deum exoraret ut Judaico populo venia data ignosceret. Interfectus a Judæis est post Festi prætoris mortem, quo tempore necdum alio prætore surrogato neminis imperio parebant.

Καὶ ὁ μὲν Ἰάκωβος οὗτος, ὁ ἀδελφόθεος δηλαδή, τῇ δωδεκάδι τῶν μαθητῶν οὐκ ἦν ἐναρίθμιος, τὰ πρῶτα δὲ ὅμως παρ' αὐτοῖς ἔφερε. Καὶ γὰρ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν ὁ Κύριος, ὡς ὁ Κλήμης φησὶ, Πέτρῳ καὶ Ἰωάννῃ καὶ Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφοθέῳ τὴν γνῶσιν ἔδωκεν, οὗτοι δὲ τοῖς λοιποῖς. Πρὸ γὰρ τῆς ἀναστάσεως καὶ ἐνεκότουν τῷ Κυρίῳ καὶ ἠπίστουν αὐτῷ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ὡς ὁ Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης φησί. Πρόσεχε δὲ, ἀγαπητέ. Εἰ γὰρ καὶ πρώτους ἐκείνους ὁ Κύριος τοὺς δώδεκα ἐξελέξατο, εἰ καὶ τιμῆς ἠξίωσε πλείονος, εἰ καὶ ἐπὶ ιβ' θρόνων ὑπέσχετο καθίσαι αὐτοὺς τὰς ιβ' φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ κρίνοντας, εἰ καὶ σύνδειπνοι αὐτῷ ἔσονται κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐπειδὴ μεμενήκασι μετ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἔχομεν ἀλλαχοῦ τὸν Κύριον αὐτὸν πρὸς τοὺς ἐκ Ζεβεδαίου, ἡνίκα δεξιὰν ἠτήσαντο καὶ ἀριστερὰν καθέδραν, οὕτω λέγοντα· « Οὐκ ἐμόν ἐστι τοῦτο δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται παρὰ τοῦ Πατρός μου. » Οὐκοῦν εἰ τὰ τῆς τιμῆς ἐκείνης οὐ δίδοται κατὰ χάριν ἀλλὰ κατὰ τοὺς ἀγῶνας οὓς ὁ καθ' ἕνα ἐνδείξεται, μὴ θαύμαζε εἶγε καὶ οἱ κατὰ τὸν Παῦλον, ναὶ μὴν καὶ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον ἀγωνισάμενοι κοινωνοὶ καὶ συμμέτοχοι τῆς τῶν δώδεκα τιμῆς εὑρεθήσονται. Καὶ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ τὴν γλῶτταν Χρυσοῦς ἔλεγε, Παύλου μείζονα στῆναι τότε μηδέτερον.

